

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

12
九

28. 6. 6

20



28. into 7-18



b
a

R. 1726
HORATII
GVARGVANTI
SONCINENSIS

Medici Veneti, ac Philosophi præclarissimi.

RESPONSA VARIA, AD VARIAS AEGRITUDINES.

Et in primis tres Traetatus, unus de Dysenteria, alter de Morbo Gallico, & tertius de Febre Pestentiali, & de Peste.

Vbi subtilissima indagatione, ingenij acie, & scientiae profunditate, per trattatur, & quidquid in difficultimis, & penè deploratis malis consilij & salutaris remedijs desideratur, ab omnibus insipientibus nullo negocio capi potest.

Huc accedit exactissima cognitio sedandi, & curandi fluxus.

R. P. F. CYTRIANI MANTEGARRII VENETI,
Ordinis Prædicatorum summo studio, summoque labore collecta, serie
digesta, & ad communem omnium utilitatem in lucem edita.

A D I L L U S T R I S S. E T R E V E R E N D I S S. D.
D. Ludouicum Tabernam Episcopum Laudensem, Dominum
& Mæcenatem meum colendissimum.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.



VENETIIS, M DC XIII.

Apud Ambrosium, & Bartholomeum Dei, Fratres.

Superiorum Licentia, & Privilégii.

ГЛАВА ГЛАВА

SOCINIANISM



ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISS. D.
D. LVDOVICO TABERNÆ
EPISCOPO LAVDENSI,
D. ac Mœcenati meo Colendissimo.

F. CYPRIANVS MANTEGARRIVS
Venetus scriptor Ordinis Prædicatorum Conuent.
SS. Io. & Pauli Venetiarum.
PVLCHRA CVM BONIS.



O MO cum sim (Illuſtriss. ac Reuerendiss.
Antistes) humani nihil à me alienum puta-
ui, si alijs non tantum mihi natus, de ipsis be-
nemereri non possem, hoc autem cum diutius
mecum animo reputasse, omnium munere,
& beneficio hoc opus in lucem edere statui,
quod tibi soli, & non alteri dicandum erat
tum propter plurima, tum his præcipue cau-
sis, ipsius enim Auctor qui nunc æterna felicitate fruatur, alias
Medicus tuus fidelissimus, & meus familiarissimus extitit, cuius
opuscula olim impressa (ne dicam varias illius compositiones typis
mandatas) tuoque nomini ab ipso consecrata, & illius, tuæque no-
bilis-

bilissimæ Familia splendore illustrata conspicuntur : Ego autem ex quo tuam nactus sum seruitutem , & hinc Venetijs gloriissimè , & cum omnium aplausu legatione obita profectus es , occasionē expectavi in qua quid de te sentiam omnib. palā dilucidare , non immemor me tunc temporis scriptoris amanuēsis munere per quadriennū apud te funētu fuisse , tuæ bibliothecæ florētissimæ inserviendo , atque Pontificale exarando , innumeris que tuis in me officijs cognouisse te vere Principem , in quo summa humanitas , cum eximia esset liberalitate coniuncta : Quare fateor quidem non reperiri facundiam nec efficacem dicendi vim , quæ laudum tuarum præclaræ encomia prosequi possit . Tu enim Præful Amplissime sanctitatis speculum , singulari doctrina , summaque prudenteria præditus , & illis naturæ doctribus , virtutisque tuae muneribus es insignitus quæraro aut nunquam mortalibus cōtingunt : Te in primō adhuc ætatis tuae flore utriusque Signaturæ Referendarium , postea , sub Greg. XIII. Romæ Gubernatorem , & Venetiarum Nuncium , quibus (absit verbo adulacio) sapientissimè , atque iustissimè præfuisti , & ipse , & cuncta Italia Magni Cancellarij Mediolanensis status filium inclytum , meritò venerantur & colunt , his accedunt Lusitanæ Questura , et Hispaniarum Legationes ad Phylippum II. Regem Catholicum (ut cæteras prætermittant) que te , ac uniuersus orbis de Ecclesiastica Religione optimè meritum laudibus celebrant , & ad celum usque efferunt , & extollunt : Tu ab Illustrissima illa Familia Tabernatoriū oriundus es , quæ tantum inter cæteras Insubrium familias caput extulit , quantum lenta solent inter viburna cupressi , Ibi Principes & Heroes splendent , Mattheus Tabernatorius ex Landriani Comitibus Nepos tui dignissimus , etsi è viuis excesserit , dimidium animæ tua carissimus , eius tamen virtutis fama , semper uiues , ac in ore omnium permanebit . Ludouicum autem eius Fratrem , & Cardinalem Ferrantem præfulgentē Romæ , cuius prius & ipse Gubernator extitit , inclytos nepotes tuos , silentio præteri-

remelius esse duxi, quam de illis pauca, & inconcinnè loqui,
sed cum mei instituti non sit singulas tuas Domus, et Familia
dotes phaleratis verborum agminibus hic complecti, hoc enim si mo-
do præstare vellem, magnum mihi esset volumen exarandum, &
Ante diem clauso, componet vesper olympos; Quamobrem in pau-
ca conferēs hoc meum munus opus illius Horati Guarguanti qui
summus Philosophus, summus Poeta, atque Astrologus ab omni-
bus semper est habitus, & clarissima scripta testantur & in
Arte Medica nulli secundus qua tibi aduersa valetudine labo-
ranti, semper non minus doctè, quam sedulo præsto fuit, sum-
ma spe ab illo mihi creditum, & à me summo studio, summoque
labore collectum, tui causa, postea communi omnium utilitate
in lucem editum, in testimonium unquam interituræ meæ erga te
obseruantæ, & seruitutis antiquæ accipias rogatum volo: Vale ò
Illustriss. & Reuerendiss. mi Mæcenas atque Patronæ, et si non
respondet voluntati munus, saltem satisfaciat animus, maiora
enim, & altiora tibi in dies dicare possem.

Venetij, XIII. Kal. Nouembris. M D C XIII.

C O P I A.

GLI Eccellentiss. Sign. Capi dell'Eccelso Conseguio di X. hauuta fede
dalli Signori Reformatori del Studio di Padoa, per relatione a loro fat-
ta dalli due a questo deputati, cioè dal Reu. Padre Inquisitor & dal Circ. Se-
cretario del Senato Gio. Francesco Marchesini con giuramento che nel Li-
bro in due tomi intitolato Horatij Guarantii Soncinensis Medici Vene-
ti, ac Philosophi Responsa varia ad varias ægritudines, & tres tractatus de
Dyfenteria, Morbo Gallico &c. non si troua cosa contra le leggi, & è degno
di Stampa concedono licentia, che possi esser stampato in questa Città.

Dat. die 23. Augusti . 1613.

D. Piero Moresini

D. Gio. Aluise Bernardo.

D. Francesco Diedo.

} Capi dell'Eccelso Conf. di X.

Illustriss. Consilij X. Secr. Barth. Cominus.

1613. ad 31. Agosto.
Registrato in Libro à car. 159.

Ant. Lauren. Officij contra Blasph. Not.

I N H O R A T I V M G V A R G V A N T E M
Eccellentiss. Astrologum, Medicum, ac Poetam.

Adm. R. P. Magist. Fr. Benedicti Bonij, Feltensis Ordinis Prædicatorum.

O D E.

C Lara Guargantes colit astra cœli:
Quod senis fessos humeros Atlantis
Tam diu pressit, Iouis ille iussu

Pondere fragus

Tolle, Guargantes, ait, istud in te
Pondus immensum: modo nullus est hic
Alter Alcides: precor, ut quiescam,

Perfer Olympum.

Non, ait Phæbus, mihi ferre vellem
Hunc opem: solus medicas per artes,
Post meum natum, stygijs ab vndis

Euocat umbras.

Rursus innectens animam carenti
Corpori vita: tumulo reducit
Mortuos: viuis genus omne morbi

Protinus aufert.

Inferunt Musæ: Ruit ecce noster
Iam chorus; spretis potius camenis
Iste succurrat, fidibus canoris

Carmina iungens.

Omnium votis satis esse factum
Iupiter dixit, ferat hic olympum
Doctor astrorum; recreetur Atlas
Fessus ab annis.

b.

Deserat

M A N U S C R I P T O M V I T A T O N H T
Deserat terras , adeatque cœlos ;
Splendidam stellis sibi sumat illam
Hic Lyram ; Diuos , homines , camenas ,

Mulceat omnes .

Sed quid in terris fiet inter aegros
Absque Guarantis medicina ? Doctos
Consulant libros , modo quos sacrauit ,

Vt iuuet absens ,

Sæculis cunctis . Obijt ; sed isdem
Viuet æternus superis coeaus :
Semper in terris volitabit inter

Ora virorum .



Saints martyrs .

misericordia dei misericordia dei
miserere eis misericordia dei
etiam misericordia dei

A D

ADILLVSTRISS.
ET REVERENDISS. D.
D. PAVLVM GVARGVANTEM
N E P O T E M,

CANONICVM S. IO. LATERANENSIS ROMÆ,
S. Victoriae Abbatem, & ad Galliæ Regem missum,

*Cum ut Cleirac Abbatiam cerneret ab ipso Rege Christianiss. Henrico IIII.
Ecclæsia S. Io. Lateranensis largitam, tum ut eodem loci fidem Catholicam
excitaret, quæ plus quinquaginta annis extincta fuerat, & ad eius
Patruum Horatium Guarguantem Medicum præstantiss.*

R. P. F. CYPRIANI MANTEGARII VENETI,
Ordinis Prædicatorum.

O D E.

A Rætum gelidis ducite sedibus
Currum Pierides, sydere fulgidum
Auriga Arctophilax, quo super euehat
Guarguantem, meritis auctum, & honoribus
Paulum, à lutetiæ finibus ad sacros
Colles Romuleos; Vos quoque cœlites
Sertum sydereum, quod rutilat nouem
Astris, nunc capiti ponite nobili.
Vix sex lustra videt, plura sed edidit
Iam præclara celer gesta, perennibus
Inscribenda notis. Istius artibus
Christi prisca fides rursus inuritur
Disuetis animis: inferitur Dei
Cultus pectoribus: pulsæ per hæreses
Oris à Sequanis, iam remeant sacra.
Hunc morum probitas, hunc sapientia

Ingens dexteritas rebus in arduis
Virtutes patriæ, mira benignitas
Summis Principibus reddit amabilem
Cunctis conspicuum, cuius & infulæ
Exornare caput murice gestiunt.
Guarguanti Medico gaudia Patruo
Pertentant animum: qui per iter Poli
Currentem, stimulis gloriae eum impulit



390

A.D.

A D E X C E L L E N T I S S.
D: HORATIVM GVARGVANTEM,
Philosophum, Medicum, Astrolo-
gum, & Poetam,

Mutij Placentini Foroiuliensis, Hexasticon.

SCIT ventura loqui ; certusque medetur Apollo ;
Scit mulcere nouis pectora carminibus .
Aegros tu sanas ; prædicis ; carmina condis ;
Vates , & Medicus , verus & Astrologus .
Aut igitur tu ipse in terris es magnus Apollo ,
Guarganti ; aut nomen gestat Apollo tuum .

All' Isteſſo , dell' Iſteſſo .

SAna infermi , fa versi , il ver predice
Apollo ; è di poeti ,
Di Medici , e Profeti
Il padre , e'l dio ciascun' il canta , e dice .
Voi piena e lingua , e petto
Di Medicina , e vera Astrologia ,
Di santa poesia ,
G V A R G V A N T E hauete , e colmo l'intelletto .
Quindi è , c'hoggi tra noi
O Apollo sete , o'l biondo Apollo è voi .

ALL' E.C.

ALL' E C C E L L E N T I S S.
S I G N O R
H O R A T I O G V A R G V A N T E
Medico.

D I P A O L O B O Z I

S Ignor, da questo loco aspro, e ripieno
Di mille immonde Arpie, di Mostri mille,
Oue tra nere fiamme, alpre fauille
L'afflitt'anima mia quasi vien meno,

Tento vscir; & al Ciel vago, e sereno
Far tragitto; oue par ch'arda, e fauille
Lieto intorno il terren d'alme scintille;
Ma non ho, chi mi scorga al loco armeno.

A te cui solo è noto il mio infelice
Stato, ricorro, ò domator de Mostri,
Sperando in tanto error te hauer per guida.


Tuo valor, tua bontà chi in te si fida
Troua mai sempre; onde sperar mi lice
Che pietoso à mei preghi al fin ti mostri.

OLVIA

A D

AD HORATIVM GVARGVANTEM
Medicum præstantis.

INCERTI AVCTORIS.



DVM parit illa perit Musarum cura , nec affers
Tu Guarguante vllam vel Deus artis opem ?

Ceu noua Tyndaridas pariebat Læda , de coro

Corpore mortalem , perpetuum ingenio :

Inuidit Lucina , quo usque & ait mortalia fætus

Aeternare suos corpora posse feram ?

Dixerat , & telis miseram confecit acutis ,

Sic fætus geminos dum parit illa perit .



AD EXCELLENTISS. D. HORATIVM GVARGVANTEM MedicuM.

DOMINICI BONI.

ISocratis clari, Horati doctissime, nec non
Clari Aesculapij numina solus habes.

Nam, saevis sanas languentia corpora morbis,
Eripis ac pestes perniciesque simul.

Sectaris pariter maiorum gesta tuorum,
Familiae illustri iungis, & ipse decus.

Commemorem quid plura? tuum per secula nomen
Durabit, quod nunquam terminet villa dies.






TRACTATVS

PRIMVS.

DE DYSENTERIA.



Quid in hoc Tractatu agendum sit.

Cap. I.



YSENTERIA de qua præsens instituitur Tractatus, est ex illis morbis qui non raro contingunt, & naturam hostiliter perfundant, ac discerpunt, qui longi, laboriosi, & lethales sœpè fieri consueuerunt, & licet quandoque ex accidenti vitilis, & commoda succedat Dysenteria, ut potè quæ *Hip. 2.* eos qui prius sunt in corporibus morbos, *Præd.* aliquando sanet, antiquiores, quidem diuturniori tempore, recen- *Gal. 2. de* tiores autem in paucis diebus, attamen simpliciter, & per se est *loc. aff. c. 5.* magnus morbus, qui labores multos inducit, & pericula vitæ, & qui sœpè post longas perpetias calamitates, vna cum alii egestionibus auram vitalem fundere cogit, quare si ullus est morbus qui exigat medicum solerter, qui acie intellectus polleat, proculdubio est Dysenteria, & inter cetera requirit medicum *Gal. 5. de lo* excellentem philosophum, ut causas ordine non confundat, & *cis aff. ul-* anatomiae non ignarun, ut scire possit quæ intestina sint affecta, *timo.* Et in *psagys co.* an superiora gracilia dicta, an inferiora crassa appellata, valeat- que cognoscere, quomodo totius corporis excrementa, icores & *2. tex. 13.*

A humo-

humores per iecur in ventrem transmittantur, siquidem iecur non sua modo excrementa, icores, & humores quos præter naturam continet in ventrem dimittit, sed vniuersi etiam corporis, siquidem per ipsum est omnibus partibus corporis annexus, ac per ipsum omnia illarum excrementa recipit, quæ in ipsis decumbunt, quandoque vnam, quandoque plures partes expurgantia, saepè etiam tanquam symptomata quæ vel totius corporis, vel alicuius partis aut etiam plurium affectiones indicent; vnde necesse est, vt hæc & plura alia intelligat, sicuti sunt varietates excrementorum elementis proportione respondentium, vt scire posse an unus, vel plures exeant humores, an ignei, an aquosi, an terrestres, an sanguinei, an mixti, & an vnius coloris, an multorum: Nam si hæc præcipue non cognouerit, magnum afferet ægrotanti discrinem, ac saepè mortis causa existet. De hac tractatus ordinis resolutio hærere censi, siquidem hic in species anatomas res triturat, ac distinguit, subiectum ergo huius tractatus erit Dysenteria, alias verò alii flores tangam tantum intentione vt cognitioni Dysenteriae inseruant: ea manifestabo quæ longa experientia, & ratione in artis operibus didici, vt qui prudentes sunt, & simul veritatem sincere amant, ea custodiant quæ veluti certissima, ac utilissima remedia in hoc opere sum panditurus. Illos non alloquor qui sectæ alicuius seruituti addicti sunt; difficile nanque est tales ad veritatem reuocare, siquidem falsæ opiniones animos hominum præoccupatæ, non solum surdos, sed, & cœcos faciunt, ita vt videre nequeant, quæ alijs conspicuè apparent. Omnes artes cum excentur fidelem, & peritum requirunt artificem, sed Medicina inter alias ea est quæ virum probum requirit, doctum, vel saltem docilem.

De Dysenteria. Cap. 2.

VEntris flores sunt varij, vnu qui Lyenteria appellatur id est laxitas, & relaxatio intestinorum & ab ipsorum dissolutione dependet, & à defectu coctionis ventriculi cum cibus non perficitur, sed incoctus egeritur, quia celeriùmè ea quæ comeduntur, & bibuntur talia exeunt, qualia ferè assumpta fuerunt in consistentia, colore, & odore nullam coctionis qualitatem retinentia, sed eadem apparentia quæ ingesta fuerant.

Alter fluxus est Celiacus appellatus differens a Lyenteria secund-

tundum magis, & minus, nam & ipse debilitatis causa est velox quidam exitus eorum quae comeduntur, & bibuntur, sed in Cœliaco fluxu non sunt omnino cruda, & incocta, nec ita humida, & fluida, quemadmodum in Lyenteria, communem habent ventriculi, & intestinorum laesam facultatem, primò retentri-
cem, & secundo ex consequenti concoctricem, quia ad hoc vt coctio perficiatur oportet naturam rem concoquendam debito tempore retinere, quæ enim citò deiiciuntur non ideo fit, quia sint incocta, sed quia statim delabuntur, nullam coctionem perficiuntia ut Galenus notauit.

Possumus ergo dicere celiacam affectionem esse principium Lyenteriæ, nam primo fit concoctio diminuta, postea fit ablata, in Cœliaco fluore retentio, & concoctio sunt diminutæ, in Lyenteria autem sunt ablatæ, ambo dependent ex duabus causis, vel ex intemperie aliqua, vel ex vlcere aliquo ventriculi, vel intestinorum: quare dicebat Hip. Ex Dysenteria fit Lyenteria, quia cum non possint debito tempore retineri, aut propter intemperiem, aut propter vlcus, fit ut cruda egerantur, & celerimè, intensa ergo est cruditas in Lyenterijs, in effectu vero Cœliaco non omnimoda adeat cruditas.

Alius alui fluor est qui dicitur Colera, quæ passio licet sit potius humoris propulsio ad superiora per ventriculum à natura irritata, attamen quia aliud quoque deorsum deiicitur, hinc est ut inter alii fluxiones reponi possit, fit autem cum ventriculus, & intestina irritantur ad expulsionem abhumore vel bilioso vel corrupto, vel incocta, vel immoderato, vel qui digeri non potuerit, vel propter pinguedinem, vel oleositatem, dulcedinem, crassitatem, putredinemve eduliorum, sèpè contingit ex prausi potibus, & vinis crassis, fæculentis, acidis, corruptis, austerioris, dulcibus, & præsertim in illis ventriculis, qui natura sua talia abhorrent, & etiam ex potu aquæ.

Diarrhœa quoque in genere fluxuum succedit, in qua aliud liquida fit, & sèpius quam ex consuetudine fluit; Fluit tamen, & humidior fit sine cruenta excretione ad differentiam Dysenteriæ, si- ne tensione ad differentiam Tenesmi, & sine excretione crudorum, incoctorum ciborum, ad differentiam Lyenteriæ, & Celiacæ: quæ Diarrhœa potest esse ob vitium ventriculi, vel intestinorum, vel iecinoris, vel lienis, vel capitis, vel totius corporis: Vitio totius corporis fit cum caro colliquatur, ac in ventrem defluit, & tunc deiectio est exigua, glutinosa, pinguis, & graueolens, quandoque etiam

Colera est
alor. ui flu.

Diarrhoea
alui fluor.
& quotu-
plex contin-
git.



adeo corpus extenuatur, ut virtus retentrix contineri non possit, siue propter febrem ardenter, siue ob hepticam, siue ob taalem, ob quam virtutem retentricem imbecillam à circumferentia totius corporis ad centrum, idest ad intestina ipsa confluunt non solum humores excrementitij, sed etiam alimentales, & excretio illa vere est colliquatiua. Vitio cerebri fit quoque Diarrhæa sèpè ob somnum longiorem cum liquatur pituita, & ad intestina descendit

Diarrhæa fit vitio cerebri. quandoque ob cerebri imbecillitatem, quæ distillationes mouet, et quandoque dolorem eiusdem capitis excitat, Lien quoque Diarrhæam producit, quando aliquas ægritudines patitur, quæ vel expurgantur per aluum, aut ob imbecillitatem eiusdemmet visceris retinere non potest, & tunc excentia sunt nigra, vel ad nigrum saltum tendentia, quandoque contingit vitio iecinoris quotiescumq; iecur non attrahit cibum, eo quod ab eodem viscere distributio non fit, quandoque plus cibi ingeritur, quam ventriculus conficere possit, & hepatis attrahere, & tunc fit deiectionio, quandoque fit bilis deiectionio, & tunc apparet aut caliditas iecinoris, aut inflammati, quandoque, & obstruktione eiusdem iecinoris fit, ob quam chilosæ materiae non attrahantur per aluum feruntur, ac Diarrhæam efficiunt.

Potest etiam ab alijs causis affecti iecinoris Diarrhæa oriri, de qua cum intentio mea non sit loqui, eam pretermitto, quemadmodum etiam taceo Diarrhæam quæ in dementibus, & balbis efficitur & illam quæ ob ventriculi imbecillitatem succedit, quæ cum vomitu quandoque contingit, nam hæc potius Lyenteræ nomen videtur mereri, quam Diarrhææ, de ijs fluxibus meum intentum non est in presentia determinare: De sola Dysenteria mea est intentio tractare, & finis est ostendere illustres Medicinæ proceres ad Dysenterias sanandas, (habita prius ratione totius corporis) semper usus fuisse exsiccantibus, & adstringentibus, neminem autem non solum ex antiquis Græcis, Arabibus, sed ex Latinis usum fuisse laxantibus, quemadmodum secta quedam male instituta arbitrata est, sed neminem quoque ex ijs, qui nostris temporibus de Dysenteria scripsiterunt alios scopos ante oculos sibi præscripsisse præter adstringitionem, & exsiccationem videmus, & inter primas qualitates, modo modicam calefactionem, modo modicam refrigerationem, prout ventriculi frigiditas, aut hepatis caliditas exigere videbatur, & quia rerum definitio est verus modus rerum naturam cognoscendi, per diffinitionem procedendum erit. Antequam autem de uera Dysenteria loquamur uidendum prius est quot modis.

Dysenteria
quot modis
sumatur.

4. de Artic.

40.

Tract. de Dysent.

5

dis illa sumatur; Dysenteria igitur alia est communis, alia propria
uoce communi Dysenteria uocatur quævis sanguinolenta excre-
tio, licet etiam ulcus nullum adsit in intestinis, & contingit pro-
pter iecoris imbecillitatem, sic ut ubi propter iecoris imbecillita-
tem cruentum descendant, id quod vitium Dysenteria appellatur,
ut Gal. clare differuit: Dicitur quoque Dysenteria communis 4. de Art.
quando sanguis excernitur ob repletionem iecoris, & aliorum 40.
vasorum, quæ iecoris repletio ad venas intestinorum transmis-
tit sanguinem, & à multitudine venæ illæ capillares tenuiores
sanguinem fundunt qui dum per aluum cum fecibus excernitur
Dysenteriae commune nomen acquirit, de hac etiam Galenus Dysenteria:
loco supra citato locutus est. Iste igitur sunt Dysenteriae com- quo nomen
muni quodam vocabulo sumptæ, sed non sunt propriæ, & veræ acquirit.
Dysenteriae, nam vera, & propria nil aliud est quam vlcus inte- 4. de Art.
stinorum, & conuertitur, est vlcus intestinorum, ergo est Dysen- 40.
teria; est Dysenteria, ergo est vlcus intestinorum: sequitur alii Vera, et pro
fluxio ad intestinorum vicerationem, quia sensitua virtus ipso- pria Dysen-
rum dolore affecta propter vlcus irritatur, & ab humore qui con- teria quid
tinuò super vlcus transit excitatur ad expulsionem, cogiturque ex sit.
pellere, relaxata deinde virtute retentrice, sine vila vi impellen-
tis naturæ effluunt humores, icores & excrementa.

Quæ callere debet Medicus pro exacta Dysenteriae cogni-
tione. Cap. 3.

Tria sunt quæ concurrunt necessario ad exactam Dysente- Tria requi-
teriae cognitionem, vnum est locus affectus idest intestina, runtur ad
alternum natura humorum, qui ab eisdem intestinis propter Dy- curat. Dy-
senteriam foras excernuntur, tertium quomodo vlcera generen- sent.
tur, & qualia sint, cum vlcerum tot sint differentiæ: locus ergo
in quo tanquam in proprio subiecto fit vlcus sunt intestina, cum
autem per intestina intelligatur processus à fundo ventriculi,
nempè a piloro usque ad anum, seu ad musculum stritorum
sphinterem vocatum, qui anum constringit, qui processus licet
sit substantiæ membranose eiusdem substantiæ, à principio us-
que ad finem, idest ad intestinum rectum diuersam tamen figu-
ram, & magnitudinem obtinet, diuersam quoque crassitatem,
quare communiter ab anatomicis in sex diuiduntur, tria scili- Intestina:
cet gracilia, & tria crassa, primum intestinalum gracilium vo- sunt sex.
catur Duodenum, quia duodecim digitorum longitudinis est,
in.

Gal. 4. de
usu par. ca.
19.

in hoc intestino inseritur canale vesicę fellis ab hepate procedens, sequitur Ieiunum ita vocatum, quia semper vacuum sit, est porrò vacuum, quia plurima copia colerę sincerę per illud

*Gal. in intr.
§. de r̄sup.
cap. 3.* permeat, quę causa est vt ad continuam expulsione m st̄muletur, Ieiunum etiam vocatur eo quod nunquam quod accipit contineat; habet etiam hoc intestinum vt sit ferè rectum, dico ferè, quia nonnulli absolute rectum esse credunt, nonnulli verò aliquantisper circumfletri asseuerant; huic intestino coniungitur

*In Ileo ma-
ximi dolo-
res fiunt.* intestinum Ileo, dicitur autem Ileo, quia circa ilia repositum est, & habet suam reuolutionem, in hoc fiunt dolores illi vehementissimi, qui iliaci vocantur, qui lethiferum morbum inducunt, cum fęces per os excernuntur, ex quibus vix vñus vñquam euadit, sunt longa, subtilia, angusta, & magnā circumuolitionem habentia, & multum exsugunt ab iis venę Meseraicę quę plures existunt in hoc, quam in alio intestino: sequitur intestinum Monoculum siue Cęcum ita dictum, quia quasi saccus pendens, videtur habere tantum vrum orificium, si tamen conferatur ad intestina quę cum illo committuntur duo habet orificia:

*Anc. 16.
3. tract. 5.* In hoc intestino pr̄cipuę, & colo generantur, & colliguntur vermes, locatum est in latere dextro supra Ancham, vel sciam infra renem dextrum, sit ex eadem membrana qua sit Colon, & patitur dolores similes doloribus colicis: Quintum intestinum est Colon, ita dictum, quia habet multos ventres, siue cauernas, aut celulascola dictas, in quibus multe fęces recipiuntur; inuoluitur circa finistrum renem, & ascendit, & cooperit lienem, declinat versus partem dextram, & parum cooperit stomachum,

*Curt. &
Mundin. de
anath. coli.* & ideo compatitur stomachus quandoque cum affectibus colicis, & omento cooperitur, sicut etiam stomachus: est substantię cras-ſę, & solidę, in hoc fiunt dolores vehementissimi ex flatibus in eo conclusis, ita vt terebra perforari videatur, amplę est capacitas, & robustum, vt diu retineat fęces, nè celerius, & crebrius egerantur; sextum & ultimum est Rectum, quodd terminum suum habet anum, seu musculum constringens per quem anus constringitur, hoc valdè carnosum est, & pinguedinem quandam interiorem continet, sicut & Colon, & Cęcum, gracilia verò loco pinguedinis humiditatem mucosam habent, hæc autem pinguedo ibi à natura facta est, vt tuta seruentur à morsu biliosi humoris, plures venę intextę sunt in hoc musculo quę hemorroī-

*Anc. 18.3
Cap. 1.
Locus affe-
ctus in Dy-
senteria.* dales vocantur. Intestina omnia sunt locus affectus Dysenterie, & quodlibet horum cum ulceratur Dysenteriam efficit. Pars

inte-

interior tunice est illa q̄ raditur, ac exulceratur, Duodenū, & Ieiunū raro patiuntur ulcerationes, quia humor diu non firmatur in ipsis: in Ileo sēpē fiunt rasiones, vlcera, quia sunt subtilia inuoluta, & circuolata, lōga, & referta plurib. venis Mesentericis, p̄dita mul-
to sensu ita vt humores collecti moram trahant, ac facillime ero-
dant, vt plurimum tamen in intestinis crassis ulcerationes fieri so-
lent, quia receptacula sunt, q̄e omnium humorum prouentum,
non solum recipient, sed diu retineant, & qui diligenter obseruat
inueniet plurimas Dysenterias ortum habuisse ex vlceribus inte-
stini recti, quia nullum intestinum tanta carne est circumuolutum
& contextum, quanta est rectum, in hoc fiunt vlcera profunda, ca-
uerosa, magna, fistulosa aliquādō, cacocētica nonnunquam, etiam
cancerosa, & non raro cancrenosa ob continuum, & ineuitabilem
effluxum humiditatum acrīum, & prauarum, statutum tamen sit
omnia intestina radi, & exulcerari posse, quia per omnia transire
possunt humores acres, ac in ipsa bilis vtraque, & pituita incumbe-
re possunt, & sanguis in ipsis ægrotare, & secedere potest; Sed fre-
quentius exulceratur Rectum, Colon, & Ileum, quod comprehen-
ditur ex doloris situ, vt plurimum enim conqueruntur de tormini
bus circa ilia, circa imum ventrem, & circa os sacrum, & tandem
circa adstrictiorum ani, q̄e loca sunt situs Ilei, Coli, & Recti, quan-
doque & tormina incipiūt prop̄ ventriculum, & tunc dubium ori-
ri iure potest an in Duodeno, & Ieuno sit facta abrasio, vel vlcera
tio an in Colo, quod Colon partem fundi ventriculi cooperit vt di-
ctum fuit in anathomie de Colo intestino, quod tamen ita distin-
gui debet, nam si in superioribus intestinis sit laesio dum fiunt tor-
mina, non statim fit fecum egestio, sed si in Colo sit vlceratio, fere
statim post torsiones excernuntur excrements, quia Colon conti-
nuum est cum Recto, & non est opus longiori tramite ad excernen-
dum, cum vero in Duodeno, aut Ieuno est excoriatio cum proces-
sus sit longus ab illis vsq; ad anum, non statim fiunt egestiones. Sed
quandoque quiescunt per horas.

Cuius naturæ sint humores qui in Dysenterijs excernuntur.
Cap. 4.

Elementa q̄e constituant nostra corpora sunt quatuor, ignis,
aer, aqua, & terra, ignis proportione respondit bilis, aeris san-
guis, aquæ pituita, terræ melancholia ex horum mixtione fiunt va-
mores qua-
riæ naturæ. Hi quatuor humores quatuor habent colores, bilis au-
tor elemen-
tem.

tis respon- tem, sanguis rubeum, pituita album, & melancholia nigrum, ex ho-
dent.

Humores res partim sunt alimenta, partim excrements: alimenta sunt quæ
sunt alime- in naturam rei nutriendæ conuerti possunt, excrements autem
ta, et excre sunt quæ necessario generantur in segregatione quæ fit in con-
menta. coctionibus, horum excrementorum portio vtilis est, alia penitus
excremento inutilis, vtilis in aliquem conuertitur usum, inutilis absolute ex-
rum portio crementum est, & excernit tanquam naturæ absoluta super-
vtilis & in fuitas: Dysenteriæ diuturnæ quæ abradunt, & ulcerant intesti-
utilis.

Dysent. ab- primo euacuari alui excrements naturalia, simul euacuatur pin-
radentes , guedo illa interior, & humiditas mucosa, sequuntur varij ico-
quo fiant . res, sanguis, & pus, ijs excretis ventriculi, intestinorumque

Facultates facultates retentrix, & coetrix presertim debilitate collabuntur,
intestinorū alij deinde humores qui sunt in iocinore, & presertim qui naturali
quo colla- etiam curiu solent à felleo vase per portum ad Duodenum trans-
buntur . mitti, profluunt; deinde sequuntur aliæ humiditates, & natu-
rales, & non naturales, & quia natura non patitur vacuum, iecur

Natura nō à vena caua recipit, vena caua à ramis ascendentibus, & descen-
patitur va- dentibus, rami ascendentes, & descendentes cum suis propagini-
cuum . bus à toto corpore, quia venam caue propagines vniuersum obti-
propagines nent corpus, & non solum excrements, icores, & humores na-
renæ cauae turales, & quos præter naturam continet per aluum mediante
totum cor- iecore excernuntur, sed humiditas illa que ros carnium dicitur
pus obtinet . paulatim effluit, deinde pinguedines, postea partes carnosæ co-
liquantur, ac per aluum exeunt, ita ut macie confecti hæc tici euad-
dunt.

Dysent. quo hæc tici euad-
hæc tici euad-
dunt.

Cor vltimū moritur.

Nutritio corporis quo fit.

Consumptio corporis quo fit.

bidi

Tract. de Dysent.

bidi vocentur, accensu nimirum calore extraneo in solida cordis substantia, & alijs partibus, ac toto corporis habitu consumpto &c.

Cur decipiantur medici, & ex errore fiat Dysenteria longa, laboriosa, & lethalis. Cap.V.

PLures sunt causæ quibus decipiuntur, semper aduersus he-
par licet innocuum vellitantes, quarum præcipua hæc est,
quia nunquam perfectum studium in Galeni doctrinæ circa natu-
ram fluxum fecerunt, & præsertim Dysenterici, nec vera loca
propriaque capitula plustrarunt, vel quod ego arbitror, dum ijs-
dem remedijs à Galeno, ceterisque probatis auctoribus descri-
ptis vtuntur, duobus, tribusve diebus arbitrantur Dysentericos
sanari posse, cumque videant statim sanitatem non apparere, im-
mò dolores, anxietatem, egestionesque potius augeri, expaue-
scunt, & confunduntur, statimque ab inceptis remedijs absti-
nent, & quid amplius sibi agendum sit nescientes, casu ac fortui-
tu reliqua perpetrantur, & ad consuetas suas receptas reuertun-
tur, fitque recursus vel ab eodem ad idem, vel à malo ad peius,
alia causa errorum hæc est, legunt Gal. super illum Tex. Hip. In
ijs autem procedente tempore expectandæ sunt deiectiones cruen-
tæ qui habet hæc verba. Cruentam deiectionem Hip. *& vovteri v*
vocavit, quo nomine usus videtur non vt exulcerationem inte-
stinorum quemadmodum plerique Medici, sed vt cruentas inte-
stinorum deiectiones significaret, sic vt vbi propter iecinoris im-
becillitatem cruentam descendant, id quoque vitium Dysenterim
appelletur, quod à Medicis usurpari ac dici nouimus, sèpiusque
homines ita affectos medentium infectia perisse vos non latet,
interdum enim cum propter deiectiones acres propria quidem
pinguedo, processu temporis quædam strigmenta quæ ab inte-
stinis deraduntur vna excernantur, plerique Medici neglecto
iecinore ulcri dum taxat intestinorum medentur, atque iccireò Neglecto
regrotantes præcipitant, deinde subdit. Ergo morbus, & ieci- iecore vlc
noris imbecillitas, & vlcus intestinorum, ex ijs verbis colligunt ri mederi
semper iecur esse affectum in Dysenterijs, neque dari Dysen- periculosū
terias sine iecinoris affectione, sed non animaduertunt Galenum est.
ibi continere duo genera Dysenteriæ vnum quando cruentum Dysenteria
ob iecoris imbecillitatem descendit, alterum quando ob vlcus duo genera
intestinorum idem cruentum excernitur, & accusare illos qui

B sunt

*Gal. de Na
tu. flux.*

*Gal. 4. de
Art. tex.*

*40.
Hip. quomo
do sit intel-
ligendus.*

*Neglecto
vlc*

ri mederi

periculosū

est.

Dysenteria

duo genera.

sunt solliciti solum de vlcere intestinorum , nunquam de iocino-
re cogitantes licet affecto , qui error sane detestandus , & perni-
ciosus est , & ideo multi perperam curantur , & intereunt : qua-

Habēda est re Galenus ibi docet rationem habendam esse , & iecoris & vl-
ratio iecoris ceris , non tamen dicit omnes vlcerationes intestinorum adiun-
& vlceris . Nam habere iecoris affectionem , sed Medicos illos errare , qui
quando iecur afficitur , solum de vlcere cogitant ; quod res ita fe-
Dysent. fuit se habet , præterquam quod pluribus in locis Gal. constituit ve-
sine iecoris ras Dysenterias fieri sine vlla iecoris affectione ; secundum loca
affect . apertissimè determinauit : eadem etiam verba Galeni hoc osten-
Gal. cap. 5. dunt dum dicit . Interdum enim cum propter deiectiones acres ,
li. 9. de cōp. principio quidem pinguedo , processu temporis quædam strig-
menta , quæ ab intestinis deraduntur vna excernantur , plerique
Medici iocinore neglecto , idest Medici decepti ab acribus deie-
ctionibus , à pinguedine , à strigmentis derasis , arbitrati sunt so-
lumi vlcus esse in intestinis , nec hepar cognouerunt esse affectum ,
& ideo plerique illorum neglecto iocinore vlecri dumtaxat in-
testinorum medentur , atque iecirco ægrotantes præcipitant , er-
go Galenus notat Medicos decipi posse cum non curant de ieco-

Qui non cu-
rant de ieco
re decipiun-
tur .

Morbi va-
rii quomodo
incipiunt .

Dysenterici
perperā cu-
rantur .

Sciendū est
quot modis
heparim le-
eille fiat .

comburi, totum ignem esse, & quia egrotantes conqueruntur quod nullam utilitatem recipiunt ex illorum remedijs, respondent hoc euenire, quia hepar est calidissimum, & stomachus frigidissimus, & qui vni opitulatur, alteri officit, & autumant difficultatem non dependere ex malo modo medendi, sed ex re ipsa, quæ contrarias indicationes habet.

Plurimum decipiuntur nonnulli in iudicandis excrementis.

Cap. 6.

MEdici qui dicunt exeuntia in excretionibus Dysentericis esse prava omnia, maligna, corrupta, decipiuntur non intelligentes rei naturam, causas perscrutari nescientes, decipiuntur enim qui sentientes prauum fætorem, credunt humores illos in iconore, & venis corruptos reperiri, quod ita absurdū est, quā quod absurdissimum, nam dum in venis sunt, incorrupti sunt, ac utiles, sed dum secedunt a proprijs vasis, ac in intestinis ulceratis corruptionem acquirunt, fætorem, & pessimam qualitatem, sed cui mirum hoc videri debet, cum intestina sint receptaculum omnium immundiciarum to tuis corporis? Et quō magis bona sunt alimenta eo magis fætent excrementa iuxta illud Arist. Quorum corruptiones malae, & ipsa bona sunt. Cum igitur illud quod ab intestinis exit sit corruptio quædam humorum valde fœtentium, & isti humores a venis fluxerint necesse est ut illi prius extiterint boni, utiles, & incorrupti, aliter oportaret antequam Dysenterię successissent semper febres malignas antecessisse, cum malignæ febres ortum habeant ex insigni humorum putredine intra vasa contentorum, quod est absurdum dicere, cum manifestum sit apud omnes plurimas Dysenterias sine febre antecedere, & etiam sine febre quotidie reperi, causa ergo vera cur corruptæ excretiones fœteant nulla alia est, nisi quia prius erant bonæ substantiae, & incorruptæ, cum autem secedunt a proprijs vasis ratione continua evacuationis quæ vacuum inducit, corrumpuntur, & cum corruptio sit de contrario in contrarium, ex optimo alimento fit corruptio ad quā corruptelam sequitur fœtor, addamus deinde fetitia vlcera, & sordida addamus naturam loci quæ cloaca est, quid mirum si pessimè quandoque olent.

Humores
dum sunt in
venis sūt in
corrupti, dū
recedūt cor-
rumpuntur.

Intestina re-
ceptaculum
omnium for-
dium.

Aris. 2.

Topic.

Cur corru-
ptæ excretio-
nes fœtent.

Corruptio
est de contra-
rio in cōtra-
rium.

De varijs coloribus eorum quæ excernuntur.

Cap. VII.

Bilis, & pituita humores facile fluxiles. **C**olores varios praescrunt proportione respondentes materia humoris varijs quæ defluunt, defluit autem bilis ut plurimum in principio, & pituita, ut pote humores facile fluxiles, & qui motu facilime recipiunt, nam bilis quæ natura sua ignea est, facile motum recipit, & naturam irritat, pituita itidem quæ humidissima est labitur facile, qua proprium est humidi terminari alieno termino, si simul misceantur fit color medius inter aureum & album, & palidæ bilis colorem referunt, sic sanguis, sic melancholia duos alios colores efficiunt, rubeum, & nigrum qui si misceantur spadiceum referunt, & tot colores diuersi resultant quot mixtiones fieri possunt quot combinationes sunt ex elementis quæ duodecim ad minus existunt, sic duodecim colorès distincti conspici possunt, in excretis quatuor scilicet, & quatuor simplicibus excrementis, & octo ex octo combinationibus, idest aureum cum rubeo, aureum cum albo, & aureum cum nigro, haec sunt tres rubeum cum albo, rubeum cum nigro, haec sunt aliæ duas, album cum nigro, & est una alia cōbinatio: præterea sunt aliæ cōbinaciones quatuor, vnius quinque cum tribus, duobus cum duobus, quæ in totum sunt duodecim, ex ijs resultant duodecim colorum species, quæ ad doctrinæ maiorem claritatem duodecim tantum fuerunt posita tanquam magis conspicue, nam aliæ plurimæ esse possunt, differre poterunt solummodo secundum magis, & minus, nam fluunt omnes à primis quatuor combinationibus elementorum à primis scilicet quatuor elementis, seu humoribus qui corpus nostrum constituūt quare ubi excentia erunt flava, aurea citrina, crocea virida, vitellina, ignea, poracea, prassia, varias bilis species, & materiam igne proportione respondentem testabuntur, ubi erunt rufa, vel subrufa, rubea, coralina, & purpurea, sanguineam materiam portent, ubi alba, argentea, aqua, candida, cristalliu, pallida, eburnea glauca, oleaginosa, punicea exierit, pituitam ostendent, ubi autem cineritia, terrestria, aerea, ferruginea, nigra, ostrea, aut bituminoza excreta fuerint, duplē melancoliam significabunt, aut eam quæ fit ex sedimine sanguinis, quæ naturalis est, aut eam quæ ex super assatabile generatur, quæ lethalis est, ubi vero mixtos habebunt colores, materias quoque mixtas esse necesse erit, & quot colores, tot mixtiones, & quot mixtiones, tot humores, sunt autem isti colores

Bilis est ignea.

Pituita est humida.

Bilis, & pituita simul mixtū colorē efficiunt.

Sanguis, & melançol.

Simul mixtū colorem nēpe spadice faciunt.

Colores duo decim quomodo distinſti, & mixti conspicuntur combinationes variae.

Combinatio nes omnes à quatuor elemētis fluunt.

Quatuor humores varias colorū species ostendunt.

lores medij ; non per abnegationem, sed per participationem extre-
morum calore coloribus proportionato agente ; Nec soli hu- *Melancho-*
mores has contrahunt colorum differentias , sed icores etiam eo- *lia duplex.*
rundem humorum : nam omnis humor icorum proportionatum *Melancho-*
habet qui ferè eiusdem coloris est cuius est eius humor; isti humo- *ria lethalis*
res qui icores, & colores continent, in venis præsertim magnis re- *quaest.*
sident, neque puri & sejuncti in multa copia reperiuntur, sed sem- *Calores me-*
per mixti, mæsa enim sanguinea quatuor in se humores continet, *dij sunt per*
diciturque sanguinea , vel biliosa , vel pituitosa, siue melancholica *participa-*
prout magis dominatur in eo vel unus, vel alter humor, bilis tamē *tionem ex-*
fingera fere in cisti, & post fellis reperitur, pituita in capite ventri *tremorum .*
culo, vessica , pericardio ideo membrana cor ambiente , intestinis *Icores hu-*
craffis, manifeste conspicitur, melancholiam in liene, & in hemor- *morum dif-*
roidibus venis , sanguinem verdum in solo corde licet non *ferunt colo-*
semper incumbere cernimus. *re.*

Quare hoc determinatum fuerit varios colores diuersitatem *Omnis hu-*
humorum indicare, ac varios humores fluere à varijs partibus cor- *mor icorem*
poris , nam & à toto fluere possunt, & ab aliqua prædictarum par- *babet .*
tium iuxta illud Gal. Iecur enim non sua modo excrementa, icores *Humores*
& humores quos præter naturam continet in vētrem dimitit, sed *sempre sunt*
vniuersi etiam corporis, siquidem per ipsum est omnibus partibus *mixti in ma-*
anexus, ac per ipsum omnia illarum excrementa recipit que in ip- *gnis vcnis .*
sis decumbunt, quandoque unam partem , quandoque duas , ac in *Mæsa san-*
ternum plures expurgantia, sēpe etiam tanquam symptomata que *guinea qua-*
alicuius partis affectiones indicent. *tuor in se hu-*
mores con-
tinet.

An symptomatice semper in Dysenterijs fluat alius.

Cap. VIII.

Si natura prauum aliquem humorem vel à capite , vel à iecore ,
seu à liene, aut ab aliqua parte , siue à toto corpore expellit per
intestina, ac in transitu excoriationem faciat, & Dysenteriam , ista
Dysenteria est ne symptomatica, cum à natura lana humorem no-
ciuum expellente fiat? Responso facilis est, si excretio non sit im-
modica, & solum fiat de illis humoribus , qui nocui naturæ erant,
non solum symptomatica non est, sed Dysenteria commoda ab
Hipp. appellatur, quippe que multos morbos sanare potest, sed si
modum excedat, ac postquam prauos humores euacuat remanet
vclus, irritataque ab erosione vel vlcere , excretio prosequitur , ac
viles humores expelluntur , proculdubio hęc est symptomatica
in ge-

13.

*Iecur et sua
et totius cor
poris excre
metum vē
trem dimit
tit.*

in genere excretorum immodice, & dependet à morbo, nempe ab vlcere irritante naturam ad expellendum: quare propriè, & penes formam loquendi, vlcus intestinorum vt vlcus, est morbus in soluta vnitate, & quatenus tormina facit symptoma in sensu deprauato ipsis tactus, excretio autem in genere nimirum excretorum, & in hoc sensu semper Dysenteria prava est, sed si consideretur prout natura excernit materiam nocuam, tunc non solum non est symptomatica, sed per accidens vtilis, & commoda esie solet. Quomodo autem distinguemus has duas Dysenterias, idest illam quæ fit natura ex se expellente nocua, & illam quæ fit vlcere irritante naturam? hæc est distinctio; Ea quæ fit natura expellente nocua, fit in corporibus antea aut ægrotantibus, aut neutrīs, quæ integra non fruebantur sanitate, quæ verò fit vlcere irritante naturam, hæc fieri potest in corporibus sanis quæ nullam fere labem ante passi fuerint, vt in illis, quæ aut nimio frigore, caloreve affecta fuerunt, siue nimio potu vini generosi, vel etiam nimis aquosi, seu crapula, aut ex esu conchiliorum, præsertim ostrearum, vel medicamento assumpso scammonicato, seu alterius similis naturæ, siue ab alia simili causa procataretica, aut clistere in iecto nimis calido, vel acri, aut ex leui offensa facta in intestino Recto, ex qua Tenesimus oriri potuerit, ex hemorroidibus aliquibus corrosis, vel apertis, quæ vlcuscum aliquod contraxerint, aut ragadijs, siue scissuris alijs, ex quacunque causa ortis, vt in partu difficulti, dum enixa conantur fetum edere, fit etiam à flatu descendente, & disrumpente tunicas, & hoc contingit sæpiissime.

Quæ omnes causæ procacaræticæ dici possunt, quia fiunt à causis præincipientibus; quæ vlcus efficere possunt, absque quo natura nouum internum quid habuerit, quod expellendo abradat; ergo Medicus debet diligenter perpendere an vlcera intestinorum sint causa continuatæ Dysenteriae, & fluxionis alii, an verò natura ipsa faciat motum expulsionis, quæ expulsio duret donec totius humor fuerit excretus: contingit enim quandoque in Dysenteria longis, vt in principio criticæ natura insurgat ad expulsionem humoris praul, & licet finem habuerit humor ille prauus, atque fit symptomaticus criticus factus est symptomaticus propter vlcus, aut excoriationes semper deprauato, & violento irritat naturam ad expellendum, omnes in corpore enim humiditates nostri corporis continuatatem in se habent in membris, & ubi vna humiditas aut secedit, aut expellitur, ad locum

Non solum vlcera interno internum quid habuerit, quod expellendo abradat; ergo Medicus debet diligenter perpendere an vlcera intestinorum sint causa continuatæ Dysenteriae, & fluxionis alii, an verò natura ipsa Dysenteria longis, vt in principio criticæ natura insurgat ad expulsionem humoris praul, & licet finem habuerit humor ille prauus, atque fit symptomaticus criticus factus est symptomaticus propter vlcus, aut excoriationes semper deprauato, & violento irritat naturam ad expellendum, omnes in corpore enim humiditates nostri corporis continuatatem in se habent in membris, & ubi vna humiditas aut secedit, aut expellitur, ad locum

cum illius humiditatis fluit alia humiditas, & sic alia post aliā, quia natura non patitur vacuum, proprium autem humiditatis *Humiditas* est semper fluere, donec alienum terminum inuenierit a quo fir-*tis est sem-*metur, & terminetur, quare cum intestina excernunt, semper per fluere. etiam à partibus vicinis attrahuntur, ne vacuę remaneant, humo-*res etiam in alijs partibus vicinis ad eadem confluent, quare fit* perennis, vt ita dixerim fluxio, vt mirum non sit si continuę alii fluxiones Dysentericę insignem maciem inducunt euacuatis scili-*cet omnibus humoribus tam excrementosis, quam alimentalibus,* vnde tabidi, & corrupti tandem marcescunt.

Pro natura ulcerum intestinorum. Cap. IX.

HA&tenus igitur duo priora capita expediūimus vnum de in-*testinis, quae sunt locus affectus Dysenteriae, alterum de* natura, & differentijs humorum qui in excretionibus conspiciuntur, causamque reddidimus cur etiam tot colores præseferant; remanet tertiū propositum, & est, quae vlcera sint illa quae in in-*testinis fiunt.* Vlcera nanque quae interne fiunt sunt eiusdem naturae cuius sunt vlcera externa, & eodem modo, eisdemque in-*icationibus, & remedij curantur, neque in alia re differunt, nisi* quia difficilis curantur, quia Medicus remedia commodè non potest supponere, cum illa manibus tractare nequeat, vlcus ergo cum sit fēda, & impura continui solutio plurimas habet differen-*tias, nam aliud sanosum, in quo id quod exit album, lene, & æ-* quale, aliud virulentum, à quo emanat quedam icorosa materia, virore sucoque viridi quasi venenoſo conspersa, aliud sordidum, idest cōspurcatum à quo fiuit multa sordities, quedam etiam sunt verminosa, quę vermes ex ingenti corruptione gignunt, & istę dif-*ferentię sunt penes materiam contentam in ipso vlcere, præterea* vlcera quædam sunt quae phlegmonem habent adiunctum id est in *flammationem à sanguine, & dicuntur vlcera phlegmonosa, que-* dam quae erisipilam copulatam habent, & vocantur erisipila-*tosa, quædam cœdematosa ob humorem pituitosum, dicuntur* alia carcinomata seu cancerosa; vel cum tumore, vel sine, vel phagedena, idest vlcera depascentia, sed solum cutim, cuius cau-*sa est biliosus, & acer humor, ijs succedunt vlcera maligna, seu* cæctethica, cuius naturae sunt illa quae telephia dicuntur, quae et si nec depascant, nec dolore affiant, & sint sine tumore, nihilomi-*nus habent ora prædura, quibus subest vlcus, quædam sunt fistu-* losa.

*Vlcera in-
terna sunt
similia vlc-
ribus exter-
nis, sed diffi-
cilius curan-
tur.*
*Vlcus pluri-
mas habet
differētias.*

*Vlcera phle-
gmonem ad
iunctum ha-
bentia, &
alios mor-
bos.*

*Vlcera ma-
ligna.*

*Vlceræ si-
stulosa, &
putrida.* solum, longa, &c, angusta, callo obducta, quædam cauernosa;

quædam sunt quæ putrida appellantur, cuius caro circumiacens, plerumque in sphacelum definit; humor praus, plerumque solus illum efficere solet, maiori tamen ex parte fit ex caloris extincione facta à quacunque causa potente calorem extinguere, gangraena est incipiens partis corruptio, cum verò iam extincta, & corrupta est, sphacelus dicitur, seu sideratio, in qua foetor, nigrities, frigiditas sensus, & motus priuatio ob caloris, & spirituum defectum in est vel quia prohibent ei transitum à corde per arterias, aut vinculo, sive constrictione, vel obstructione, aut quia calor partis extinguitur, & suffocatur, vt in magnis inflammationibus, & ingenti obstructione facta à magno frigore, vel a maligna, & venenata qualitate; Cum igitur tot sint vlcerum differentiae, quænam vlcera sunt illa quæ faciunt Dysenteriam? nullum genus vlceris reperior quod intestina eufugere possint: nam

*Vlceræ qua-
faciunt Dy-
senteriam.* primo superficiale vlcus contingit quando sola abrasio facta est, quod adhuc nullam habet aliam prauam conditionem, & hoc cum nullam malam differentiam habeat facilissimè sanatur, potiusque abrasio appellari debet, quam vlcus, fieri deinde potest saniosum superantibus humoribus à calore nativo non obtentis in eadem parte abrasa, qui humores si benigni fuerint, & calor naturalis validus, & proportionatus saniem concoctam producunt, & vlcera fiunt benigna, & tunc fluit sanies alba, lenis, & æqualis, hæc etiam sanantur satis cominodè, quædam alia virulentæ sunt, ex quibus emanat sanies viridis, hæc contingit sæpè in Dysenterijs, in ijs qui luc gallica sunt infecti, ex quibus emanant quædam pessima icorosa excrements, quæ porri succum referrunt, hæc cum difficultate sanantur, aliquando sordidissimis vlceribus scatent intestina, quæ immundiciem intolerabilem multorum humorum cum fetore, & graueolenta excernunt, quæ ægroto laborem, & periculum vita inducunt, magnum verò faccessunt Medico negocium, dum curam molitur, quia magnam putredinem arguunt. Quædam etiam ita sordida, & putrida euadunt, vt vermes generent ascaridos appellatos, ijs præterea vlceribus coniunguntur in eisdem intestinis tumores cuiuscunque generis, sed frequentior tumor est phlegmonosus, id est inflammatorius; primò enim incipit fieri quædam flogosis, id est accensio seu rubor venarum, & tunicarum intestinorum, deinde augmentur, ac verum phlegmonem efficiunt, non tamen adhuc in abscessum conuertitur, sed occupando maiorem partem inter-

*Dysenteria que
difficiliter
sanatur.* in Dysenterijs, in ijs qui luc gallica sunt infecti, ex quibus emanant quædam pessima icorosa excrements, quæ porri succum referrunt, hæc cum difficultate sanantur, aliquando sordidissimis vlceribus scatent intestina, quæ immundiciem intolerabilem multorum humorum cum fetore, & graueolenta excernunt, quæ ægroto laborem, & periculum vita inducunt, magnum verò faccessunt Medico negocium, dum curam molitur, quia magnam putredinem arguunt. Quædam etiam ita sordida, & putrida euadunt, vt vermes generent ascaridos appellatos, ijs præterea vlceribus coniunguntur in eisdem intestinis tumores cuiuscunque generis, sed frequentior tumor est phlegmonosus, id est inflammatorius; primò enim incipit fieri quædam flogosis, id est accensio seu rubor venarum, & tunicarum intestinorum, deinde

*Primum ge-
nus inflam-
mationis.* augmentur, ac verum phlegmonem efficiunt, non tamen adhuc in abscessum conuertitur, sed occupando maiorem partem inter-

stino-

stinorum, s^ep^e regionem ferè totam Mesenterij in consensum trahit, ac ad hepar illam diffundit, ad quam sequitur singultus, signum lethale, quia argumentum est maximam, & pessimam esse inflammationem, vt Gal. testatur super illud Hip. In hepatis inflammatione singultus malum, quia in magnitudinem at tollitur feraente inflammatione, in quo ferore stomachus ad compassionem trahitur, nonnunquam communium nervorum ratione, qui sunt (vt Hip. docuit) breuissimi, quare tunc solum compassio fit stomacho ad hepar, quando inflammatio, & maxima, & pessima fuerit, s^eneque bile satis calida, & multa in huius visceris inflammatione genita ac confluente ad intestinorum principium, atque ita superfluitante, ac ad ventriculum recurrente contingit os eius morderi, atque ideo singulture, nonnulli vero arbitrantur magnitudinem inflammationis ventriculum premer, ac singultum facere, non habente exitum spiritu quemadmodum inquiunt: Tertium genus inflammationis contingit viceribus intestinorum quæ in abscessum definere solet, talis inflammationis absedens, aliquando salutaris, aliquando lethalis esse solet: his intestinorum vicerib. coniungi possunt alie species tumorum, nempe phlegmonosi, biliosi, & melancholici, & simplices, & mixti, qui similiter terminari solent, vel ad salutem, vel ad mortem, prout magni, aut paruo sunt, benigni siue maligni, omnes tumores melancholici vicerati sunt praui, et si fiunt a melancholia ex bile nigra adusta pessimi sunt, & vlcera quæ generatur sunt, aut incurabilia, aut vix paliat^e curantur, nam cancri similitudinem habent, & verè cancerosa vlcera vocari debent, & Dysenteria quæ fit ab viceribus his cancerosis insanabiles sunt, quare Hip. lethales Dysenterias eas vocabat, quæ initium habebant ab atra bile, vlcera alia coniunctos habent tumores alios, e risipilatosos scilicet, & edematosos, edematosi sordida vlcera, & valde humida efficiunt diuturna, sed minus lethalia, risipilatosi vero humores sunt impetuosiores, & citissime terminantur vel ad crifim bonam vel malam cum magnis febribus, calore ventris estudo, bilisque flauæ copiose excretione, & vlcera humoris acredine vellicosa tornina magna efficiunt, haec omnia vlcera quæ variros tumores coniunctos habere possunt, si tantum sua putredine, & solutione continui suppurationem faciunt in cavitate intestinorum, exceptis cancerosis, possunt sanitatem recipere, sed si totam tunicam erodunt intestini, & sanies labatur in scrotum, non solum incurabilia omnino sunt, sed tabidos fieri ergos necesse est.

Aphor. 17.
lib. 7.

In hepatis
inflammatione
singultus
malum.

Secundum
genus infla-
mationis.

2. Epid.

Tertium ge-
nus infla-
mationis.

Vlcera quæ
cancri simi-
litudinem
habent
Dysenteria
insanabi-
les, & le-
thales.

Vlcera tor-
mina ma-
gna efficien-
tia.

Vlcera in-
curabilita-
& pessima-

se est, consumpto nimisrum corpore ex marcore icorum febre in
hecticam generantium, tum ex continuo alii fluore, tum quia
fanies collecta in scroto expurgari nequit, sed si vlcera, & ables-
sus sunt tantum in parte interna tunicae intestini, cum materia
commodè excerni possit; tunc expurgari potest pus, remittique
inflammatio, natura sublievari, vlcuque eodem modo curari,

*Vlcera can-
cerosa in-
curabili-
tate, &
quare.*

quo cetera intestinalium vlcera curari solent, vlcera cancerosa
omnino incurabilia sunt, quia cancrum continent, cancer
autem neque digeri neq; cōcoqui potest, nec vlla arte ad benigni-
tatem reduci: & ratio est quia sit ab ultima coctione quæ est inci-
neratio, & summa exsiccatio, & quemadmodum cinis quæ est ul-
tima lignorum resolutio non recipit vltiorem coctionem, quia
iam incineratio facta est, euaporato scilicet omni humido vi ignis,

*Omne aqua-
resolutum
est.*

nec magis incrassari possit, cum incrassatio fiat per euaporationem
partium aquearum, omne autem aqueum resolutum est, hinc est
quod vltiorem non admittat coctionem, sed carbo, & cinis est,

*Alia causa
cur. vlcera
cacerosa cu-
rari neque-
unt.*

alia etiam est causa, quod vlcera cancerosa nō possunt vinci, quia
si cancri habent suas radices, quæ originem trahunt à suo princi-
pio, nempe ab hepate nimo feruore prædicto, & hæ radices sunt
plurimæ, & continuo ferunt atram bilem exussam ad vlcus, quæ
continuo etiam generatur in iecore, licet etiam sanari posse vide-
retur vlcus, attamen prouentus continuus materiae exustæ conti-
nuo renouat vlcus, & nisi radices extirpentur impossibile est can-
crum extirpare, radices autem posse eruere non solum rationi nō
videtur consonum, sed omnino repugnat naturæ rei, vt. etiam si

*Impos-
sibile
est can-
crum
extirpare.*

venæ omnes euelli cum humore poscent, hepar tamen fons peren-
nis atræ bilis denuo repulillaret, & esset circulus ab eodem ad idē.
Quare carcinoma occulta id est vlcerata non curabis, curati enim
citius intereunt. Cum ergo Dysenteriae ortum habent ab atra-
bile fluente ab vlcere canceroso intestinalium lethales sunt. Pa-
tiuntur in Dysenteria intestinali vlcera cuiuscunque generis, & mæ-
ligna, & cacoetica, serpentia cauernosa, fistulosa, & præsertim

*Carcino-
ma
occulta non
curantur, et
curati citi-
us intereunt.*

intestinum Rectum multa carne munitum, in quo fistulæ facilli-
mè fieri solent, quedam callosa, quæ labra prædura habent. Omnia
vlcera male curata in intestinalibus prava euadere possunt, & incur-
abilia, & in gangrenam, & tandem in sphacelum terminari pos-
sunt, raro tamen hoc contingit, quia ægræ prius mortuntur, inte-
stinum Rectum valide obnoxium est omnibus speciebus vlcerum,

*Cur Dysen-
teria sint
lethalæ.*

& inflammations magnas patitur, ideo etiam in gangrenas ter-
minatur, raro tamen hoc contingit, si Medicus non est omnino
ignarus;

ignarus; hoc itaque conclusum sit; intestina omnia posse quamlibet ulcerum speciem pati, sed inter gracilia Ileon, inter crassa Colō, & Rectum, magis obnoxia sunt cuicunque generi ulcerationis, & apostematis, Ileon propter sui renuitatem, & multitudinem reuolutionem, ibi enim potest humor, aut alia res acris diu ulcerantur, decumbens erodere in Colō ab multitudinem collectorum humorum, & in Recto quia portinarium est, & continuo mouetur, & omnia excrementa eo transeunt multisque venis non solum hemorrhoidalibus, sed etiam alijs refertum est, ex quibus facilis fit ad illam partem carnosam fluxio.

Quomodo moriantur Dysenterici. Cap. X.

Medicus bonus esse non potest, nisi sciat quomodo moriantur ægrotantes ex suis ægritudinibus, si enim nescit causas, & ordinem caufarum quæ ad interitum ducunt, quomodo fientes morbos poterit præcavere, aut existentes tollere? & si mortis ignorat causas, quomodo salutis viam valebit cognoscere, cum contrariorum eadem sit disciplina? Ut ergo sciamus quomodo moriantur Dysenterici, illud scire quod Arist. statuit necesse est: nimur cor in animali primum generari, ultimum mori, est enim vitæ principium, & fons sedes caloris natuui, & spirituum vitalium fucina, quo non deficiente animal mori non potest, calor ergo cordis vitam alit, vitam sustinet, qui calor suam perseverantiam ex sanguine obtinet, eo modo quo ignis conseruatur ex lignis idoneis, a quo cedes totas calescere confipimus. Itaq; quemadmodum ignis hic offenditur, interim vero tametii non multis, tamen admodum madentibus, nonnunquam autem non omnino impositis, aut valde exiguis; sic qui in corde est calor, interdum seipso minor efficitur, aut propter sanguinis copiam, seu ob ingeniem inopiam, vel qualitate frigida, interim vero maior sue propter calidam sanguinis qualitatem, vel parvula inopia. Cumigitur vita calore natuuo seruetur, calor autem natuus suam perseverantiam habeat ex sauguine, sanguis vero suam generationem ex alimentis obtineat, qui vult calorem cordis conseruare, sanguinem generare necesse est illum, qui autem vult sanguinem generare, ipsi alimenta retinenda, & confienda sunt in stomacho, magis elaboret in intestinis perficiat in iecore, & tandem à iecore ad committat à quo calor natuus tanquam ignis à lignis suo proprio pabulo alatur, perseverantiamque recipiat. In Dysenteria iam fa-

Cor primum
generatur,
ultimum mori-
ritur.

Quomodo
calor vitæ
alit.

Galde tur-
rat. p. f. m.
cap. 5.

& a moriuntur ægri, quia intestina proprium manus retinendi, &
Cir in Dy- concoquendi non præstant, nam retentrix concoctrix valde dimi-
senteria mo- nuta est, non enim concoquere possunt, quia non retinent, cum
riature egri. non retineant chylum debito tempore, sed per aluum corruptus,
& crudus secedat, Mesenterium non trahit, cum Mesenterium
non habeat quod trahat, hepar nil aut parum recipit chyli; cum

Sanguis ge- autem sanguis in iecore generetur ex chylo ad ipsum per mesera-
neratur in venas demandato, si chyli non recipiat hepar, non potest
iecore ex sanguinem generare aut saltem in paucissima copia, ipsum gignit,
chylo. sanguine autem deficiente in iecore, incipit etiam deficere in to-

Quomodo corpore cū paulatim non restauretur minuitur, tum ex longa
deficiente euacuatione, tum quia nihil alatur, sicque paulatim sanguis, &
sanguine, de- calor cordis incipit minui, quia minuitur, & deficit sanguis, à quo
ficit vita. ipse calor perseverantiam habet, deficiente autem sanguine, &
calore nativo, necesse est vitam deficere, quia spiritus exalat, ac
perspirat deficiente pabulo, eo modo quo ignis moritur deficien-
tibus lignis. Quis autem non videt in longis Dysenterijs, contra-
riū euenire, eo quod cōtingere solet in ijs qui sani sunt, nā qui sani-
tate fruuntur hoc modo vitam conseruant refectis scilicet spiriti-
bus calore, & sanguine cordis continua restoratione alimentis fa-

Quomodo et, primo enim concoquuntur alimenta in ventriculo, postea de-
vita alitur descendunt in intestinis gracilibus, ex his extrahitur a venis mesera-
& restaura cis chylus, qui fertur ad iecur, a iecore perficitur, & nutritur in san-
tur. guinem, tandem per venam cauam ad totum corpus dispensatur
mediante corde, & purior pars conuertitur in cordis nutricionem
fouet calorem, ac in spiritum vitae conuertitur, & ita homo viuit:

Quando ægri In ægrotis autem ex fluxibus Dysentericis longis, & prauis, con-
desciunt, et concoctrix ventriculi imbecilla sit, intestina neque retinent debito te-
per resolu- pore, neque concoquunt, sed quicquid sumptum est per os cum tor-
tionem mo- minibus, & varijs alii egestionibus extra ventrem defluit, Mesen-
riuntur. terium nil habet quod attrahat, hepar nil habet quod medio venæ
portę recipere possit, hepate non sanguificante corpus extenua-
tur, deficit alimentum vniuerso corpori, emaciantur, tabidi fiunt,
marcescuntque tum ex febricula illa leui que suboritur, tum quo d
nihil alantur, tandemque pulsū, & virtute vitali destituti misera-
biliter moriuntur, & si contingit quod adhuc vlcera intestinorum
sint detecta, & viua, miseris cruciatibus lacerati, ad extremum ma-
gno cum dolore, & clamore vitam cum stercore fundunt, & hæc
mors dicitur per resolutionem.

Quomo-

Quomodo sanentur, & que sit radix sanitatis.

Cap. XI.

Aud omnes bonos philosophos hoc ita cōspicuum est, ut nullus reperiatur qui inficias ire posit, animirum eam esse veram alicuius effectus causam, qua posita ponitur effectus, & qua ablata auferitur effectus, in sanitate recuperanda. Dysenteriorum necesse est hanc causam adesse, eaque nulla alia esse potest, quam formalis, & coniuncta immediata vocata, hæc autem non est iecinoris caliditas, quia posita hepatis caliditate, statim non infertur Dysenteria, neque ablata iecinoris caliditate statim auferitur Dysenteria, neque eit humor acris, nam dato humore acris non infertur Dysenteria, neque dempto humore acris demitur Dysenteria: Neque est aliqua ventriculi intemperies, siue intestinorum, quia data quavis ventriculi intemperie, atque intestinorum, non arguitur Dysenteria, neque conuertitur cum ipsa, neque ablata eorundem intemperie auferitur Dysenteria, solum igitur intestinorum vlcus est vera causa formalis, & immediata Dysenterie, quia dato vlcere statim arguitur, ergo est Dysenteria, quia Dysenteria nil aliud est, quā vlcus intestinorum, sanato ergo vlcere statim sanatur Dysenteria, quia vera Dysenteria nō potest esse nisi cum vlcere intestinorum, vt ait Gal. Quicunque igitur veram Dysenteriam sanare vult, vlceris sanatio est necessaria, quia eo posito ponitur Dysenteria, & eo curato, auferitur Dysenteria, sanantur itaque sanato vlcere. Cum autem sanata sunt vlcera, virtus concoctrix concoquere potest, ac alimenta conficere, quia retentrix retinet, causa nimirum ablata quę suis tormibus, & dolore retentricem irritabat, retinente, & concoquente natura alius non perfluit, humores qui sunt in ambitu totius corporis successive ad ventrem non præcipitant, sed remanent in suis vasis, in quibus incorrupti seruantur, sicuti extra exeentes, putridi fiunt, ac febres varias, inflammations, abrasiones, abscessusque producunt, quę autem accident in longis Dysenterijs diutum est etiam, ac dicetur in posterum accidunt autem plerunque febres, ægestiones a lui variæ, hepatis, præcordij, inflammations ventris, dolor, cibi intercep^{tio}, sitis, & qui sane plura horum malorum habuerit, citissime interibit, cum vero paucissima talium affuerint, huic plurimæ spes existunt: Hęc ergo omnia sanari nō possunt, nisi ante omnia sanetur vlcus, sanato autem vlcere, reliqua ex consequenti sanari possunt, sed non sanato vlcere impossibile est posse alia sanari,

Gal. I. de locis affect. c. 2.

Posita causa ponitur effectus, & e conuerso.

Caliditas hepatis non efficit Dysenteriam, nec e conuerso.

Vlcus intestinorum est vera causa Dysenterie.

9. de comed. sec.

Cot. cap. I. Sanato vlcere sanatur Dysenteria.

Accidentia in Dysent.

natu-

natura enim omnes operationes suas molitur mediante nutritio-
 Per nutri- ne, siquidem alimenta omnia restaurat, sine nutritione omnia in-
 tione na- tereunt: existente in intestinis vlcere nutritio fieri non potest, quia
 tura opera- fit retentio, & digestio, calorque naturalis obtinet, ac opifex sani-
 tationē suām tatis facilissime fieri potest, cum omnes quatuor naturales faculta-
 perficit. tes incolues habeat, attractivem, retentivem, coetivem, & ex-
 Cur pultricem, & vt Auerrois voluit qui quintam facultatem adiunxit
 Vlcus in in- nutritivem, seu altricem, siue assimilatricem vocatam. Cum ergo
 testinī nu- vlcerum sanatio succedit, incipiunt quiescere, & sanari omnia ac-
 tritionē im- cidentia, scilicet retentivis laxatio, coetivis imbecillitas, intesti-
 pedit. norum excandescens, inflammatio eorumdem, ventriculus debi-
 Facultates to tempore continet, ac digerit, Meseraicæ venę chylum trahunt,
 naturę qua- sanguis non profluit, hepar recipis eūdem chylum, in sanguinem
 tuor. mutat, eo nutritur, & alias partes reficit, quiescunt alij omnes hu-
 Operationes mores alimentales in suis vasis, non enim ratione vacui labuntur,
 facultatum nec ratione imbecillitatis defluunt, nec causa naturae irritatę sece-
 naturae. dunt, sed totum corpus alitur, atrophiae, & cachexię incipientes
 Sanato vlcce corruguntur, cor tandem reficitur, sanguis eius perseverantiam ha-
 re intestino- bet, spiritusque, & anima viuit: Si remanet vlcus, cetera remane-
 rū sanatur re necesse est, tolle vlcus, cetera tolli possunt, sanitas ergo petenda
 Dysent. est ab vlceris sanatione, & qui vlcera intestinorum sanare non va-
 lent, nunquam valebunt ad salutem recuperandam, qui vero vlc-
 Vlt̄ et mor- era sanare valuerit, is vere sanator dici poterit, cum tota salutis spes
 tis eadē est a sanitate vlceris dependeat, tanquam à vera causa immediata, &
 disciplina. formaliter Dysenteriae, ecce ergo quomodo salutis, & mortis, que co-
 traria sunt, eadem sit disciplina?

*An Dysenteria fiat semper ab humore bilioso, erodente, &
 an bilis quae exit sit naturalis, an præter naturam?*

Cap. XII.

Bilis non in- **Q** Vi multos committunt errores ad ægrotancium perniciem-
dicat hep- sunt illi medici, qui dum vident plurimam materiam bilio-
tis calidita- sam extra corpus propelli in Dysenterijs arbitratur semper feruē-
tem. tissimum esse hepar: Et cum hepar sit mēbrum generatiuum bilis,
 dicunt oportet corrigere illius feruorem, quia causa est perennis
 ut bilis generetur, & genita demādetur ad intestina, & fiat erosio.
 Quare ad hanc causam debellandam sese conuertunt, nil aliud re-
 spicientes, & quia contraria contrarijs curantur, cum intempe-
 ries calida curetur frigidis, hinc est quod statim ad vsum seri capri-
 ni, &

& aquarum lucentium, calderarium, succorum refrigerantium.
 & similium sese accingunt, huius erroris causa sunt illa verba Galeni ab ipsis male intellecta, & perperā interpretata, quae habentur vbi Gal. dans exemplum de illis affectibus qui non habent permanentem dispositionem separata causa, & de illis qui remota causa adhuc remanet indispositio, & affectus ait. Velut in Dysenteria *P. de loc. af-*
mordax humor causa est affectus, ut pote qui ab initio, & abstergit,
& abradit, deinde temporis tractu ulcerat intestinum 7. etiam cō-
sex. de morbis vulgaribus tex. 22. ait se declarasse in Aphor. Com- *Mordax hu-*
ment. Dysenteriam ex acribus humoribus exoriri, & ab hac affe- *mor est cau-*
ctione intestinum exulcerari, atque ita ut etiam procedente tem- *sa Dysent.*
pore corruptela subsequatur, & etiam Aphor. Aphor. 24. in Com-
mento ait. Ab illa quae à quibusdam pallida, ab alijs bilis flaua no-
minatur maxima ex parte incipit, intestinorum difficultas, abra-
sis prius in summa parte propter humorum acrimoniam intesti- *Bilis nō est*
nis postea ex eis adeo ut exulcerentur: ex ijs locis colligunt isti bi- *causa Dy-*
lem causam esse Dysenteriae, & qui non tollit hanc bilem, non tol- *sent.*
let causam, & qui non tollit causam generationis bilis, nunquam
bilem extinguet, cum autem hepar calidum sit causa generatio-
nis bilis, ergo (inferunt isti) hepar refrigerandum, & humectan-
dum est, quare serum, & cetera frigida, & humida conueniunt: cir-
ca hæc dicta plurima committunt errata, primum est quod non
bilis quæ in Dysenteria subducitur genita est ab hepate tunc effe-
rescente, nam bilis humor est naturalis genitus à naturali mēbro *Bilis nō sene-*
propter vitam quæ consistit in quatuor elemētis, & in quatuor hu- *pergignitur*
moribus, & hæc bilis est in vniuerso corpore cum sanguine mix- *ab hepate ef-*
ta, & etiam in vase felleo, & in canalibus sine qua impossibile *feruente.*
est animal vitam habere, hæc sæpiissime in Dysenterijs præ-
cipue longis fecedit per aluum, & non est genita ea die, neque ea *Bilis est in-*
hebdomada, neque eo mense quo captus est Dysenteria, neque *toto corpo-*
qui Dysenteriam precesserunt, sed multis ante actis, & annis, & *re sanguine:*
lustris, immo eadem bilis connata, & genita est eodem tempore, *mixta..*
quo ille sanguis generationem suscepit in qua ipsa latitat, unde
fieri potest ut Dysentericus sit aliquis à quo fluat bilis per aluum,
& tamen hepar nullum habeat excessum in caliditate, fluente ea
bile quæ iam antea genita fuerat, quæ naturalis est à proprio lo-
co, quasi à propria sphera semota. Alius error committitur, quia
credunt omnem bilem flauam generari ab excessu caloris hepa-
tis, quodnam est in rerum natura animal quod bilem non gene-
ret? cum bilis sit naturæ necessaria, attamen non omnia anima-
lia ha-

Non omnia animalia babent hepar incēsū. Ha habent hepar incensum, neque ardens, cum enim bilis sit veluti spuma sanguinis, & eius pars tenuior, quicunque generat sanguinem, necesse est etiam ut bilem generet, ceterosque naturales humores, quare non omnis bilis exiens è corpore in Dysenteria vel alio effluxu statim arguit hepar incensum, cum genera-
Bilis est naturalis, & necessaria pro animalis conseruāturalis, & natura necessaria. Bilis sit naturalis naturęque necessaria pro animalis conserua-
tionē: Immo quandoque in aliquo iecore ad frigiditatem vergen-
te generatur ea bilis portio, quae generationi sanguinis, & aliorum humorum proportione respondet, nam semper in nostro corpore quatuor naturales humores ex alimentis generantur. Erant præterea credentes bilem omnem exeuntem esse bilem non naturalem, & excrementicam, quia natura excitata, & commota quicquid retinere non potest, aut expellit, aut fluere permit-
tit, siue sit quid naturale, siue non naturæ legibus obediens, & ideo

Bilis est prima ad motum. cum turbantur humores cum bilis sit prima ad motum, licet sit na-
turalis ad expulsionem properat, & facillime evacuat: quarto &

Dysent. non rectè curatur. vltimo decipiuntur, quia correctio bilis, & refrigeratio iecoris non est curatio Dysenteriae, sed præseruatio, ne in futurum abra-
dantur, & exulcerentur intestina, amplius si illa bilis fluens a iecore

Bilis fluens a iecore non abradit intestina. abradendi, & ulcerandi intestina vim haberet cum continuo
fluat, & in magna copia, oportet ut in transitu omnia intestina
abraderet, quia per totam tunicam internam cogitur permeare si
exire debet per alium, cum enim demandetur a cisti fyllis per meatū
felleum ad Duodenum, necesse esset ut Duodenum abraderetur,
& alia intestina sequentia, quod tamen falsum est, quia Dysente-
ria ut plurimum fit ab una vel duabus abrasionibus, & nisi ulceraria

Dysenteria fit ab una vel duabus abrasionib. serpentia fiant, & maligna ut in morbo gallico confeatis, quando-
que contingit si Dysenteria corripiantur, ferè semper una tan-
tum abrasio, & unum ulcus vel duo sentiuntur in Dysentericis,
quod colligitur ex situ, & loco in quo fiunt dolores, & tormenta,
& nisi sint antiquæ, & rebelles Dysenteriae, raro fit ut abrasio-
nes, & ulcerationes excedant læsionem unius vel duorum intesti-
num. Dico igitur eos qui ad refrigerandum hepar animo, & co-
gitatione se convertunt, ne bilem generet non esse medicos

Medici præseruatiui, non curatiui qui sint. curatiuos, sed præseruatiuos, & per consequens eos curare,
quod nundum factum est, sed quod factum est nempe ulcus curare:
nesciunt, neque curandi rationem intelligunt: Nam dato ut he-
par refrigeretur ad suum libitum, ulcus tamen remanet dicunt-
isti, facilis curabitur ulcus, si hepar bilem acrem non transmis-
serit; verum est, & qui bilem non frenat, aut non corrigit quan-
doque

doque feroarem hepatis non potest vlcus sanare, aut cum difficultate sanat, vera sunt hæc, sed causa hæc, potius est causa sine *Causa sine qua non.* & hæc non sufficiunt ad sananda vlcera intestinorum; *qua non.*
 quia excandescunt vlcera, non solum pp acrem bilē, sed propter *Multis de quemicunque humorem, ob alimenti excremēta, icores, pituitam causis vlcera insipidam, falsam; quamlibet humiditatem naturalem, & non rā excande naturalem quæ in transitu irroret, madefaciat, putrefaciatque vlcera.*
 cera, vellicet, radat, inflammet, nam vlcera exsiccatione, non *Vlcera exhumectatione indigent: quare hæc causa sine qua non curari non siccatione posint vlcera intestinorum non vnica est, id est non est bilis sola, non humed etiam alij humores, icores, & excrementa quæ in aluum decumbunt; ergo curatio Dysenteriae non dependet semper ex fo-*
 ga bile intercepta, neque ex hepatis intemperantia calida, sed *Dysent. curatio ex oportet omnes humores intercipere, incrassare, non fluidos redere, & vlceris postea curam obire: Galenus ergo licet dicat Dy-*
 enteriam à bilis acrimonia abradente sæpe fieri, non tñ asserit ut *multis dependent.*
 curetur per bilis temperantiam, aut per iecoris refrigerationem, *Primo de quia si hoc dixisset, id est ac si aliquis curaturus vulneratum ab ense, ensem, ensisue aciem curare vellet, vel obtundere, causæ enim istæ extrinsecus adueniunt, quæ contrarijs non curantur, sed formales sunt verè causæ, quæ per contraria curationem requirunt. Quippe Gal. dicit, Nonnunquam à causa quapiam oritur effectus, sed ita oritur, ut separata causa, haud quamquam permanentem habeat dispositionem, interdum autem partim iam factus est, partim etiam dum fit, sæpe numero fieri desinit abeunte causa, iam verò perseverans manet dispositio veluti in Dysenteria: mordax humor causa est afflatus, ut pote qui ab initio, & ab sterget, & abradit, deinde tempore procedente vlcerat intestinum,* *Mordax humor est causa affectus.*
quod si antequam vlcus induixerit efficere disinfat afflatus ipse nondum Dysenteria dicetur; ecce quomodo curatio iecoris, absentia bilis non est curatio Dysenteriae, quia potest cessare bilis, & fervor iecoris, & remanere vlcus, & vlceris dispositio: quod alias Gal. etiam recensuit nimirum sæpe causam abire, & affectum iam factum remanere, sed vitinam bilis, & hepatis feroarem contempnarent his quæ non officerent alui fluoribus, & viceribus, vtuntur frigidis, & humidis actu, & potentia sæpe, quæ humida actu, & potentia ita abest, vt possint vlceri opem ferre, vt potius augeant fluorem, & vlcus excandescere faciant, neque quicquam hepati opitulentur, ne fluidiores euadant humores, & intestina magis laxata reddantur, ut in curatione Dysenterie luce clarius ostendam, *P. de hoc af. c. 2.*
Humida vlcera non pro sint, sed ob- junt.

dam, sed nihil est quod demonstrationibus utar, cum sua experientia, suisque oculis id quotidie conspicue intuentur, vident enim se calcaria equo currenti addere, & licet hoc videant, ceci tamen existunt, ignorantia tenebras effundente, quænam igitur causa est tantæ ignorantiae? malitia est, & quia nunquam artis dogma ta didicerunt: isti enim qui hæc maleficia perpetrantur, vt pluri-

Medici empirici qui sunt. mūm sunt empirici, licet in urbe sint quasi alij Thessali qui artem experimentis, non vera experientia exercent, vera enim experien-

tia illa est quæcum ratione recta incedit, sicuti vera ratio est illa quæ ab experientia nunquam sciungitur, nec unquam claudicat vt Galenus sexcentis in locis testatum reliquit: & quia empirici sunt qui longo medendi usu existimationem apud vulgum acqui- sierunt, quia callidi sunt non artem rationalem medendi, quia sine philosophia medendi artem amplexi sunt: ideo empiricè operantur, ac solo experimento, quia autem non ducuntur ratione neque vniuersalibus canonis instruti sunt ideo expertes lucis se- mitam rectam inuenire nequeunt, si enim ordinem causarum in- telligerent, & effectum causas, sciuisserit etiam quasdam esse causa, cum effectu permanentes, & quasdam recedente effectu permanente, sciuisserit etiam quod curatio Dysenteriae est ulce- ris curatio, non ieconis refrigeratio, quia dari potest iecur refri- geratum ulcere in intestinis existente, quemadmodum saepè con-

Dysenterici euadunt by tropici. tingere solet, præsertim in illis qui ex Dysenterico affectu euau- dent hydropici, quod saepè saepius contingit in illorū errorneis cu- ris, quia exhibito fero caprino, vel aquis thermalibus hepatis re- frigerare tentauerunt, & Dysenteriam sanare in hepatis refrige- rationem, & hydropem ægrotantes duxerunt nulla allata ope Dysenteriae.

An Dysent. qua sit ab atra bile incipiente sit lethalis ad men- tem Hip. & Galeni. Cap. 13.

Hip. 4. Aph-

bor. Aph.

24.

Gal. 2. de

fec. nat. ca-

pi. 9.

Difficultas

intestinorū

letalis est.

VIdetur magna cōsideratione dignus Aphoris ille. Difficultas intestinorum, quæ ab atra bile incepit lethalis est, an sit ita intelligēdus, vt si laborans Dysenteria humorem atrum excer- nat, semper sit Dysenteria lethalis, cum sēpissime nos, aliquæ vide- rint excretum diu, & in principio humorem nigrum, seu atram bi- lem, & tanen plurimos euasisse, ex quo sciendum est, atram bilēm multiplici modo excerni posse, videlicet vel à toto corpore in inte- stinis, vel ab aliqua parte, utputa à iecore, aut liene, siue hemorroidi- bus.

bus, vel aliunde, & dum ab intestina delabitur fieri potest ut intestina
 sint ulcerata vlcere non dependente ab humore atrabilari, sed *Atra bilis*
 ab alijs benignis humoribus, & tunc licet adsit Dysenteria in inter-
 stinis, attamen humor ille ab vlcere non profluit, neque a loco vl-
 ceri vicino, sed a superioribus partibus, haec Dysenteria non est le-
 thalis, quia non fit ab vlcere canceroso, sed illa Dysenteria que fit
 ab vlcere humorem fundente atru est lethalis, quia vlcus illud non
 est benignum, sed cancerosum, & nihil differt a cancro, immo can-
 cer est, & vlcus cancerosum, cum itaque cancer sanari non possit,
 quia humor ille digestionem non recipit, neque absumi, nec conco-
 qui, nec digeri possit, hinc fit ut Dysenteriae quae incepient ab a-
 tra bile, idest ab vlcere canceroso sint mortifera: Hoc idem Gal. af-
 ferit in commento vbi habet haec verba. Ab illa quae a quibusdaim
 pallida, ab alijs bilis flava nominatur, maxima ex parte incipit in-
 testinorum difficultas abrafis prius in summa parte propter humo-
 rum acrimoniam intestinis, postea vero exesis adeo ut exulceren-
 tur: hanc intestinorum difficultatem saepe sanauimus, quae vero ab
 atra bile fit, est prorsus insanabilis, cum nihil a cancro differat vl-
 cerato: Cum igitur hic cancer in summa parte cosistens, sit aut cu-
 difficultate sanabilis, aut omnino insanabilis, quauis continuo pos-
 sit medicinam insidentem habere, rationabile est illum qui oc-
 cupat intestina, non solum quia nihil illi continuo adhaerere
 potest, verum etiam quia semper ab alimenti superfluitatibus
 tangitur insanabilem esse: ergo Gal. ostendit aperte Hip. atram
 supponere bilem ab vlcere iam canceroso facto exire, nam si vlcus
 non fit cancerosum, & ab alijs partibus atrabilis humor fluat, li-
 cet in transitu tangat vlcus, attamen ab vlcere non fluit, & vlcus
 potest esse non cancerosum in corpore in quo fluat atrabilis ad in-
 testina: Quare non mirum est si medici non vulgaris nominis sint
 decepti, dum mecum insipientes nigras egestiones, mortiferas es-
 se credentes, cum tamen non interierint, sed citio etiam sanitati
 fuerint restituti, hoc aliunde non prouenit, nisi quia fluebat non
 ex vlcere atrabilis, quod erat non cancerosum (ut ex consecuta
 sanitate, ratio, & experientia docuerunt) sed ex partibus superio-
 rioribus, natura ita humorem nocuum propellente, ergo Aphor.
 ita intelligendus est ex Galeni sententia: difficultates intestino-
 rum lethales esse, si ab atra bile incepient, idest ab vlcere cance-
 rosso, quia cancer insanabilis est. Medicus ergo cum Dysentericos
 curat, licet in excrementis atram bilem inspiciat, non statim pro-
 nunciare debet, ergo lethalis est, multoque minus si naturaliter

D 2 humo-

*Dificultas
atrabilis
est insanabi-
lis.*
*Nigra ege-
stiones non
arguant le-
thalē Dy-
sent.*


In Dysente- humorem melancholicum exire videat, quia fieri potest ut aliun-
ria consu- de profluant quam à parte ulcerata: sciendum quoque est nullam
mata nigra fere esse Dysenteriam factam, & consumatam in qua nigra non
decyuntur. deijciantur, quia nihil fere in corpore reperitur, quod non mittatur ad alium Dysenteria solutam, cum omnia vasa inaniantur,
 non solum ea quæ fluxiles, sed etiam quæ lentos, & terrestes humores continent, hinc est quod varij colores inspiciantur, qui materialium diuersitatem significant.

Quid sit ante omnia considerandum in Dysenteria alijque
alui fluxionibus. Cap. XV I.

Triplex ex **C**VM ad ægrum accedit Medicus fluore alui tentatum, debet
cretio. prius inspicere, an excretio illa sit critica, an symptomati-
Excretio ca, an mixta, si enim fuerit critica nullo modo impediri debet, sed
critica non eò toleranda, donec vel finierit cum toleratia, vel ex critica sym-
impeditur. ptomaticam euadere videatur, quoniam modo critica excretio-
Excretio nem iudicabimus? ex coctionibus præsertim si excreta sint euicta
critica fit à natura, si talia purgentur, qualia purgari oporteat si conferat, si
symptoma- laevius ferat, si à causa sana expulsio proueniat, nō à natura male af-
tica. fecta, & morbos, tandem excretiones omnes criticæ cū signis co-
Excretio ctionis factæ bonaæ sunt, & salutem afferunt, nam paulò post ægri
critica quo proficiunt in bonū, & sanitatem nāc scuntur: sed si excretio sit cū
modo indi- signis cruditatis, & non conferat difficilimeque feratur ab ægro,
catur. sitque cum virium iactura, hæc symptomatica erit, morbos, à
Excretio- causa præter naturali dependens, hæc curandi rationem expo-
nies critica stulat, nimirum cause ablationem quæ naturam ad excretionem
sunt bonaæ. irritat, si vero sit mixta, & critica, & symptomatica, tunc mixta
Excretio debet esse intentio, idest nature opera est permittenda, donec
symptoma- sufficere videantur, sed cum ex critica euacuatione symptomati-
tica fiat, statim est occurrentum, ac illa immodica excretio si
diffici- stenda est, causam fluxionis tollendo, exempli gratia. Cum san-
lis sanatu. guis aut ab hemorroidibus, vel naribus, siue ab utero criticè ex-
Excretio cernatur, si in modica quantitate profluat, ita ut superabundans,
mixta quo- solaq; plenitudo euacuetur, tantum abest ut officit, ut etiam val-
modo cura- de profit, si tñ. nec sanguis fisti, nec vena claudi possit, ita ut magni
tur. fluoris periculum immineat quis est qui nō videat hunc effluxum
Exemplum. ex critico symptomaticum fieri? sic in fluore alui saepè critica ex-
 pulsio incipit, quæ tandem in symptomaticum desinit, ut si in ma-
 terie transitu aliqua fiat erosio, & vlcus intestinorum humore
 acri

aci erodente , nonne perspicitur ex leui critico fluxum symptomaticum euasisse ? vel si ex abundanti humorum copia ita intestinorum fibrae relaxentur , vt diuturnior euacuatio fiat , ex qua vires prosternantur , & febris , aliaque mala excitentur . Cognita ergo fluxionis natura , si critica est dimittenda , si symptomatica statim curanda est , dicet aliquis Dysenteriam esse morbum criticum , cum ipsa à causa morbosa dependeat , nempe ab vlcere intestinorum , contrarietas esset in adiecto Dysenteriam dicere , & esse criticam expulsionem dicere , nam critica expulsio fit à natura valente , & à naturali causa , Dysenteria autem fit à causa morbos , & à natura deprauata , & irritata ab unitate soluta nempe vicere , quare dicentes Dysenteriam in principio non esse sanandam , sed fluxionem permittendam , quia fluxio futura sit salutaris , decipiuntur , & ægrotantium vitam aleis ludunt , nam nulla excretio Dysenterica facta est à natura , sed à morbo , cum vlcus actionem laedat intestinorum , & præsertim retentricem , & ex consequenti coætricem , & duas alias huic inferuientes , & licet Dysenteriae quæ commode ab Hippocrate vocantur quandoque multum utilitatis afferant , antiquos morbos , recentesque sanando , illud tamen non præstant quatenus Dysenteriae sunt , & vlcera intestinorum , sed per accidens , idest per subsequentem continua tum fluorem alui , & copiosam euacuationem , quæ totum corpus humores etiam antiquos noxios euacuando à quo siebant ægritudines educit , vnde subsequitur sanitas , sed est per accidens , & non per se quatenus est vlcus , & Dysenteria , quia vlcus , vt vlcus , est morbus , & causa morbosa fluxioris alui , ergo Dysenteria cum sit symptomaticus motus , semper sui curationem requirit , nec percunctandum cum ægrotos inuisimus , sed statim prudenter curationem aggredi opus est , nec supponendum est criticam euacuationem eam esse quæ sit cum cruditate , ægrotantiumque molestia , sed dicet aliquis , nonne per tempus aliquod fluorem Dysentericum possemus permettere , donec sufficienter corpus purgatum fuerit , & præsertim illud quod excrementis scatet , quodque euacuationibus subleuatur ? si euentu videremus Dysenteriam in deterius non posse labi , operæprecium quidem foret permettere , in dies aliquot fluere , sed quis est qui suo iure progressam Dysenteriam coercere valeat , eo potissimum tēpore cū prauum habitum cachexiam scilicet , vel atrophiam inducere incipit ? & præsertim cum febris , siue alij morbi coniunguntur : & quis est qui tutus esse possit se abrasiones & incipientia vlcera in-

*Excretio
critica di-
mittenda ,
symptoma-
ta curanda
est .*

*Excretio
critica fit à
natura va-
lēte Dysent.
à causā mor-
bosā .*

*Dysent. vti-
les sunt per
accidens .*

*Dysenteria
statim curā
da est .*

*Quando Dy-
senteria flue-
re , potest
permitti .*

testinorum maligna , callosa , aut fistulosa evadere posse , ea po-
 testinū in- tissimum quæ in intestino Recto videmus fieri , in quo est multa
 testinū ma- caro , quæ magna , & caua vlcera nullo negotio admittere potest ?
 gna vlcera tutius igitur est Dysenteriam sanare , nec vlceris diuturnitatem
 admittit . permittere , ne exancuria , continuatoque fluore euadat morbus
 longus laboriosus , & lethalis , si reliquæ humorum remansissent
 in corpore quæ sui expurgationem expostulant , tutius erit aut re-
 sta viuendi ratione permittere naturam (si fieri poterit) illos su-
 perare , aut blandis , tutisque medicamentis , sanata prius perfe-
 cte Dysenteria , commode illos expurgare , si tamen Dysenteria
 Dysenteria incipiet ex abrasione , aut vlcere intestini Recti , nec febris ades-
 quæ curari set , nec incontinens , & frequens alui fluor , sed in spacio natura-
 non debet. lis diei aliud excerneret septies , vel octo , aut decem vices mode-
 ratè tamen , ac sine insigni virium debilitate , & in corpore aut
 tumor lienis , vel pedum , siue aliorum articulorum tumores ades-
 sent vel fluxiones aliae edamatofæ , aut capitis affectio aliqua quæ
 à plenitudine devideret , siue aliquæ inflammations , vel vlcera
 tumida , seu alij morbi à multitudine exorti , qui corpus ægritu-
 dine confectum aut labefactarent , seu ad nihilum redigerent , tunc
 Medicus prudens poterit ac iure merito debebit per aliquot tem-
 pus permittere Dysenteriam , quoisque viderit corpus commo-
 dè expurgatum esse , tumoresque decreuisse sine discrimine vitæ ,
 aut virium , sed hoc negotium non est opus cuiuscunque Medici ,
 sed prudentissimi , & iudicio exquisitissimo prædicti , nam si deci-
 pitur fieri potest vt Dysenteria alimentum exhaustiendo inducat
 peiorem habitum , maioremque refrigerationem , & tandem mor-
 tem acceleret ; quare tutius semper fuisse perspecti ex ipsa experien-
 Dy sent. non cia Dysenteriam prius sanare , postea vero aliorum morborum
 est motus curationem aggredi , quam à Dysenteria alias morbos sanari per-
 criticus. mittere ; est igitur concludendum Dysenteriam non esse motum
 criticum , sed symptomaticum , ac a solutione continui depen-
 dere , nempe ab vlceratione vel abrasione intestinorum quæ subi-
 tum curationem exigit , præsertim si Medicus fuerit vocatus iam
 Dy sent. con facta & confirmata Dysenteria de qua non est dubitandum an sit
 firmata est critica vel symptomatica , cum nullus adeò vecors animi existat
 magnum qui nelciat Dysenteriam iam factam , & confirmatam magnum es-
 symptoma , quod sequitur magnum morbum , & per conse-
 quens subitam , & exquisitam exigit curandi rationem .

*An ulcus intestinorum fiat semper à materia acri erodente aut abra-
dente vel ulcerante intestina permeando per cauitatem in-
testinorum, an verò fiat etiam alio modo, permeando
scilicet per tunicas, & venas eorundem
intestinorum. Cap. XV.*

Quomodo
fiat ulcus
intestino-
rum.

VIdetur dubitandum an Dysenteria ut plurimum fiat ab hu-
more acri qui intestina abradat, ac exulceret quemadmodū
Gal. pluribus in locis testatus est, & ratio dubitandi oritur ex Hip-
verbis, qui loquens de modo quo fit Dysenteria scribit hæc ver-
ba, Dysenteria fit vbi bilis, & pituita simul in aluum incubue-
rint, ægrotat enim sanguis, ac corruptus fecedit, ægrotat, & in-
testinum, raditur, & exulceratur, hic morbus fit longus, laborio-
sus, & lethalis, quare videtur Hip. statuere Dysenteriam fieri ex
sanguinis corruptione qui fecedat, & ex decubitu bilis, & pituitæ
in aluum, ex quo decubitu intestinum ægrotat, postea vero ra-
ditur, & exulceratur, quasi Hip. statuat prius corruptum sanguini-
num, bilemque & pituitam existentem in intestinis causam esse ut
intestinum ægrotet, ipsoque egrotante ex ijs causis sequatur ip-
sius derasio, & exulceratio. Non est dubitandum Hippoc. in tra-
denda Dysenteriae causa plura nobis insinuasse Galeno, cuius sen-
tentia videtur esse, bilem fluam, ut plurimum sua acrimnia in
transitu abradere intestina, & hic loquendi modus illud tantum
modo videtur tangere, cum Dysenterie causa est in vacuo inte-
stinorum: nec quicquam tangit de modo quo fit quando per ve-
nas intestinorum humores permeant: Cum igitur humores acres,
& corrupti per cauitatem intestinorum permeare possint, sua-
que acrimonia tunicam internam abradere, & ulcerare, vel per
venas ipsas, & intestinorum dispersas tunicas fluere, ut dixit
Galenus ut plurimum fieri ab acri humore ad intestina, ad cauita-
tem scilicet internam intestinorum fluente, & hoc dixerit ut plu-
rimum quasi adsint quoque alijs modi, & cause Dysenteriam effi-
cientes, sic Hip. perpendens inflammations, abscessusque in intesti-
norum tunicis saepe fieri, ex quibus ulceratio sequitur, abscessum
que ruptura, voluit vniuersalem Dysenteriae causam afferre, quæ senteria ab
& humore in fluentem per cauitatem, aliosque fluentes humores Hip. tradi-
per venas ipsas inuestientes intestinorum tunicas amplecti possit, ta-
& ita haec verba protulit. Dysenteria fit vbi bilis, & pituita simul
in aluum incubucrit, ægrotat enim sanguis, & corruptus fecedit,

Dysenteria
fit vbi bilis
& pituita
simul exi-
stunt.

Dysenteria
fit ex san-
guinis cor-
ruptionem.

Cause qui-
bus seque-
tur derasio.

Humores
acres, &
corrupti ab-
radunt in-
testina.

Causa uni-
uersalis Dy-
senteriae ab
humore in
fluentem per
cauitatem, aliosque
fluentes humores Hip. tradi-

ægro-

ægrotat, & intestinum, raditur, & exulceratur, quasi velit ut prius decubitus pituitæ, & bilis in intestinis præcedat, sanguis ægrotet. sit corruptus corruptione que secedat, & intestinum ægrotet, de-

*Hip. quomo
do Dysent.* inde verò ex ijs causis radatur, & ulceretur, ceu nobis Hip. insinua re velit humorem quemlibet siue vitramque bilem, vel pituitam, aut sanguinem corruptum, cum intestinum ægrotare faciant, rade-
ndo, & ulcerando Dysenteriæ causam existere, & ita illa Galeni

*Galeni ver-
ba de Dy-
sent. quomo
do intelligē
da.* intelligat. verba de illis Dysenterijs locuntur, quæ ut plurimum ab acris hinc materia, per cauitatem intestinorum transeunte, & hoc est verissimum. Hip. autem illas quoque Dysenterias includit, quæ ex quo-

*Dysent. non
fit semper
ab humore
acri.* cunque defluxu fieri possunt, etiam si sit in tunicis, venis, & parti- bus intestinorum fibrosis, præsertim in intestino recto, in quo sepe numero magnæ inflammations sūt, quæ ulcera, ac Dysenterias inducunt: qua propter statutum sit Dysenterias non semper ab hu- more acri a partibus superioribus descendente per cauitatem inte- stinorum fieri, quia sepe contingit intestinorum tunicas inflam- mari, venasque repleri, quæ quandoque aperiuntur, & eroduntur, aliquando disrupto abfissu disrumpuntur: Id pluribus exemplis comprobari potest, sed illud Dysenterię sufficiat quæ fit ab atra bi- le, quod proculdubio falsum est, transeunte tantum per intestino- rum cauitatem, non enim incurabilis esset, sed cur est huiuscemo- di? Quia cancerum refert, & est re ipsa cancer, cancri verò suos ra-

*Vlcuscance
rosum nō sit
semper quia
atra bilis
fluat.* mos internos habent, vlcus itaque cancerosum nō fit semper quia atra bilis fluat, & in transitu abradat, sed quia quandoque atrabilis humor in intestinorum tunica decubitum faciens, rationem ali- quam prius efficit, postea ulcerationem, tandem cancer euadit, & talis propter ramos venarum tenues coferuatur, qui humorem il- lum atrabilarem constanter ad vlcus ferunt, & illo vlcus continuo exasperatur, secus fieri posset ut intercepto humore illo, ulcera că- cerosa curabilia essent, quod est absurdum, siquidem tantum a- best ut curationem admittant, ut etiam si curatio tentetur, cicus ægrotantes intereant: Nō debet itaque Medicus arbitrari semper cer euadit.

*Cäcri cura
tionem non
admittunt.* ab humore fluente in intestinorum cauitate Dysenterias fieri, sed etiam cogitare an ab aliquo occulto abfissu vel inflammatione fiant quod saepissime fieri inuenimus, & potissimum in Dysenterijs illis quæ ex ulceribus intestini Recti, & Coli suboriuntur, est igitur con- cludendum atrabilarem humorum per intestina sine ulcere intesti- norum transfire posse, vlcus quoque cancerosum in intestinis repe- riri, quod factum sit nō ab humore atrabilari rodente superficiem intestinorum internā in transitu suo, sed ab eodē atrabilari humo-

re per

re per venas ipsas intestinorum delato, qui sua acrimonia, & ebullitione, vel erodat, aut exulceret, siue inflammet, seu tumorem aliquem inducat qui absessum efficiat: est etiam concludendum Medicum non semper rectò ratiocinari quando argumentatur; Aeger Dysenteria tentatur, & in alui egestione atrabilaris humor conspicitur, ergo Dysenteria lethalis est, quia potest fieri, ut atrabilaris humor propter continuum omnium humorum fluorem exeat, non tamen ab vlcere, & vlcus ab alio humore potest esse nempe à phlegmone, vel edemate, aut erisipili, seu etiam ab horum mixtione, & potest vlcus benignum esse, licet ex ventre atrabilaris humor excernatur: ex quibus patet humorem facientem Dysenteriam nō semper perineare per cauitatem intestinorum, sed aliud etiam peruenire ad tunicas externas eorumdem intestinorum, & per modū abscessus, & inflammationis: & decubitus, & quācunque materiam etiam non semper biliosam posse Dysent. excitare.

Atrabilaris humor lethalem Dysenterianon arguit.

An fluxus fluxu curetur? Cap. XVI.

IN ore omnium Medicorum hæc propositio versatut fluxus fluxu curatur, nec Medici tantum hoc enunciant, sed Chirurgi, barbitonfores, & ferè cerdones, & mulierculæ, & illi qui nec fluores fedare, nec Dysenterias sanare sciunt, non enim vellent ut aliorum opera sanari possent, & cum vident aluum restringi, fluxumque fedari, dicunt aluum adstringere non esse tutum, sed melius continuo effluere, & dicunt fluxus fluxu sanatur, quid autem hac enunciatione afferere velint penitus ignorant, non enim fluxiones criticas à fluxionibus symptomaticis distingunt, nam si hæc propositio vniuersaliter intelligatur falsissima est, & perniciem ægrotantibus affert, quia si Medici fluxiones perseverare permittunt, sperantes fluxum fluxu curari posse, mortis erunt in causa, ideo de fluxibus oportet distinguere, si enim fluxus sit criticus, id est à natura sana nocuum expellente, tunc fluxus fluxu eodem critico sanatur, nimis cum natura prauos humores exercent, amplius si acris humor naturam irritans, & faciens fluxum, fluxu critico acris ille humor expellatur, tunc etiam fluxus fluxu curatur, quia expulsio critica per andem expulsionem criticam sanari potest, preterea etiā expulsio symptomatica, id est symptomaticus fluxus fluxu critico sanari potest, nā criticæ expulsiones, quæ à natura cum coctionis signis fiunt semper sunt bonæ, sed nunquam fluxus criticus fluxu symptomatico, nec fluxus symptomaticus eodem symptomatico fluxu sanari potest, quia morbosā cau-

Fluxus fluxu curatur, quomodo debet intelligi.

Causa morbosā sanitatem non potest producere.

sa nunquam effectum sanitatis producere potest; cum igitur fluxiones Dysenteriae sunt symptomaticæ, & continuatus fluxus, seu continuata excretio in Dysenteria semper est symptomatica, quia dependet à morbo, vlcere scilicet, partiumque naturam in aqua iunctam, stomacho videlicet, intestinis, & iecinore imbecilli, quare non solum expulsio à natura, facta est irritata, & depravata, sed etiam ab imbecillitate partium fit, quae nullo modo humores, & alimenta retinere possunt, sit ergo statutum fallam esse propositionem si dicatur fluxum criticum, vel symptomaticum alio symptomatico fluxu sanari, nunquam enim excretio symptomatica aliquem fluxum sedare potest, & præser-
tim si fluxus itidem symptomaticus sit, tantummodo itaque vera est quando de fluxu critico intelligitur, qui à critica excretione sanari potest, etiam vera si dicatur fluxum symptomaticum à fluxu critico sanari posse; cum autem Dysenteria symptomaticus fluxus existat, nullo pacto à fluxu symptomatico curari potest, est enim perniciosus fluxus si sinatur progrexi, huic ludicro innixi, fluxus fluxu curatur, quia Dysenteria, & quilibet alij symptomatici fluxus inuicem sanari non possunt cum sint morbos, quare ad rem non facit in Dysenteria propositio illa; sinamus fluere, quia eodē fluere sanabitur, fluxus enim fluxu sanatur, patet igitur ex his quam insulsè nugentur isti, sed aqua hæret, quandoquidem in re facilis allucinantur quam ignorantes difficilem reddunt.

Excretio symptomatica non potest fluxum sedare.

Proverbiū aqua hæret.

An iecoris inflammatio ad quam sequitur singultus quæ à Galeno dicitur maxima, & pessima, causa sit Dysenteria, an vero Dysenteria inflammationis sit causa, et per consequens singultus. Cap. XVII.

Pessimæ Dysenteriae singulariter ostendunt.

Insignis inflammatio in Dysenteria.

Longæ Dysenteriae quæ in fine dum æger incipit mani festò per iecitari singulum ostendunt, signum profecto clarum, maximè ac pessimæ inflammationis in iecore præferunt, quod videtur arguere caliditatem iecoris potius Dysenterię, quam Dysenteriam iecinoris caliditatis, & inflammationis causam existere, reuera tamen aliter res se habet, sed in longa Dysenteria, in qua ex tantorum humorum confluxu ad intestina tunicae, & venæ inflammantur intestinorum, & successive Meserei aucta inflammatione incenditur hepar, nec solum quoad vasa, cavitates, & humores, sed substantia ipsius iocinoris adeo inflammatur, licet quādoque videatur & sit sanguine, & humoribus inanita, ut intensum tumorem.

tumorem tollatur, quæ tensio cum magna exsiccatione eiusdem visceris est, ex qua fit ut motus illi conuulsioni ob consensum ipsius ventriculi efficiantur, nimirum tensis omnibus partibus annexis, ex insigni inflammatione dilatata, quod oculis nostris non sine animi molestia saepe videre contigit cum corpora Dysenteriorum mortuorum aperta conspeximus, in quibus vlcera saepe maxima non obseruauimus solum, sed ruborem ab ore superno tunicae totius ventriculi intestinorum, meserei, & hepatis adeo intensum perspeximus, ut omnes illæ partes cruore sanguinis asperæ videantur; quæ quidem inflammatio aliunde non prouenit nisi ex tio maxilargo, longoque omnium humorum concursu, qui à toto corpora ex longe periecur in intestina fluxerunt, & in itinere per hepar trâseun-^{go humorū} tes extraneo calore, & putredine ita acres, & ignei redditii sunt, ut ^{concursu-} & ratione dolorum quos erodendo, & tormenta efficiendo inducunt, magnam & pessimam in iecinore vicinisque partib. inflammationem intromittant: quare fuerunt multi qui cum hepar temperatum, aut non valde calidum haberent in leues Dysenterias incidentes prauos medicos vocauerunt, qui maiorem Dysenteriam effecerunt, deinde peiorum, cui tandem inflammatio, & singultus superuenerunt, & ad extremum mors, non alia de causa nisi quia sedare fluxum nescierunt, immo suis remedijs actu, & potetia valde humidis, saepè etiā calidis, & humidis simul aluum magis magisq; turbarunt, & laxauerunt, quo factum est, ut in deterius semper labentes, inflammationemq; in locis predictis facientes singulum excitauerint, qui si diu persevereret malus, immo pessimus mortis est nuncius: Dysenteria igitur longa causa est inflammationis hepatis, & circumstantium partium praesertim tunice ventriculi, & pilori, ad quam sequitur singultus, non autem inflammationis iescoris est causa Dysenterie, licet non sit negandum tunc temporis inflammationem iescoris bilem magis assando peiorē reddere Dysenteriam, bilemque adustiorem, & acriorem constituere, quæ ad Causa singulis ventriculi effusa' eudem singultum irritare possit, sed vera causa singultus non est effusio ad os ventriculi ipsius bilis, quia sepiissime, & in egrotis, & sanis bilis ad os ventriculi, & circa eius partes effunditur, ac transmittitur, & nihilominus singultus non oritur, ventriculi. vera causa singultus in Dysenteria est inflammationis maxima, & Causa singulissima ipsius iescoris, partiumq; annexarum ventriculo consenserunt, est sum habentiū ob causas superius enarratas: Si igitur in morbo aliquo oculi aperiendi sunt Medicis, in Dysenteria sunt quādo egri in coris inflatiū singulture, nā si Medicus apprime singultū cognouerit inciatio.

pientem frequenter dum ægri cibum sumere incipiunt, & videntur eru&tationes quædam non veri singultus, tunc remedia hepati potentissima adhibens, ipsum ægrum saluare poterit, quem si non cognouerit, ut sæpe contingit, aut forsitan floccipenderit, nulli dubiū est, fore ut ignorātia medici causa existat interitus Dysenterie, ijs igitur sic constitutis ad curationem Dysenterie veniamus.

Curatio Dysenterie. Cap. 18.

Dysenteria duplex. **S**TATUIMUS cum Galeno duplēcēm esse Dysenteriam, propriam, & non propriā, non propriam esse quamlibet non naturalē excretionem cruentam sine vlcere, propriam vero esse illam quæ est vlcus intestinorum. Statutum est etiam quasdam esse Dysenterias incipientes, & leues, quasdam incuria progressas esse prauas, & magnas, in quibus peculia re quodā studium, & diuersā medendi ratio est relinquenda. Nos igitur ordine procedentes primū de vera Dysenteria, quod est vlcus intestinorum sed incipiente, & leui sermō nem habebimus, quæ meo iudicio si recte tractetur nullo negocio sanari potest, deinde ad alias prauas per quosdam gradus salientes accedemus, vt si fieri potest docili non p̄tinaci medico semita ostē.

Vlcus incipiens in Dysenteria facile sanatur. **Quomodo corpora à Dysenteria preseruari posse.** **sint.** datur qua progredi possit, vt quādoq; etiam quasi desperatos Dysentericos ad salutem restituere possit. Sed antequam opus aggregatur, non solum laude dignum, rationique consentaneum videatur, sed necessarium quoque ostēdere quomodo corpora à Dysenteria preseruari possint, cum dispositiones prœuiæ, & præludia futuræ Dysenterie aparere incipiunt.

Omnes in vniuersum alui fluores, præludia, & causæ possunt esse Dysenterie.

Omnes in vniuersum vētris dolores, præmitus mordaces, & torminosi.

Omnes hepatis, ventrique inflammations.

Omnis incipiens cruoris, vel sinceri sanguinis, aut concreti excretio.

Omnes mucosæ cruentæ excretiones.

Omnis excretio bilis, aut pitu itæ, vel sanguinis combusti.

Omnis excretio pinguis.

Omnis incipiens leuis abrasio.

Omne frigus ingens, ingens caliditas perpessa.

Omnis potus, & cibus ingestus nō solum venenosus, sed qui praua habeat qualitatem, causa & præludiū esse possunt Dysenterie.

Omnes

Omnis cruditates.

Omnis Tenesimi, & præsertim longi.

Hemorroides excoriatæ, siue ulceratæ, vel inflammatae.

Hec omnia dispositiones præviæ, & causæ Dysenteriarū possunt existere, quæ etiam pro causarum antecedentium cathalogo, & signorum futuræ vel incipientis Dysenteriæ possunt esse, à nobis hic constitutæ sint.

Qui vult præcauere à Dysenteria, oportet ut hæc præludia, et has causas antecedentes auertat, aliter Dysenteriam vitare non poterit: Sed cum ex ijs causis, & prævijs dispositionibus aliæ sint valde longæ, & admodum remotæ, & communes, de illis tantum causis agere institui quæ vicinæ sunt, incipientes, & coniunctæ, quæ iam alii fluorem inchoarunt: ideo licet numerus particularum ægrotantium fere infinitus existat Dysenterico effluxu, ego tamen uno supposito qui incipiat laborare instar omnium in medicum afferam, sumptaque ex illo norma per ea vestigia in huiusmodi casibus incedamus, & ubi ægroti erunt differentes, sic etiam differenter tractentur, modo ad hunc, modo ad illum scopum vertentes: Accedamus itaque ad virum ætate consistentem temperaturæ calidæ, & humidæ, cui incepit alii fluor Diarrheus, in quo aliquæ mucositas.

Causis remottis relicitis de vicinis agitur.

Ordo curatōnis Dysenteria.

tes, & aliqua pinguis excerni incipiunt cum aliquibus torminibus, ijsq; leuibus nudum aliqua abrasione apparente, neq; fæces sint multæ sed biliosæ, nullaq; adhuc causa manifesta huius incipientis fluoris virinæ etiæ tenues, & subcrudæ, eger quoque dormiret commode nisi ab alii turbatione agitaretur, et in quo nundū febris manifeste aparuerit sed quædam leuis frequētia, & aliqua inæqualitas in pulsu extiterit, quomodo Medicus sese gerere debet? prima igitur medici intentio esse debet ut reddat se tutum an fluor ille alii à natura sit factus, quæ excernat humores noxios, & si ita existimabit esse, sola viuendi ratione debet esse cōtentus, vietū mediocritate instituendo, qui exsiccādi, & aliquā subastrigendi vim obtineat, sicuti sunt carnes auiū montanaru, hedi, vituli, galine, caponū omniū assatorū, fercula ex farre, orixa, oua recentia bene cocta cū omphacio, panis bene coctus, & vinū aut nullū, aut in paucissima quantitate, sub rubrū, subastrigēs, in naturū, nec valde generosum, aut nimis oligoforum, sed stomacho gratum, & potius leuiter incrassandi, & astrigandi, quam atenuandi, & laxandi vim habeat, & si ex consueto vinum habeat stomacho suo gratum non erit mutandum, & hac norma spectare oportebit quomodo natura per cōferentia illū terminet motū, nā si criticus erit omni humore excreto prauo natu-

Fluor alii à natura factus viuen-di ratione sanatur.

prauo natura quiescit; & ex sex aut octo dierum spacio eger in me lius proficiet iuxta Hip. Aphor. Si qualia purgare oportet purgen

Diarrhea v- tur, confert, & leuius ferunt, sin secus contra; Si autem fluor au-
tis fit Dy- gebitur absq; vlla conferentia cum æ gri molestia, & fluor copio-
senteria.

bilisque, & pituita simul spumoia exierint, vel pingua, ac æ ger vel magis febrire, aut inquiete degere, siue non dormire incipiet, tunc temporis timendum est ne ex vtili Diarrhea, Dysente- ria fiat, quod tormina magis augeantur cum aliqua tinctoria san- guinis circa mucos, iam Dysenteriam fieri incipere suspicandum est, atque ad eam sanandam inceptam summa diligentia properan dum, & ad futuram prohibendam maximo studio incumbendum est, quare ante omnia si æ gratus in eaestate sit constitutus, que san-

In Dysent. guinis missionem permittat, adsitque virium robur, statim san-
statim san- guis mittendus est semel aut iterum per venam sectam, basilicam
guis mitten- vocatam, siue per saluatellam dextræ manus, quod si quid venæ se-
dus est.

ctionem prohibeat, cucurbitulæ spatulis, & dorso aplicari poterūt
& illa quantitas, que & morbo, & viribus sufficiës esse poterit, post

sanguinis missionem nisi alii fluor immodicus fuerit (immodicū

voco si die vna & nocte egerit decem, aut quindecim vices, tunc

enim omnino abstinentium effet à quo cunque medicamento) in-

Quando in testina ab illis prauis humoribus erunt emundanda, qui fluunt per
Dysent. me- ventrem, atque naturam irritant ad expellendum, aut aluum la-
dicam. est xant, & retentricem nimium humectant, vt deinde ad reliqua re-
abstinen. media accommodatisima tutius accedere valeamus: medicamen- tum autem in bolo consistat si ipsum amauerit Diacath. omnes

nanque humores euacuat, ac in fine corroborat, & quātitas sit pro-

ratione egrantis nature circa decem drachmas, & solo Diacath.

vterer, absit casia, ipsa nullo pacto vtendū erit, quia s̄epius in cau-

Casia in Dy sa est vt tormina, & fluores magis irritentur, & excadescat, portio
sent. non est pulpe tamarindorū ad dram. ij. aut mannead dram. ij. similiter
vtendum. addi poterit Diacath. Si uero eger in potu voluerit accipere, si abū
dabit bilis, eligatur syrpus rosatus solutius ad quātitatem quin-
que vnciarū cū decoct. cord. additis dram. ij. tamarindorū, & se-
m. citri, si magis pituita eligatur mel rosaceum solut. cum eodem

Casia et mā decocto cord. & tamarindorum, & seminib. citri, vel patientur
na nimis la portiones, & dimidia pars sit vnius, dimidia alterius, dummodo
xat in fine. non exhibeantur ea que nimis laxant in fine, ex ijs est casia, & man-
na sola, oīa lenientia erunt apprime cōmoda, si humor melâcho-
licus abundabit, exhibeātur dram. 5. syrapi de polipodio comp. cū

predicto decocto, hac prouidentia habita, quatuor scopi p̄cōcu-
lis ha-

Iis habendi sunt, alter intercipiendi, & prohibendi, effluxum humorum ad aluum, alter cohibendi & contemperandi humorem acrem biliosum, tertius absumendi, incrassandique, & ad ria quatuor consistentiam, & coctionem reducendi, quartus inceptam abrascopi sunt fisionem consolidandi, quomodo intercipiuntur humores, & propperpendentibentur ne ad aluum præcipitent? tribus modis, altero deflestante-
do in alias partes, altero tardum motum in ipsis humoribus indu-
cendo, siue ineptos ad fluxibilitatem reddendo, tertio ipsis co-
quendo, quomodo coercetur, & contemperatur humoris acrimonia? ijs quæ vim habent obtundendi caloris excessum, & acu-
men qualitatis, quomodo absumemus, incrassabimus, & ad con-
sistentium coctionem reducemus? nulla alia sanc via nisi ijs quæ
vim habent humorem ad statum naturalem reducendi, eaque
sunt quæ exsiccant, incrassant, & concoquunt, quomodo conso-
lidatur incepta abrasio, nisi illis quæ vim habent, & exsiccandi,
& cicatrizandi, humida ergo omnia sunt inimica, nam humidum
omne fluxibile est, & terminatur termino alieno, similiter calida
omnia excedentia quia acrimoniam augent, & motum, ergo ter-
refria frigida scilicet, & sicca, ac adstringentia debent esse reme-
dia quæ fluxut Dysenterico opitulentur, neque simpliciter calida,
aut calida, & humida, vel frigida, & humida; accipe igitur
pro remedio mirabilis syrumpum hunc, a cuius vsu non recedas do-
nec ægrum sanaueris, per octo, decem, quindecim, viginti, &
plures dies, implet enim omnes prædictas intentiones.

Rec. fol. Acetosæ
capilli Veneris
Plantaginis } ana. m. 5.

Seminum Melonum
citrulli.
anisorum. } ana. dram. 1.

Pulpæ mespill. & citoniiorum ana. dram. ij.
Aqua pluialis lib. 2. F. D. S. H. ad consumpt. 4. partis, deinde
fiat fortis colatura, in fine extinguantur ter aut quater ferrum.
candens, deinde coletur.

Rec. Colature	dram. 4.
Lactis caprini.	dram. 5.
Mellis.	dram. 1.

Bul. iterum ad consumpt. quarte partis, & sumatur semel, &
iterum.

Humores
tribus mo-
dis interci-
puntur.

Quomodo
coercetur
humoris a-
crimonia.

Quomodo
ad coctionē
reducuntur
humores.

Quomodo
consolida-
tur incepta
abrasio.

Syrupus
Dysentericiā
sanans.

iterum in die pro necessitate morbi urgentis . Non oportet quotidie mutare remedia , nam nullum signum est magis conjecturatur in dies le , Medicum aleas proiecere , & casu curare , quam modo hoc , mutare remodo illud medicamentum in dies singulos innouare , sed bene media .

Non oportet quotidie mutare remedia , nam nullum signum est magis conjecturatur in dies le , Medicum aleas proiecere , & casu curare , quam modo hoc , mutare remodo illud medicamentum in dies singulos innouare , sed bene media .

cogitet utrum à principio veros scopos sit consecutus an non , si consecutus non est , & postea consequatur , sua mque cognoscat inertiam , potest etiam , & tenetur variando scopos mutare remedia , sed si in principio proprios apprehendit scopos , & remedia rationali experientia probata iam in usum contulerit , ad quid naturam distracthore , quæ paulatim vim medicaminis apprehendit ? expectare igitur paulisper oportet victorias ope auxiliij medici naturæ factas ; prædictus syrupus omnibus intentionibus satisficit , nam ratione acetosæ , plantaginis , adianton , & seminum Melonum , ardorem bilis , iecinoris temperat , ratione melpillorū , & citoniorum exsiccatur , refrigerat , adstringit , incrassat , ac fluxiones prohibet , ratione mellis detergit , & coctionem iuuat , ratione lactis acrimoniam mulcet , & fluorem sedat , & eo magis , quia omnia sunt chalybeata , in chalybea enim refrigerandi , exsiccandi , & adstringendi vis residet : quæ autem vim per urinam diuertendi habent sunt , adianton , semina melonum , anisum , & citrulli semina , quare in hoc syrupo ea omnia adiunt , quæ in fluore alii Dysenterico in cipiente sunt necessaria , sed si in manibus alicuius Dysenteria creuerit , & facta sit cum torminibus , varijsque alii egestionibus , & vlcus sit magnum in intestinis , primum distinguendum est an sit in superioribus , vel in inferioribus crassi oribus dictis , hoc autem facillime cognosci potest ex doloris situ ab exentibus mutatis , & qualitate item mutata , si sit in intestino Recto , aut in Colo facilius sanantur quam in gracilibus , & per inferiora magis quam per superiora , sicut difficilius sanitati restituuntur qui laborant gracilibus intestinis , & per superiora magis iuuentur , quam per inferiora ; supposita igitur nostra prouidentia a Medico in principio habita , nempe missionis sanguinis , & purgationis si fuerit oportuna , stante vlcere magno in intestino Colo , & crebro fluente alio varijs humoribus , & colorum diversorum prædictis cum torminibus quid agendum est ? Si tandem fluxerit alius , neminem fore Medicum adeo insipientem opinor .

Scientur est an vlcus sit in superiori bus vel in inferiori intestinis .

Laborantes in *gracilibus* *intestinis* *difficilius* *sanantur* .

Quando cor pus expur- dicentem corpus expurgandum esse , & audentem medicamen tum cuiusvis generis exhibere , nisi forsitan ex illis esset qui in hughatione non mani , ferini , imprudentes , & deliri existarent : Nam si vndeque ager .

turbantur , & turbati sunt quotidiani humores omnes , & ad alium quasi

quasi ad centrum (labefactatis, & ferè resolutis omnibus facultatibus naturalibus retentrice præsertim) fluunt quod medicamentum igitur exhibendum est ægro deficiente? ablit, tota igitur viuendi spes, posita est in cohibendo hepatis, mesenterij, & intestinorum feroore, si magnus extiterit; & illud est faciendum cum, ijs, quæ adstringendi, exsiccandi, & modicè refrigerandi vim habent, omnisque industria in incrassandis humoribus ponenda est & præsertim frænanda via acrum, & biliosorum humorum semper adstringendo, & causa cur semper sit adstringendum hæc est, quia dum fluunt humores ad vlcus nunquam sanabitur ad illud concurrente materia erodente, & valde humida quæ impedit exsiccationem, & consolidatronem, quæ ad sananda vlcera duæ viæ existunt; dicet aliquis, cur vis humorem exeuntem tam prarum adstringere, adstricatus enim ad cor, & caput proficiscetur, & interficiet ægrum, iam dictum fuit in capitulo vbi agitur de natura humorum exeuntium in Dysenteria, humoris siquidem exeuntes non esse prauos in suis vasis existentes in venis scilicet, sed corrupti secedunt ab ipsis, varijs autem de causis corrumpuntur, sed in Dysenteria ideo secedunt, quia aliæ partes inanitæ sunt, sicque humorum bonum à vicinis partibus trahunt, & ex partibus rapiuntur in intestinis in quibus est principium motus ab vlcere virutem retentiam impediente dependentis, qui igitur adstringit motum fluxionum quiescere facit, & humoris bonos retinet in suis vasis, & corroboratur natura, qui humiditates exsiccatur, & icores excrementaque alia absunt, ac fluorem tollit, qui proportionate calorem excedentem refrigerat natuum calorem con temperato modo quo dicit Aristoteles. 4. Metheorum frigiditatem non ingredi opus naturæ nisi conteinerando calorem? gildas nquare cum adstringimus humoris bonos in superioribus venis, & turæ opus hoc est de salute maxima Dysentericorum, vel intestina tantum non ingredi astringimus, si intestina solum, quomodo fieri potest ut ea que tur. in intestinis existunt, quæ sunt cloaca totius corporis retrocessant ad cor siue ad caput, que speculatio anathomis hoc docuit: si quæ reperiuntur in intestinis præsertim crassis quotidie ad cor ascendere possent, hac de causa homines morerentur, cù excrementsa semper in illos intestinis existant, amplius non potest sterlus, seu Excrementsa superfluitates aliæ decumbentes in intestinis, s. cauitatibus ventris sursum non sursum petere, nisi per os excernatur, vt fit in volvulosis qui faeces petunt nisi per os reiciunt; quæ pp adstringere, & corroborare viscera interna in volvulolaxata non est trahere humoris retentos ad cor, siue ad caput vel ad sis.

*Humores
sunt incrassandi.
Quare humores sunt adstringendi.*

Humores in suis vasis non sunt prauis.

Adstringendo quiescere fluxus.

*4. Meht. frig.
gildas na-
turæ opus
non ingredi*

aliam corporis partem; nam nulla est consentiens via per quam stercora in vasa prædicta retrocedere possint, vnde non mirum cū nesciant naturæ ordines vasorumque processus sic obloquantur; dum ergo adstringimus exsiccamus, & modicè, vel calefacimus fouendo calorem natuum, seu modicè refrigeramus contempérā

Quomodo do calorem extraneum, naturam recreamus, atque ad naturalem natura ad symmetriam reducimus, quæ dum incepit retinere etiam incisimmetriæ piet concoquere, cæteraq; obire munia quæ vitam miseri patiētis reficere valeant, sed si nunquam retinebit, quomodo concoquet? quo pacto alimētum distribuet, & nutricet? Causa igitur sine qua non possibile est Dysentericos sanare, est restitutio virtutis reten tricis, quæ nulla alia via quam per adstringendum fieri potest, & qui dicit in Dysenterijs adstringendum non esse, principium artis notissimum negat quod est, contraria contrarijs curantur, & simul

Contraria principia notissima se ignorare ostendit, & ea quæ apud omnes sanguientes recepta sunt, quique dicunt corpus non esse claudendum, dicunt infelictum ægrotum non esse sanandum, sed expectandum, vt ad extremum vitam cum stercore fundat; sed antequam remedia generosa aggrediamur, inspiciamus prius quæ ab antiquis, recentioribusque de remedijs Dysenteriæ conuenientibus scripta sint; perspiciamus quid dixerit Eculapius vetustissimus Medicus.

Eculapij opinio de Dysenteria. de curandis Dysentericis in suo vnico, sed diuino libro, capitulo trentesimo primo Dysenteriam nanque in tria genera distinguit, prima est quæ fit ex stomacho usq; ad umbilicum, & hæc ait curari per assumpta per os; secunda fit ab umbilico usque anum, & hæc ait curari per injectiones inferiores in alium; tertia est quæ ex stomacho, hepate, ventre, & gracilibus intestinis fit simul, & hæc quoque per ea quæ per os sumuntur curari, quid affert ad curam.

Tria genera Dysenterijs. Dysentericorum? potiones trociscos, confectiones, & alia plurima omnia adstringentia, diaurallum vino mirtino sumptum, aut vino confecto ex citonijs, & passulis, hypocistide acacia, galis strigno hoc est solatrum; arnuglossa, azo, id est semperiuia, quæ omnia frigida, & sicca, & adstringentissima sunt: cibos accipiunt, panem ex omphaeomele vinoque austero comedat, ipsumque liqo rem bibat, & potum accipiat aquam calidam vbi coxeris myrrah viridem, turiones pampineos hoc est teneras sumitantes, seu dactylorum, siue citoniorum maturorum carnes, vt dixi alterum ex istis in aqua calida bibat coctum tepidum: lac caprinum laudat hoc parato cum siccantibus refrigerantibus, & adstringentibus param, quod quidem fælicissimo euentu expertus sum, a Galeno quoque laudâ-

Iaudatum; verum cylindros eligit lapidem fluuialem magnum
album, & ex aqua salsa calida veluti marina in modū nucium un-
decim in carbonibus nimium calefactum in ipso lacte extin&tum
dato calidum, quo iejunus per triduum si febris non fuerit vali- *Lapis latte*
diffima vti poterit, quod si febriat omphacomet accipiat hoc est *extinctus*.
liquorem ex melle, & omphacio confe&tum, prisci nanque om-
phacij cruditatem, & austерitatē melle corrigeant, vel vinum
de cidonij accipiant, seu aliud vinum stypticum: addit clarius,
cibos qui eos constringant accipiant, pulles ex hordeo, sive ex
lenticulis, & reliqua addit, olera autem caulem coctum cum *Quid comedendum.*
aqua cælesti aceto, & oleo, ciminoque conditum comedendum
iubeto, lactucas, vel intuba quam maximè agrestia, & corian-
drum vnum ex his comedant coctum vel conditum vt de caulibus
diximus, oua in aceto elixata comedant aſſa carbonibus media
eorum ieuniū comedant, progreditur in toto capitulo semper pro
medicina, & nutrimento proponens siccantia, refrigerantia; &
adstringentia, & hæc in Dysenteria quæ fit à stomacho, hepate, in-
testinis usque ad umbilicum per os assumenda, & si his non curan-
tur ad lyenteriam veniunt, & moriuntur, quod si in inferioribus
intestinis, & in Resto, & Colo, fiant ulcerationes, & Dysente- *Ad lyente*
riā venien-
tes moriun-
tur.
Trocisci ex
Diacath.
quo fiant.
riæ, & exeat purulenta, sanguinolenta, & diuersi colores sic ab
eo curantur supposita eadem viuendi ratione, sumit trociscos ex
Diachaton contra omnes ulcerationes, qui trocisci conficiuntur
ex sandaraca, calce, carta combusta & cera, vel trociscos fausti-
nianos qui iniiciuntur per inferiora in aluum cum elixatura hoc
est decocto mirtorum viridorum, ita vt primo deiectiones acci-
piantur leues, deinde vehementiores, & quando dolores vrgent
lac caprinum tepidum, aut elixaturam idest decoctum cantabri,
hoc est furfurum, sive ptisannæ succum, sive lycium tritum cum
albumineoui injicito, hæc multaque alia Esculapius habet, quæ
luce clarius ostendunt Dysenterias refrigerantibus, exsiccatibus,
sanandas esse, Videamus etiam quid dicat Hip. recēset enim Era- *Hip. sent. 4.*
tolai filium circa æquinoctium autumnale Dysentericum euaden- *de mor. po-*
tem; cum febre, & egestiones alii essent biliolæ, tenues, multæ, *pul.*
& moderate subcruentæ, dolor autem ventris vehemens, quo-
modo illum curavit? Hip. audiamus, vbi serum & lac bibisset, *Lac, & se-*
filice candefacta immissa, dolores & subcruentæ egestiones mode- *rum utilis.*
ratiores siebant, sed biliolæ comitabantur, & sæpè ad exonerandū *sima medi-*
vētrē surgebat, sed minore dolore, ecce ipsum filice vti quæ vim *camenta in*
refrigerandi habet, & exsiccati, validissimeque adstringendi ad *Dysent.*

reddendum lac, & serum medicamentosa remedia pro Dysenteria, elegit autem lac, & serum, quæ insignem vim refrigerandi, exsiccandi, & adstringendi acquirunt ex silice carenti immisla, &

Gal. opin. de doloris sunt sedatiua, præsertim lac, videamus itidem quæ *Gale-*
Dysent. lib. nus scripsiterit pro curatione Dysenteriae habet Dysenteriam ad-
g. de cō.m. stringentibus omnibus adiuuari, & loquitur de vera Dysenteria,
f. loc. & eo capite refert quinque remedia composita ex Andromaco

Duodecim de prompta quæ adstringentia magna sunt: duodecim alia refert
adstringētis ad mentem Eudemii senioris quæ per os sumuntur adstringentissi-
ma omnia, nam basis illorum est rosa, & notati sequentes succus:

acacia, balaustia, hypocistis, galla, plātaginis semina, lycium, mala
punica, cotonea, eruu, pruna filuestria, lorba, ephesina præsertim,
ros syriacum, pira terenciana, mala cestiana, baccæ myrtini nigri,
glandium membranæ, & cupulæ, rubi succus, & folia, acini vuarū,
ænanthes, corna, thus, myrrha, tragacanthum, vinum myrtleum, &
si addatur crocus, vel spica nardi, seu cinamomum, erunt correcti-
ua, & coadiuatiua penetrationem, cum terrea sint alia, quæ faci-
le sibi viam occludunt, sic & anisum, & piper adduntur tam ad fla-
tus dissoluendos, tum etiam opij correctionem, vbi opium ad do-
lores sedandos, & ad frenandam vim humoris acris imponitur,
item vinum falernum ad corrboranda viscera addit, & ad penetra-
tionem, & hoc est quod Galenus dixit non omnia adstringere quæ

T. Simp.
Med. sol.
cap. 32.

Dysenterijs, & alijs fluxionibus mædentur, sic etiam cocleæ vltæ
cornu cerui vltum, terra astera, cortex pini torrefacti, haec & alia
quamplurima eo capite relata ex Eudemii mente sunt adstringen-
tia frigida, & sicca terrestria omnia, & si quid ingreditur non trigi-
dum aut siccum, vel non adstringens, correctionis gratia, & pene-
trationis additur, sic etiam infusa per inferiora omnia vim adstrin-
gendi, exsiccandi, & refrigerandi obtinent, quemadmodum sunt
ex Isidoro relata à Gal. eodem capite, ad ulcerationes factas in inte-
ftino Refto, vt cinis cartarum, alumnen scissum, auri pigmentum,
sandaraca, idest vernix. Squama æris, omphacium, crocus, papau-
ris succus, calx viua quibus omnibus simul mixti pastelli conficiun-
tur, qui ad dram. 1. in vino nigro dissoluuntur, postea additis lib. 2
ptisanæ ordeaceæ fit clistere mondificatuum, refrigeratuum, ex-
siccans, & valde adstringens. Ex quibus dilucide patet intentum

Galeni, Andromachi, Eudemij, & Isidori esse adstringere semper,
refrigerare, & exsiccare, sic etiam infusa alia ad Faustiani mentem
Athenei, Harpocræ, Magni, Philadelphi, Aristolai, Idij, Eboli, He-
ra, Gemelli, Agatij, Nicostrati, Menandri, Iamgræ, Deletij, Epa-
gathi

gathi finem habent adstringendi, exsiccandi, & refrigerandi, sed quis vñquam præstantiora adiuuenit remedia ad Dysenteriam Asclepiade? admiranda sane, quibusque augustinissimo euentu expertus, & vsus sum, sed inter cætera non est inuoluendum silencio quod ipse præ manibus habens, multos eo à Dyse nteria sanas se confitetur. Recipit autem gallarum omph. subtilissime tritatum colearium vnum ac si dicas vnc. 1. 5. piperis albi, rhois rubri, malicorij tenuissime triti ana. dram. 1. lutei ouï vnius misce, & in vacuam mali punici testam conijce, & obturato farina ipsius osculo ad prunas torre, deinde purgata mali punici testa colearium vnum exhibe comedendum, multi qui diu Dysenteria non laborarunt triduo sanati sunt. Vnusquisque admiranda remedia per se videre potest apud Galenum, aliosque vetustissimos auctores qui ante Galenum fecerant medicinam, omnes ne uno quidem excepto, adstringentibus, refrigerantibus, & exificantibus Dysentericis mædentur: per frigefacientia eam refrigerationem intelligo, quæ Medico prælenti iudicio prædicto proportionata morbo videatur, non summam refrigerationem, nam summa refrigeratio in morbis omnibus curandis admodum est periculosa, frigitas nanque naturæ opus non ingreditur, nisi contemperando calorem, simplicia quæ à Galeno laudantur sunt hypocistis 7. simpl. m. nimphea 8. simpl. m. Lemonij radix 8. simpl. m. lisimachia 7. simpl. m. consolida, seu symphyton, lycium, flores rosarum, sterlus caninum, cornu cerui vitium, & ablutum flos rubi, semen lapathi, & oxypanhi, mora, & præsertim rubi carta combusta, coelestæ vstæ, guafalij folia cum vino austero, si febris non adest, damusonij radix, membrana quercus, radicis ebani decoctum, cortex thuris, lotus arbor, 10. simpl. macer, serum laetis cum aliquo in quo sit tam desiccandi, & adstringendi vis, vt sunt cylindri, lapides igniti, ferrum candens, & alia pleraque insignem vim habentia exsiccandi, & adstringendi, sed serum per se solum non est tutum, immo periculosum valde, si quis ipso diutius uteretur, semel aut iterum in principio in multa copia ad tres libras poterit exhiberi ad diluendum, & abstergendum, sed alterandum, exsiccandum, & adstringendum periculosum, & timorosum est, ex seipso nanque aluum subducit, ac Dysenteriā irritare potest, ac ventriculi subuertere facultatem, & coctionem diminuere, flatusque insignes inducere qui naturæ opera valde discerpere solent; lignum aloes, decoctum aqua dolores

*Asclepiad.
præstantiss.
remedium.*

*Summa re-
frigeratio
est periculo-
sa.*

*Arist. 4. Me-
theorum.*

*Simp. Dy-
sent. optima
scrū capri-
num solum,
est pericu-
sum.*

Dysen-

Dysenteriae demulcet, vbi multa febris non adsit; item myrrha ad quantitatem tuberculi fabæ idem præstat; thus potu vel clistre Dysenteriam sanat.

Puluis mirabilis.

Hic puluis est mirabilis.

Rec. thuris
masticis > ana. dram. ij.
luti armeni. dram. ij.
coralorum rub. > ana. dram. 5.
cornu.cerui vsti

Lapidis hæmatitis vsti scrop. ij. terantur simul omnia; datur post coenam dram. 1. 5. cum vino citoniorum, aut iure chalybeato, vel alio proportionato liquore, cortices conorum Pini acero acerimo maceratae decoctæque, ac suffitæ Dysenteriam sanant, sic & lentisci succus ad dram. 1. atque ita de Dysenteria sit communis instructio, & ipsius curationis perfecta traditio.





47

TRACTATVS SECUNDVS. DE MORBO GALLICO.

AD N. Cap. I.



Væris à me ut opinionem meam tibi exposnam circa essentiam, & rationem curandi morbum Gallicum licet tanta celebrimorum virorum controuersia existat, tamen voluntati satisfaciam, cum nullatenus in re aliqua ob præclaras virtutes tuas tibi de esse possim, sententiam meam ingenue proferam: & quoniam in vnaquaque re explicanda necessarius requiritur ordo ut distincte atque dilucide res possint intelligi, de morbo Gallico tecum asturus, seruabo hunc ordinem.

Primo de eius origine, & nomine aliquid tanquam: Secundo Ordo processiones circa diffinitionem quid rei inuestigabo, falsaque esse dedi in moribus huius morbi; tertio veram, & magis propriam morbi Gallici diffinitionem in medium afferam, omnes diffinitionis particulas explicando, in qua quatuor causarum genera, simulque varij modi quibus haec lues contrahitur apparebunt. Quarto gradus accidentium distinguam, signaque enumerabo quibus cognoscitur, di-

stia-

stinguitur, & prognosticatur. Quinto demum conabor ostendere quam erronice opinentur illi qui morbum gallicum alijs medicamentis sine ligno guaico curari posse arbitrantur, simulque vim

Morb. Gall. debellandi ostendam, & extirpandi intimum fermentum, & radicum fixam huius morbi in solo ligno guaico, quasi in sola Dei manu consistere.

Et licet ad debellanda accidentia, & quosdam effectus plurimū valeat salia, & cinna, aliaque remedia, ostendam nihilominus verum, & inueteratum morbum gallicum, qui iam incurdiatus obfederit sine ligni guaaci visu tuto extingui non posse (si tamen curatu possibilis erit) & dum præstabō id mentem aperiam illis, qui dum ligni caliditatem metuūt, emarcescere sinunt miseros ægrotantes, insuper demonstrabo quomodo tuto decoctum ligni exhiberi possit absque eo quod eius caliditatem timere possint.

Origō morbi Gallici, & opiniones variæ diuersorum cap. II.

DE origine itaq; per traçans cōueniunt fere omnes hāc morbi speciem apud nos nouam existere, ac in Gallorū exercitu in bello Neapolitano incepisse anno a Christo nato 1493. Siue ut alij malunt 92. Carolo octavo inuadente Regnum Partenopeum in Pontificatu Alexandri sexti, ferunt nonnulli ob impuritatem vietus, & praua edulia originem habuisse, quod tamen non est cōsonum rationi, quia quæcumque sit pessima viuendi ratio impossibile est talem morbi speciem inducere potē cum à causa externa dependeat contagiosa ex solo cencubitu, aut alio contactu infecti rei, quidam dicunt Indianam quandam mulierem ab Indorum regionibus tunc temporis inuentā detulisse: quod rationi conuenire videtur, nam apud nos scabies, lepra, aliqua morborum genera reperiuntur, a Neapolitanis gallicus, a Gallis Neapolitanus, & Hispanicus vocatur, a Ianuensis olim tabellarum morbus, sed bullarum est appellatus, Hetrusci quoque bullarum morbum nuncupauerunt.

*Diff. quid
nom. morbi
Gallici.* Nos autem Insubres ulcerosum morbum alias vocare consueramus, nunc tamen communi vocabulo, Neapolitano more, morbum Gailieum appellamus, Hispani verò in labores, quidam passionem turpein Saturninam vocauerunt, ob peculiarem quādam morbi vim occultam, quae oritur ex plurima humoris melanocholici adusti congeſtione, qui hostiliter omnes facultates tam naturales, quam animales, & vitales pefundat deſtructo nimirum, ac de prauato totius corporis temperamento.

Sacri Theologi diuinarum scientiarum professores iram. Dei hunc

hunc morbum nuncuparunt, eo quod miseria ab hoc malo proficisciens sit Dei vindicta, ac huius peccati Venerei flagellum. Pleisque homines diebus illis prioribus, quibus hic morbus vagari incepérat, vota sua ad fictitios Deos, nonnulli ad verum Deum Opt. Max. retulerunt, vt præcibus saltem sanitate consequerentur quandoquidem remedium curationis adhuc inuentum nō fuerat; hæc igitur de origine, & diffinitione quid nominis morbi Gallici dicta sint, ad cognitionem vero quid rei modo accedam, ac per anathomē differentias, & particulas omnes diffinitionis explicabo, vt essentia clarior, & splendidior elucescat, rationi consentaneum fore opinor, si prius nonnullorum opiniones de causa efficiente, & formalī morbi Gallici in medium adduxero, & quid circa illas sentiam exposuero.

*Opiniones quatuor de morbo Gal. inter se contrariae, &
erroneae. Cap. IIII.*

QVATUOR PRÆCIPUÆ AUCTORUM FUERUNT SENTENTIAE, DUE CIRCA CAUSAM FORMALEM, REQUIAE CIRCA EFFICIENTEM, PRIOR ILLORUM FUIT QUI STATUERUNT MORBUM GALICUM NIL ALIUD ESSE Q[UAESTIONE] IN-
TEMPERIÆ IECINORIS SICCAM, & CALIDAM, HOC ARGUMENTO PROBANTES.

*Diff. forma
lis morbi
Gallici.*

Quod pleraque vlcera in hoc morbo affectis orientur, vlcera autem fiunt ab humore acri, & sicco, hic generatur in iecinore, ergo iecur calidum est, & siccum, ex his unus fuit Andreas Mattheolus, Ant. quoque Fracanzanus vir doctissimus in eadem fuit sententia, tali nixus ratione, quod omnia exustionis signa appareant, videlicet vlcuscula, gonorrhœa, bubones, dolores oris, fauiciumque erosiones, pilorum, ac dentium cadentia, color saepè igneus vrinarum, quæ omnia dicit ipse humoris calidi, & siccii significant intemperiem, argumentatur autem hoc pacto.

Exustio nisi ab intemperie calida fieri non potest, caliditas autem non potest exurere, nisi adiunctam habeat siccitatem, ergo intemperies calida, & secca est causa formalis, & efficiens (idem n. est quia coincidunt) huius morbi Gallici, in hac etiam opinione quamplurimi extiterunt nostra tempestate, quos breuitati studebant praetereo.

*Probat. ea
se form. &
efficien. mor
bi Gallici.*

Secunda opinio illorum fuit, qui non solum calidam extere intemperiem negauerunt, sed è contrario frigidam cum humiditate statuerunt, basimque huius indispositionis ponunt humorem esse phlegmaticum non naturalem, in iecore à diminu-

*Opinio con
traria mor
bi Gallici,*

*Probatio
contrarie
opinionis.*

to calore naturali genitum, probant autem hoc tali argumento. Virtutes per operationes cognoscuntur ex Auctennæ summa de Virtutibus, & causæ per effectus cognoscuntur ex Aristot. sed sanguis in Morbo Gallico genitus, est effectus diminutæ coctionis quia est crudus, diminutio autem coctionis à nulla alia causa quam à frigiditate oritur ergo hepar erit frigidum, quæ frigiditas dicunt isti non est positiva, sed quædam caloris diminutio, probant minorem, quia qui affecti sunt Morbo Gallico in dies marescunt, & malè nutriuntur, & hoc dicunt contingere ob multitudinem phlegmatis non naturalis, & ob quandam diuersam, vitiatamque mixtionem quæ vix cognosci potest, & ob aliquam spirituum infrigidacionē, sanguinique alterationem, huius opinionis fuit experientissimis, & multarum pulcherrimarum rerum indagator Nicolaus Massa, & cum illo quamplurimi.

Astrolog. Astrologi, ut eorum mos est causam efficientem Morbi Galli. Tertia. ci ad astrorum quandam insolentem constitutionem retulerunt, ad binas solis eclipses in Aquario existentia Saturni in Ariete, vel opinio de libra, aut Marte in signo Cancri, vel Venere retrograda in signo Morbo Gal. Scorpionis, aut quia eo anno 1493. die 24. Octobris Saturnus, Sol, Venus, in Scorpione maximo Rege in amplexu pudendorum extiterunt, lunaque bis ibidem, ac Tauri imagine priuata lumine, naturæ humanae summo ambusto loue id comprobante coitu Iouis, Veneris, Martis, ac Mercurij in prauorum libra, vnde elegantissime ille Medicus, & Poeta Hier. Fracastorius fabulandi Fabula de occasionem accepit in sua illa Apopeia de Morbo Gallico, qui ad Morbo Gal. solem contra pastorem syphilum iratum causam retulit huius morbi dum inquit.

Syphilus Alcithoi Regis ut fama est sub ipsum solstitium pascet oues, & sirius vrebatur agros, nec umbra, aut aura villa minimum præbebat leuamen, ipsæque cum grege in agris cælo vrebatur aperto, vnde Syphilus misertus gregis, iratus oculis ad cœlum eleuatis hæc contra solem euomuit.

*Fracast. car
mina.*

Nam quid sol te, inquit rerum, patremque Deumque,
Dicimus? & sacras vulgus rude ponimus aras?
Mactatoque bue, & pingui veneramur acerra?
Si nostri nec tibi cura est, nec regia tangunt
Armenta? an potius superos vos arbitror vri
Inuidia? mihi mille niuis candore iuuencæ,
Mille mihi pascuntur oues, vix est tibi taurus

Venus

Vnus , vix aries cœlo (si vera feruntur)
 Vnus est armenti custos canis arida tanti
 demens , quin potius Regi diuina facesto ?
 Cui tot agni , tot sunt populi cui lata ministrant
 Æquora , & est superis ac sole potentia maiori ?
 Ille dabit facileque auras frigusque virulentum
 Dulce feret nemorum armantis et humq; leuabit .
 Sic fatus mora nulla sacras in montibus aras ,
 Instituit , regi Alcithoo , & diuina facest.

Itaque Syphlius sibi Alcithoem regem suum pro Deo adorandum præfixit , victimasque non sola in futurum , sed Alcithoi suos obtulit focos , suaque thura , cuius ritus causa Rex Alcithous ab omnibus venerabatur ut Deus , ac maior in toto orbe habebatur .

At sol rerum pater hæc omnia ab alto prospiciens , hæc omnia perlustrans secum animo indignatus contra mortales suos intorfit radios , ac lumine quodam acerbo in hæc inferiora refusit , Morbique Gallici luem interram influxit , primusque qui fuit hac labo defodatus fuit syphilus vnde illud sequitur .

Protinus illuuiis terris ignota profanis
 Exoritur , primus regi qui sanguine fusio
 Instituit diuina , sacrasque in montibus aras ,
 Syphilus ostendit turpes per corpus achores .

Hæc poetice , & fabulosè , sed elegantur , & allegoricè à Fracastore Medico , ac insigni Poeta dicta sunt , vt ita ad id vnde digressus sum redeam , Astrologorum fuit sententia ex influxu prauo stellarum morbum Galicum originem habuisse , circa quorum ineptias immorandum non eft , cum Picus Mirandulensis , & alij illas refellerint .

Aliqui Medici huic sententiæ adhæserunt credentes hunc morbum aeris corruptione gigni , & propter stellarum influxum propagari , ex his fuit Ioannes Almanar Medicus celebris Hispanus , qui in suo de morbo Gallico tractatu deffinit esse malam epidemiam dispositionem in membris corporis , hepate scilicet præcipè , & venis , quod absurdissimum eft , nam epidemicis dispositio omnibus communis eft in potentia , Gallicus autem morbus non eft communis nisi per contactum alterius infecti corporis : circa eandem causam efficientem decepti sunt illi qui ex efu , & potu præ uorum alimentorum mali succi , & corruptibilis generationem habuisse crediderunt , ita quod ex corporis dispositionib. varijs ; ad

*Quarta opere
nio de mor.
Gallico.*

*Diff. Alma
nar de mor.
bo Gal.*

hunc morbum, & ex malis qualitatibus earum rerum quibus vescuntur hæc specifica morbi forma emerserit.

Hi fuerunt Aegyptij qui quoruncunque morbosum originem in prauam viuendi rationem retulerunt, sunt plerique alij qui suam ferentes de morbo Gallico opinionem, aut idem ferè nunciant, aut facillimè ad aliquam prædictarum opinionem reduci possunt.

Hæ omnes prædictæ quatuor opinione proculdubio sunt erroneæ, ipsasque huiusmodi esse quilibet qui quotidiana experientia inhaeserit facile comprehendere poterit, & vt singulas examinemus, falsasque refellamus, à priori exordiendum est, quæ affirmat, intemperiem calidam, & sicciam iecinoris morbum Gallicum existere.

Quatuor supradictæ opiniones velut erroneæ rationibus exploduntur. Cap. IIII.

SI hoc verum esset formam specificam videlicet morbi Gallici esse intemperiæ calidam, & sicciam iecinoris: sequeretur quod per calida, & sicca medicamenta, & nutrimenta morbus Gallicus posset generari, sed falsum est consequens, ergo & antecedens, probo maiorem.

Prima opiniō rejecitur.

Illud nanque quod potest esse causa causæ, causa etiam causati potest existere, sed medicamenta, & nutrimenta possunt esse causa caliditatis, & siccitatis iecinoris quæ est causa morbi Gallici, ergo medicamenta, & nutrimenta calida, & sicca morbum Gallicum efficere possunt, medicamenta autem huiusmodi morbum Gallicum ex se generare non posse ita manifestum est, vt nullus in huius probatione labor ponendus sit, ergo morbus Gallicus non est intemperies calida, & sicca, sed quid aliud à caliditate, & siccitate.

*Verum remedium morbi Gal. legi-
bi Guaiacum & salsa.*

Secundo si ratio formalis morbi Gallici esset caliditas, & siccitas hepatis, sequeretur, qđ p remedia frigida, & humida curari posset cū contraria cōtrarijs currentur, quod non fit; immo modo cōtrario agitur, scimus enim uerum remedium vt infra etiam demon strabimus lignum esse guaiacum, & salsa, quæ duo sunt calida, & sicca, ergo ratio formalis non est intemperies calida, & sicca.

*Magis, & minus non variant ffe-
ties.*

Tertio hic morbus nobis non esset nouus, quia semper ante Neapolitanum bellum in Italia, ac in toto terrarum orbe intemperies calida, & sicca iecoris viguit, ac viget, nec valet dicere ad quendam gradum determinatum cuiusdam caliditatis, & siccita-

tis peruenire, quia magis, & minus nō variant species morborum specificas, & quaelibet corpora quamlibet intentionem, & remissionem intemperierum recipere possunt vsque ad mortem, igitur caliditas, & siccitas non est formalis causa morbi Gallici.

Quarto si verum esset hoc sequeretur haec omnes esse insigni morbo gallico affectos, quia non solum iecoris, sed etiam cordis, & omnium membrorum caliditatis, & siccitatis excessum patiuntur quod absolum est opinari.

Quinta ac ultima ratio concludentissima est haec quod inueniuntur hydropici confirmati, iecur frigidum, & humidum habentes, qui tamen pessimum morbum Gallicum patiuntur, ergo vel esset dicendum duo contraria actu, uno & eodem tempore in subiecto indivisibili reperiri quod est impossibile: aut morbus Gallicus in subiectis existere in quibus iecur non esset calidū, & siccum quod eorum opinioni repugnat, igitur morbus Gallicus nō recte definitur cum dicitur intemperiem calidam, & sicciam existere.

Secunda opinio illorum fuit qui frigidam, & humidā esse eiusdem hepatis indispositionem sunt arbitrati, ex qua quædam sanguinis cruditas consequatur; haec quoque opinio falsa est.

Primo quia si frigidum, & humidum esset hepar, id est si caliditas naturalis iecoris esset diminuta, necessario in quolibet morbo Gallico vrinæ crudæ apparerent, nam inseparabile est accidens iecoris frigidi cruditas, & vrinæ albedo, vt ex Galeno, & Aetatio traditum habemus, sed in plerisque in quibus vagatur morbus Gallicus, vigetque vrinæ sunt splendidæ, & subrubeæ cum omnibus signis coctionis debitæ substantiæ nebulam habent albam, leuem æqualem, & omnes conditiones concoctæ, & naturalis vrinæ, ergo in morbo Gallico affectis hepar non est frigidū.

Secundo, si esset intemperies hepatis frigida, vel esset magna, vel parua, si magna ergo maior eorum pars qui Gallico laborant morbo in hydropem laberentur, cum hepatis excedens intemperies frigida breui tempore desinat in hydropem, si esset pauca ergo facilime medicamento calido secundo gradu tolleretur cum pauca intemperies paruo remedio remittatur, ergo facilimis medicamentis, siue sudoris emanantia vinceretur, quod an sit possiblæ, præsertim si in iecore sedem fixerit Medici rationales experientia prædicti norunt.

Tertio argumentum retorqueo, virtutes per operationes cognoscuntur, nam orta suis principijs attestantur ex Auic. & effectus arguunt suas causas, sed plurimi effectus, & plurima accidentia morbi

Secunda opinio excluditur.

Fracta opinio reiecta.



morbi Galici sunt caliditatis, vt vlcera corrosiva, manuum impetigines, & pedum humorum acrimonia, icorum acuitas, vlcerum caliditas, & ardor inflammationis, gonorrhœa, caries, pustulae rubæ colericæ, ergo potius argumentum eisē deberet calidam esse, quām frigidam intemperiem, quia hæc omnia à calore tanquam à præcipua causa oriuntur, quod tamen uon est verum, vt probatum est.

Quarto substantialis qualitas Gallica, quæ est in iecore expansa debet esse eiusdem speciei atque est illa, quæ membris virilibus, aut mulieribus relinquitur, cum caries generantur, & hoc est clarum, & supponendum, sed qualitas frigida cum aliqua humiditate nō potest caries, & excoriations scilicet vlcuscula tam subito inducere, & generare, ergo qualitas illa non est frigiditas; subsumo iterum; si ergo hæc non est qualitas frigida neque illa quæ est in iecore cum sint eiusdem speciei, quamobrem de hac quoque secunda opinione statuo falsum esse morbum Galicum intemperiem frigidam, & humidam esse.

Tertia A- Erat tertia opinio Astronomorum credentium morbum Galicum epidimiale fuisse factum ob stellarū influxum, huic opinioni nonnulli Medici adhæserunt, quæ licet quamplurimis argumentis reici possit, vnica tantum ratione volo contentus esse; & hæc est.

Stellarum influxus non durant perpetuò, abeunt, & reuertuntur, ac tandem finem habent, & hoc est ipsis peculiare, vt est exēplū de pestilentia, si ob stellarū influxum accessit, venit, & abiit, sic de illa Anglica epidemicā, sic morbi oēs ab Hipp. relati in epidemicis, sic exanthemata ecphimata, & orta sunt, & interierunt, eo qđ influxum hæc est conditio, vt modò veniant, modò receendant, sicuti signorum aspectus modo iunguntur, modo disiunguntur, at morbus Galicus post eius aduentum nonquam cessauit, neque finem habiturus est, nisi Dei Opt. Max. miraculo aliquo indultu, aut nisi scortorum commercia, alij nephandi, fœdissimum concubitus omittantur; Arist. rationem prætermitto dicentis astra solo homine, & motu in his inferiorib. agere, quod perseveranter ab Auerroe, & Plinio est confirmatum, ergo nec ex stellarum influxu nec epidemicus est morbus iste, illique sunt deridendi, qui crediderunt mulieres hac labe inquinatas, aeris nullorum ereditate, aut tactu alicuius rei impuræ, & inquinatæ.

Opinio non- corruptione absque viri concubitu disfœdatis esse, aut aliqua hæ-

nulllorum er- ronea.

Quarta, & ultima Aegyptiorum fuit opinio, ex impuritate edu-

liorum,

liorum, prauoque viatu, arbitrantium hanc fuisse genitam ægritu
dinem, sed haec tali refellitur ratione, nam cōstantissimum est plū
rimos magnates nobiles, Comites, Marchiones, Duces, aliosque
fuisse correptos, qui tamen probissimis, & selectissimis cibis vesce- *Morb. Gal.*
bantur, quare si ex prauis cibis generaretur, hi nunquam fuissent *non genera-*
correpti, quasi vt ante hanc luem homines gulose non vixerint, *tur ex pra-*
qua propter de his omnibus prædictis opinionibus resolute dicen *uis cibis.*
dum est, falsam illorum esse lententiam statuentium morbi Galli
ci formam essentialiem, intemperiem esse calidam, & sicciam ieci-
noris.

Erroneam quoque esse illam tenentem esse intemperiem frigi-
dam, & humidam eiusdem hepatis, absurdamque esse Astrologo-
rum opinionem, ac tandem Aegyptios allucinatos esse, ponentes
causam generationis esse malam viuendi rationem ciborum scili-
cet, & potum res in confessio est.

Omnes rationes in contrarium allatæ facile soluuntur.

Cap. V.

AT quomodo rationes in contrarium soluuntur? quantum ad
primam qua vtuntur probantes esse intemperiem calidam
& sicciam, eo quod apparent ulcera, aliaque exanthemata quæ ca-
lidam intemperiem attestantur: Respondetur consequentiam ar-
gumenti esse negandam, nam licet aliquando probetur in morbo
Gallico affectis adesse intemperiem iecoris calidam, & sicciam, nō
valet tamen illatio. ergo morbus Gallicus est intemperies cali-
da, & sicca, eo quod præter caliditatem, & siccitatem, adest quæ-
dam specifica, & peculiaris malignitas, quæ in substantia est, & in
forma mihi quæ qualitates manifestas excedit.

Hæc eadem responsio soluit argumentum de exustione Fran-
canozani, nam licet signa caliditatis, & siccitatis adsint, & in ali-
quibus sit calidum iecur, non tamen valet illatio, & secunda con-
clusio, ergo morbus est intemperies calida, & sicca, quia ultra cali-
ditatem, & siccitatem quid aliud malignum adest.

Hac ratione id confirmatur quia tam ea corpora quæ frigidi
quam ea quæ sunt calidi temperamenti promiscuè depascitur,
& sane si morbi huius forma modo calida, modo frigida iecinoris
indispositio esset, magnum proculdubio inconueniens sequere-
tur, vnum & eundem morbum duas habere formas contrarias
quod

quod est impossibile.

Ad rationes illorum dicentium intemperiem iecinoris esse frigidam nixi hoc argumento: Virtutes per operationes, & reliqua cognoscuntur, dicitur veram hanc propositionem esse, at operationes seu affectus eorum qui sunt morbo Gallico contaminati frigidi sunt, ergo hoc falso assumpto, iecinoris intemperantiam frigidam attestantur, nam sicuti falsum esset, omnia accidentia morbi Gallici calida esse, ita falsum est omnia frigida esse nanque pro varietate temperamentorum, varia quoque accidentia emergunt.

Astronomorum opinio in absurdis illis suis suppositionibus coniunctionum, & aspectuum, habet fundamentum, qui quam vani sint, & fallaces continua experientia comprobatur, qui voluerit pulcherrimas, plurimasque contra Astrologos videre rationes Ioannem Picum Mirandulanum aeat in eius nempe contra Astronomos librum, ubi efficacissimis rationibus demonstrat, praeter lumen, aut motum consequentia lumen, & motum nullam aliam in sideribus influentiam in ijs inferioribus reperiri.

Circa Aegyptios in eo illorum opinio fundata est, quod omnes morbos oriri a prauis edulij arbitrantur, quod absque dubio falsum est, aliae nanque res non naturales vocatae in morbis procreatis vim suam obtinent, sicuti Hip. cunctisque expertis Medicis copertum est, qua propter praeter qualitates elementales manifestas stellarum influxum, ac prauam viuendi rationem aliquam aliam formam oportet reperiri, quae causa sit, morbi Gallici, forma haec reuera occulta, & innominata est, quomodo autem inuenietur si formae ultimae sunt ex suapte natura ignotæ? Ex Arist. formam haec reuera ut dixi, occulta est ac venenata, & perniciossima labes, quæ contactu, & contagione, aut seminis hereditate, aut latenter nutrimento, siue alio contactu contracta, laevis admodum, & insensibilis in primo ortu apparet, & fere corporis expers, sensusque nostros effugit, non tamen est simplex, & solitaria, sed cum humore, aut vapore mixta, quibus tanquam vehiculo uititur ad insinuandum se in penitioribus corporis partibus, & saepe diu malignitas haec occulte in nobis delitescit donec creuerit augmentum, ac suæ pernicie signa prodiderit.

*Lib. 6. Phys.
& alibi.*

*Labes Gal.
non est sim-
plex, sed mi-
xta.*

Similitudo.

Quemadmodum enim canis rabidi venenum, scorpionisque diu delitescere solet, sensimque per corpus spargitur, tandem suæ malignitatis signum eructat, ac vitæ sese inimicissimum pandit, haud secus haec Gallicæ luis secreta vis, beneficio suo sensim per-

cor-

corpus fusum temperamentum debacchatur, ac dissoluit, & ad extreum cæteras inquinando partes vitam cum morte facit commutare.

Sed licet ultimæ differentiæ sint nobis ignotæ, & huius luis *Morb. Gal-*
formæ ultima sit abscondita, attamen illius diffinitione quam al-
latus sum, tot ac tantæ eius propriæ differentiæ, & accidentia
concurrunt, vt si absolutam non habuerimus cognitionem, sal-
tem ita propè accedeimus, vt eam tetigisse possimus dicere, ea si-
militudine, cū quis inuenierit aliquid, ac tegerit quod in profun-
do alicuius tenebroſæ cryptæ fit reconditum, Accidentia enim
in magnam partem conferunt nos ad cognoscendum quod quid
est ex Arist. & Alex. in Problematis de anima.

His itaque sic constitutis, aliorumque opinionibus confutatis,
 ita verius opinor diffiniendum esse.

Morb. Gallicus est morbus occultus substancialis, formæ
mixtionis vitiatæ contagiosus, qui modo ulceribus, modo macu-
lis, modo cruciatibus se pluim manifestat, solo contrahitur con-
cubitu, aut alio rei descedatæ contactu. Hæc diffinition non val-
de distat ab illa doctissimi Farnelij, cuius subtilem opinionem at-
que verissimam sequi, eiusque vestigijs omnino herebare volumus.

Vera Diffi-
nition Mor-
bi Gal.

Vt autem ostendatur hanc esse veram, & legitimam morbi Gallici diffinitionem, omnes illius partes distinctè sunt perpendicularæ, genus scilicet, & omnes differentiæ: ne mireris itaque Philosophæ exactissime, me hanc diffinitionem veram, atque germanam vocasse, quia licet non constet unico genere, & unica differentia, vt conditio diffinitionum propriarum videtur exigere, attamen illud quoque te scire non ignoro: ultimas differentias nobis ignotas esse, & à nobis per proprietates cognosci, & per accidentia à principio earum intrinſeco fluentia, licereq; nobis has proprietates loco differentiarum apponere, vt itaque hoc facilius praestare possim à penetralibus est perpendicularum.

Nemini dubium esse opinor, morbum quemlibet tanquam in proprio subiecto in aliqua nostræ corporis particula residere, que vel vt organica est, vel ſimilaris consideratur, non est dicendum Gallicum morbum esse particulæ in quantum est organica, quia neque ad ſitum, nec ad numerum, seu ad figuram, vel magnitudinem reduci potest, quamvis ſecundario, & ex consequenti has omnes partes organicas vitiet variando ſitum, numerum vitiendo, figuram deformando, magnitudinemque deſtruendo, igitur primo & per ſe morbus, erit ſimilaris, omnium autem mor-

Hborum

Differentiae borum similarium in vniuersum tres sunt differentiae, intemperies scilicet, materie immoderatio, ac totius corruptela substantiae.

rum simila Nec est dicendum morbum in calida esse intemperie, aut frigida, aut humida, siue sicca, seu coniugata, quia ut in superioribus est demonstratum, morbus Gallicus non afficit caliditate, aut frigiditate, humiditate, vel siccitate, nec infirmi medicamentis calidis, seu frigidis, humidis vel siccis prout talia sunt, aut homo quoq; non pertinet ad mollitem, aut duritatem, non ad laxitatem, siue ad strictionem, non ad tenuitatem vel ad crassitatem, nec raritatem seu densitatem, relinquitur ergo ut morbus Gallicus sit morbus substantiae totius formae corruptae.

Qui morbi duplēcē habeant speciem, vt febres putridæ, & deleteria. Cap. V I.

MOrbi qui sunt totius substantiae aut formae corruptela duplēcem habent speciem, nonnulli enim manifestas sequuntur intemperies, quemadmodum omnes putridæ febres efficiunt, cæterique morbi a putredine orientes, alijs sunt qui causas occultas secretas secuntur, formasque corruptas temperamenti ipsius mixti vitiati, qui reuera non ex temperamenti dysyrasca, nec ex simplici oriuntur putredine, sed ex causa formalis abscondita tanquam ultima forma corrupta toti substantiae ipsius mixti inimica, quemadmodum sunt deleteria omnia quæ in nostro corpore vel assumpta, vel genita occultorum morborum causæ existunt.

Corpora a autenim noxam percipiunt per aeris inspirationem infecti, hinc deleterijs oritur pestilentia, aut sub forma potus, cibi, vel medicamenti in triplici etiis sumuntur, & sunt venena, quæ adeo naturæ nostræ sunt ini patiuntur. mica, vt calorem natuum, vitamque suo beneficio interficiant, aut extrinsecè vulnus inferunt, vt canis rabidi morsus, viperæ, scorpionis, & huiuscmodi, & ista morborum genera nomen contagiosi simpliciter, non autem pestilentis nanciscuntur.

Morbus Gal. est con tagiosæ est morbus Gallicus, eo quod humor Gallicus est ei us na tagiosus. turæ vt per contactum communicetur, ideo dixi morbum esse formæ

formæ occultæ contagiosæ, inter hæc deleteriorum genera, licet ea quæ potu, aut cibo, aut medicamentis sumuntur efficacissimam ad interficiendum vim habeant, vt arsenicum, sandaracha, teria cur & pleraque alia, nullum tamen venenum eo potentius reperiatur, quod per aerem inspiratum venenosum communicatur, citius inter eo quod si verè aer est pestilens, & venenosus, citiflīmè ac ineūficiat. aer pestilēs tabili nece mortales enecat, hoc autem contingit quandoquidem aer omnium celerrimus est, nulloque vehiculo indiget, quam se ipso qui vnicā ferè inspiratione ad cor penetret, cordisque spiritus oxyflīmè inficiat, per asperam namque arteriam ad pulmones, per inspirationem à pulmonibus ad cor, à corde per reliquas arterias ad totum corporis ambitum deferratur.

Non est mirum si ad primum vitæ principium cor scilicet per ventum vitalem spiritum enecet, destruatque, & propterea dixi morbum hunc esse morbum totius substancialis formæ scilicet mixti substancialis vitiatæ occultum: Venena quæ contactu afficiunt, imbeciliorem, ac tardiorē habent actionem, quia non per aerem, sed mediante humore eorum vehiculo ad suam fæctus. actionem obeundam vtuntur, perniciose illorum non illico facto contactu appetit, sed fit paulatim per successionem, partem post partem inficiendo, cum tamen incrementum acceperit suam malignitatis, nequitiaque prodit effectus, manifestat, agit tamen in parte denudata, in qua ad actum à calore partis reducitur, quæ pars denudata est epidermide, & cute.

Si enim venenum canis rabidi, aut viperæ cuti superponatur, nihil ageret, eo quod ad eius actionem obeundam requiratur cuticulæ denudatio, vel morsu, vel alia continui solutione, quod fit varijs modis, vel sagittis venenatis, vel morsu belluarum, vel hu- iusmodi, & alijs modis.

Venena q
non obsunt
absque cu
tis laſione.
Venena que
obsunt abs
que cutis le
ſione.

Ex his tamen excipiuntur duæ nempè basiliscus, & torpedo, quæ duo tantæ a ſtioñis exiſtunt, vt etiam non denudata cute penetrant, ac interficiant.

Sit igitur res ifsa constituta morbos totius substancialiæ deleteriæ alios esse simpliciter venenosos non contagiosos, quemadmo- dum sunt ea quæ esu, aut potu intus sumuntur, facultas enim illorum occulta venenosa est, nullo tamen paſto contagiosa po- test appellari, quia si quis veneno aliquo deceptus sit, & vene- natus, venenum illud alijs communicare non potest.

Morbi ve
nenosi tan
tum.
Morbi ve
nenosi, &
contagiosi.

Sunt alijs venenosi, & contagiosi quemadmodum sunt epidemiales morbi,

morbi, febres enim malignæ pestilentes sunt venenosæ, & etiam contagiosæ, quia facillime communicationem contagio inferrunt.

3 species morborum. Tertia species est illorum morborum occultorum qui solummodo contagiosi sunt, nullam pestilentiam habent, nullum veneficium, sed tantum eorum qualitas est communicabilis per contactum, hi morbi simpliciter contagiosi à tota substantia alij manifesti, alij occulti, manifesti sunt, scabies, lepra, pruritus, pthysis, acores, faui, melicerides, & huiusmodi quæ talem sequuntur humorum, quæ licet per contactum, & fiant, & communicentur, nihil tamen occulti, maligni recondunt: maligni intelligo non habentes naturam venenosam, sed à putredine manifesta oriuntur, & à primarum qualitatum intemperie fiunt; contagiosi autem occulti sunt qui à principio contactu inferunt labem, tempore vero procedente qualitatem venenosam ostendunt, quæ quidem aliunde non cognoscitur, quam per affectus sœuissimos prodeentes, membra, artusque omnes depopulando, qui nec calidis, nec frigidis, nec humidis, aut siccis, siue horum mixtione possunt debellari, sed proprium Alexi pharmacum, & antidotum requirunt, quæ remedia sola experientia inueniuntur, de quibus inferius agam.

Morbi contagiosi occulti. Huius classis hydrophobia reperitur hoc est aquæ formidatio, cum quis à cane rabido morsus fuerit, deinde viperarum morsus, & aliorum anguiū venenoso ictu, venenata tela inferentium, sagittæ & similia, huius naturæ illud Cleopatræ fuisse venenum inductum per aspidem, ne in hostium vicheretur triumphum à plerisque memoriaræ proditum est.

Inter hos cōtagiosos morbos occultos, proculdubio lues venerea ponenda est, quippe quæ non aeris inspiratione, vt epidemici, non alimentorum, aut medicamentorum malignitate vt simpliciter venenati, sed ex infectione per contactum communicata, quæ peculiarem, & singularem habet causam, vt alia pleraque contagiosa venenata relata.

Cleopatra venenum. Et quamvis forsitan huius morbi principium vt rationabili ter credendum est ab interna causa ortum habuerit, quia tamen non contrahitur amplius nisi contagione, ideo iure merito inter Mor. Gal. morbos est numerandus qui fiunt à contactu, & contagiosus vocatur, vt etiam elephantiasis genita plerunque est à causa interna, & et occultus. tamen contagione cōmunicatur. Sit ergo maior definitionis pars ita constructa, & declarata, quod morbus Gallicus totius substantiae sit morbus occultus, contagiosus: quamvis formæ ultima, vt

dixi ignotæ sint, quædam autem accidentia riperiuntur consequētia quæ vel à principio ipsarum formarum intrinseco fluunt, vel tanta familiaritate suis principijs adhærēt, vt se veram causarum suarum esse sobolem monstrent, & eorum nonnulla penitus sunt inseparabilia ab illa forma, vel ab illo subiecto à quo prodire conspicitur. Hæc sane accidentia formam consequuntur, nec apparere possunt nisi forma in subiecto prius fuerit introducta: Videamus igitur primo quomodo luis Gallicæ forma in corpore introducatur, ex quo postea conspicere nō erit difficile, quomodo pullulationes germinet, & cætera consequentia efflorescant.

Morb. Gal. quomodo introducitur. in corpore quo pæsto germinet Cap. VII.

Modus quo lues Gallica contrahitur, & propagatur facile potest intelligi ex similitudine à Galeno data exēplo de morbo scorpionis, eo scilicet quod particula aliqua corporis infecta aliam inficere potest, & alia quoque usque ad hepar, ipsum denuo infectum alias inficit partes, & ægritudinem fouet, ac vniuersum corpus grassatur, quod elegantissime comparatione quadam mirabilis à Fracastorio his versibus fuit explicatum.

Vt saepe in stipulas accidit cum forte fauilla
De face neglectam pastor quam liquit in aruo
Illa quidem tenuis primum, similisque moranti
Incedit, mox ut paulatim increvit eundo,
Tollitur, & viatrix messem populatur, & agros,
Vicinumque nemus, flammisque sub ætere iactat.
Dat sonitum longe crepitans Iouis auia sylua,
Et cælum late circum, campique reluent.

*Cōparatio
Morbi Gal.*

Vnde animaduertendum est quod quemadmodum scintilla aliqua ignis si casu quandoque delitescens remanferit, iterum excitat ignem, sic morborum recidiuē redire solent, eo quod particula corporis aliqua in qua exparsus fuerit morbus, & disseminatus non fuerit perfecte curata, aut à natura rectificata, ideo denuo fermentata serpit, alias inficit partes, ac denuo symptomata efflorescentia facit, & tunc plerunque euadit prior dispositio relieta, cum recidiua sua radice sit deterior ex Auic. Vna autem causa præcipua est virtutis iactura quia membrum debilius redditum est. Dū igitur (vt ad rē redeā) purus homo cū impura muliere, vel econuerſo cōgreditur per pudēda potissimū inficitur, naturalia n. mēbra penus, & peccēta subtletatiē rare, & spōgiolē approximantur vuluæ, ac peccati mulieris infectæ humiditates ille, & uapor aliuos fusus.

*Morb. Gall.
non bene cu
ratus peior
efficitur.*

sus, cōtagiosus admiscetur cū humiditatibus existentibus in porositatibus, & atomis carnis viri, humor seu vapor infigitur, & non solum in illis partibus laxis, sed per penis canalem penetrans ad interiora dilabitur.

Quatuorca Quatuor autem canales maiores existunt per quos celerius humales per morbus, & vapor malignus deferri solet, vasa scilicet vrinaria duo quos morbus vreteria nuncupata, per hæc a vesica ad renes, à renibus, per bus deferunt emulgentia vasa ad cauam venam, à caua ad iecur, à iecinore poterunt. stea infecto per totum corpus disseminatur.

Duo vrete- Alia duo vasa sunt spermatica differentia vocata quarum **vicia vasa** cinitate plerunque fit ut primum symptomata, quod a lue veneris producatur sit corrupti semenis inuoluntarius effluxus, qui affectum producit gonorrhœam appellatum, hic est modus praecipuus quo Gallicus morbus apprehenditur, & inter centum homines, nonaginta tali pacto per concubitum scilicet venereum corripuntur.

Duo sper-

matica va- Nutrix quoque infecta, lacte similiter infecto, defedatis mam-
febro latte mis infantem lac sugenteum inficere potest : item obstetrix, ma-
filium infi- nus habens ulceribus, & impetigine Gallica deturpatas tenelli-
citat, & obste- tum pertractans puerulum (si vera nonnulli ferunt) morbum
trix mani- Gallicum communicare potest, sed id raro solet contingere.

Diuersimo- Dormiens cum infecto, à quo emanauerit sudor si talis humor
de contrabi exustus fuerit cum calore, ita ut in carnibus imbibatur luem con-
tur morbus trahere potest, per poculum, per vestimenta ; per simplex oscu-
Gal. lum annis illis prioribus quo magis fœviebat, contrahi voluerūt, quæ omnia in genere impuri contactus existunt.

Modus frequentior quo solet communicari est, cum madore naturalia membra destinata generationi sparguntur, ibi primò suam detegit fœnitiam, cariem, pustulas, vlcusculaque alia principio leuia, mox praua, & contumacia producit, barbae & capillorum defluuium consequitur, quandoque vapor per venam cauam, & maiorem arteriam introrepens (ramis enim aortæ spiritum deferens cum ramo seminali coniungitur, & vnitum vas constituant) ebullitionem in sanguine, & spiritibus efficit, ex qua bubes in inguinibus emergunt, ac plerunque cum febre aggrediuntur.

In multis priscis temporibus cum grassari incepisset, iamque malum ad iecur, & ad ventriculum pernenisset, leuis quidam alui fluoraboriri solebat, & ex infecto iecinore, cœterarum d'inde venarum propagines, & sanguis inficiebatur, qui ad artus, muscu-
los,

Ios, cutim, caput, pectus, ventriculum, & ad reliquas corporis partes delatus, atque disseminatus, sui beneficij signa prodebat, incipiebantque (velut nunc temporis eodem modo incipiunt) efflore scere, modo liuidæ, modo rubeæ maculæ: ideo dixi in diffinitione maculis; erumpunt pustulæ crustosaqne vlcera, herpetes, in multis vlcera caua, & cum malignitate.

Et quia Gallicus Morbus cuiuscunque complexionis corpora indifferenter aggreditur, sine calida, siue frigida, siue humida, siue sicca, & pro complexionum varietate, & elementorum, varia quo que emergunt symptomata, ideo ijs qui temperamenti sunt biliosi, vlcera phagedenica, & exedentia, melancholicis cancerosa, pituitosis leuiora, sed sordidiora, sanguineis crebriora, & numerosiora, carbunculi effigiem referentia, oriuntur, & plerunque huiusmodi vlcera hoc peculiare habent, ut labra tumida, dura, saepe *VLcera pessima qualitatis.* callaos, atque inuersa præferant, & aliquando sunt tantæ mali tias. *Morbus Gal. pessimus.*

Porro cum iecur, & ventriculus labem contraxerint, virtutem digestricem, & sanguificatricem vitiatam esse necesse est, cum caput hac labe laborat, multa necessario excrementa oriuntur etrogenæ presertim in capite pituitoso, cum caput multam pituitam quasi cucurbita trahat, ac quasi pituitæ soboles existat.

Hæc pituitosa excrementa siue sola, siue alijs mixta excrementis si intra caput retineantur acerbissimum producunt dolorem, si ad oculos visus laesionem, & hebetudinem, si ad aures eoruendem dolorem, & surditatem, si ad gulam deglutiendi difficultatem, & quandoque suffocationem, si extra carnem resudet, vel subter cutim spargantur, & per artus disseminentur, articulorumque do-lores generant, & cruciatus intolerabiles faciat, diuturnas inquietudines, saepe tubercula, tumoresque scirrōs, quæ omnia magis in nocte inualescunt ob dominium frigiditatis, & humiditatis, nox enim fluxionum maxime frigidarum mater est, quæ mouendo, influendo, & augendo humiditatum grumos dilaniat, atque diuelliit, continuumque dissoluit, tormenta, & cruciatus ferè in credibiles producit.

Hæc materia pituitosa saepe sub ossium membranis colligitur eas attollit, distenditque, & non solum corpulentia & magnitudine dō-

Caput pituita attrahit.

Pituitæ effusus vary.

ne dolorem excitat distendendo, sed acrimonia venefica acri, erodenteque, s^æpe erodendo, & vellicando dolores ingentes parere solet, ac eadem arimonia per tenues poros, quasi tubos in centro ossium permeat, ac se diffundendo illos in tumorem deducit, que tandem vt dixi, carie consumuntur, & ideo has reliquas differentias in diffinitione posui nempe cruciatibus, doloribus, tuberculisque sese prodens.

Addidi vltimò per solum concubitum, aliumue impurum contactum tonrhai, eo quod licet nonnulli fuerint qui arbitrati sint per vestes, & pocula, aliaque mediatorum genera contrhai possunt, tamen hoc raro contingit, quia reuera hoc morbi genus ut plurimus per concubitum, aut aliud foedum contactum contrahitur, sit igitur tota morbi Gallici diffinitio haec.

Morbus Gal se, & maxime contra-bitur. Morbum Gallicum esse morbum occultum, totius substantiae formae mixtionis vitiatæ, contagiosum, maculis ulceribus, tuberculis, doloribusque sese manifestantem, qui per concubitum, aut propria dif, aliud foedum contractum contrahitur.

finitio Mor

bi Gal. *Gradus accidentis Morbi Gallicis distinctio, & signa quibus cognoscitur, & prognosticatur. Cap. V II I.*

Quatuor gradus morbi Gal. **A**d quartum propositi cardinem accedamus, in quo de gradibus luis venereæ, ac de eis signis à symptomatibus de cumpiti agere determinauimus. Morbus iste reuera (medicè loquendo) plures latitudines habet, licet unius morbi una sit species, ac forma; lucidioris doctrinæ gratia in quatuor diuidio gradus.

Prior est quando unus, vel duo carioli apparent, quidamue malignus vapor, ad pilorum radices fertur, & solum capillorum profluuum parit absque alio manifesto corporis detimento, oritur autem in morbo Gallico infectis capillorum defluuum, quia humor acri extra cutim liberè non euadit, sed intus circa pilorum radicem detinetur, & sub putredine, veneficio, & acrimonia, suoque habitu prauo non solum pilorum pabulum non euadit, sed eorundem radicem corrumpit, & erodit.

Secundus gradus morbi Gallici. Secundus gradus est quando apparet præter cariolas, & capillorum defluuum rubentes maculæ in corporæ, & præfertim in capite, vlcusculaque, & inuoluntaria semenis corrupti effusio gonorrhœa vocata, bubonesque tandem in inguinibus erumpunt, hoc unum notabilissimum, memoriaque mandandum non præteribo, hanc illationem non vblere, bubones apparent, in inguinibus,

nibus, ergo est morbo Gallico confeatus, quia bubo antiquissima est inguinū inflāatio, & æternitati naturæ coeua, & prius q̄ ad nos morbus Gallicus perueniret, bubones veluti cœterarum inflammationes partium vagabantur, nil enim aliud est bubo, quād partium inflamatio glandulosarum inguinis præsertum, quæ ad suppurationem p̄ruenire solet, & de ea meminerunt. Gal. & Hipp. qui nunquam morbum Gallicum cognouerunt, licet vniuersali quadam delineatione conceperint, quod bubones ante morbi Gallici aduentum exstiterint, præterquam quod mille in locis percipitur, dicitur quoque ab Hipp. in suo de glandulis libello, & hæc sunt illius distincta verba formalia.

Sed & in inguinibus glandula à partibus supra sitis humiditatē trhaet, sed vt multitudo eius occupauerit, inguina intumescent, & suppurantur, & inflammantur similiter vt alæ ad colum.

Tertius gradus est, quando non solum prædicta omnia, vel *Tertius gradus morbi Gal.* maior pars simul adfuerit, sed vlcera quoque maligna, contumacia, virulenta, cauæ & fōrdidissima euaserint, quo tempore teneriores partes incipit depopulari, nares scilicet, fauces, dētes, ginguas, obscenæs partes.

Hæc contingunt, quia iam ferè tota sanguinis massa est defēdata, & iam vniuersus fere sanguis est inquinatus, malignitate morbi Gallici insigni, & hic verus est habituatus Gallicus morbus.

Quartus, & vltimus sed perniciosissimus existit, cum enim iam dicta omnia apparuerint, sed præter dicta, partes seminariae, & solidiores fuerint infectæ, membranæ venæ, arteriæ, & quidquid in illis continetur, nervi, ligamenta, cordæ, iecinoris substantia, pulmonis, cordis, cerebri, ossa denique consumpta fuerint. *Quartus gradus perniciosissimus est.*

Hi miserrimi tot, ac tantis prauis humoribus scatent, vt dilacerari, ac dilaniari sentiant infelicia membra implacabilibus cruciatibus, ac marcore continuo consumpti, tabidi tandem corrupti marcedine coguntur mori.

Inter alios quendam bannitum iuuensem inuisisse memini, domini patris sui timore iusticiæ latitantem, cui tota pars cranei frontis erat marcida, dumque chirurgus me imperante illam ossis iuuene. *Exemplum de quodam partum eleuaret specillo, totam à carie mollem inuenit, totumque cerebrum sub osse refertum ascaridibus, qui postridie interiit.*

Signa igitur cognoscendi illos qui morbo Gallico sunt infecti, non solum à medicis pro eius curatione, sed ab unoquoque mulieribus familiariter abutente sunt cognoscenda, vt à tam infenso, & perniciose morbo, qui mortales miseris reddit, corpora inquinat, ac saepe honorem, vitam, animamque infelicitate tandem cogit amittere possimus euadere.

Signa manifesta morbi Gallici. Hæc signa gradum, & magnitudinem sequuntur symptomatum, & quanto maiora, & saeuiora existunt symptomata, tanto clarius dignoscitur morbus, si ergo Gonorrhœa apparuerit, pilorum defluvium absque magno procedente morbo, inaculæ modò liuidæ, modò rubeæ, quæ lentiginis effigiem præferunt per corpus eflorescant, hoc vnum est signum contractæ luis venerea.

Magis coniectura augeretur, si carioli, & bubones emen-ferint.

Tertium signum validissimum est cum crustæ pustulosæ circa frontem, caput, & tempora eflorescent, quæ & naribus, auribus, ano, reliquaque teneriorib. corporis partibus rotundo quodam scheme communicentur.

Hæc in sumitate cutis incipiunt veluti eflorescentiae quædam, mox sua exedentia, & humoris acrimonia profundantur, & excauantur, malignaque vlcera euadunt.

Vnum aut duo signa non sufficiunt. Verum enī muero illud de his signis sciendum est, quod vnum aut duo ex signis communioribus ad significandam luem Gallicam esse contractum haud sunt efficacia, sed cum alijs signis sunt coniungenda, quia profluuum capillorum ex se non est potis ad indicandum, cum capilli in pluribus morbis diuturnis decidere soleant, cum alijs itaque signis habet vim copulatam demonstrandi luem adefesse.

Similiter bubones per se non concludunt necessario luem ad effe Gallicam; nisi alia apparuerint signa: distinguuntur symptomata Gallica ab illis non Gallicis, quia Gallica refractaria sunt, eunt, & redeunt, doloresque artuum intra medietatem potius ossium sentiuntur quam in articulis.

Similiter, & tophi, articulorum enim dolor, ab his distinguitur, quia dolor in ipsis articulis sentitur, in Gallico autem morbo in spacio medio ossium.

Quartus signorum gradus est adeò patens, & adeò cognoscibilis, vt vtinam non effet ita: nam ipsi miseris ægrotantes velint, nolint, magnis cruciatibus, & clamoribus morbum confitentur,

tentur, doloribus nanque acutissimis, & ingentissimis capitis, dentium, aurium, artuum, aliarumque partium ob tuberos, ob tumores, inter cutim, & inter ossea, & periossea dilaniantes vexantur, & mori frequenter exoptent.

His igitur ita dispositis, & declarantis, clarum est quæ sit morbi Gallici diffinitio in qua causa omnibus patet, subiectum siue, causa materialis partes similares, formalis qualitas occulta benefica efficiens contagium finalis humanæ naturæ destructio.

Morbi Gallici præseruatio, & quomodo absque ligno guaiaco non curatur, licet diuersimodè mederi posse.

(cap. IX.

REmanet quintus, & ultimus propositi cardinis, hic duo continent capita præcipua & vniuersalissima Medicinæ, præseruationem scilicet, quæ sicuti Medicis ad docendum, sic ijs qui libenter scortantur, est maximè necessaria, vt seipso ab hac immundicie tutos reddere valeant, & curationem inter remedia tutissima præseruationis, nullum cautius reperitur quam castè vivere, à fôrtis, mulieribusque impudicis cauere, illiciti enim concubitus, & in honesti salgamarij sunt similis confectionis, & dicit Job cap. 3.

Luxuria est ignis usque ad consumptionem deuorans, & Medici qui sunt probi, & diuino spiritu ducti solent enunciare, non sine naturali ratione diuersas ægritudines à diuersis peccatis originem trahere.

Sic febris quotidiana, & podagra à pigritia, tertiana ab iracundia, & superbia, lepra à luxuria, & sic alia ab alijs tanquam à suis causis emanant, sed forsitan quia plerique sunt nequeentes, vel ut rectius loquar ab usu veneris abstinere, cupiunt scire quomodo ab hac infectione se se Valeant præseruare, illud primo scire debent, totum contagium ex humore, vel quodam vapore contrahi, igitur ad seipso tuendos oportet scire remedia, quæ & vaporis, & humoris malignitatem obtundunt.

Ablutio itaque facta ex aqua salsa calida, vel aqua in qua ebullierint rosæ, camomelum, similax aspera, salsa, vel eorum, aliquid quæ exsiccandi vim habent insignem utilissima traditur, nullum præstantius est remedium quam aqua salsa in qua decoctum fuerit lignum guaiacum, nam præterquam quod est valde

Præseru-
tio à morbo
Gal.

Job. cap. 3.
Luxurie
maximum
damnum.

Eegritudi-
nes varia à
varijs pec-
catis oriun-
tur.

Tuitio mor-
bi Gallici.

I 2 humidita-

humiditatum exsiccatiua , & vaporum , vis quoque anthidota ex. tinguendi malignitatem si qua in pene imbibita fuerit ineſt .

Item aqua aluminis rupei tutissima est , & proprium lotium , solent quoque quædam linteamina præparari cum alumine pre- cipitata , & alijs quibusdam exſiccantibus , quæ quidem præ- rogatiua tuendi à luis contagione habere videntur .

Nonnulli eleſtuarium conficiunt , de quo ſumentes (dicunt hi) ſcortatores immunes à periculo morbum Gallicum conthraendi eſſe .

Hæc ſunt & plura alia inuenta , quæ contagioni huius morbi obſtare poſſe traduntur , quorum diſtinctum confectionis modum in medium non afferro , ne forſitan illi qui timore conficiendi ſe hoc contagio caſtè degere vitam statuerunt , hæc à me ſecreta edocti in ſcopulos luxuriæ erumpant , quapropter præſeruatione relictā quæ verè in caſtitate debet confiſtere ad curationem ac- cedo .

*Varia curatio morbi Gallici , ſed nullum tutius remedium
eſt ligno guaiaco . Cap. X.*

CVratio variè varijs temporibus habita fuit , ſed quia mei non eſt propositi diſtinctè remedia deſcribendi , quæ ab alijs , & facta ſunt , & fiunt resolute procedendo , ſum illius ſententię cum viris in arte medica celeberrimis , & potiſſimum meis amantiffi- mis præceptoribus , inter quos eſt excellentiſs. ac Perilluſtriſſ. & doctiſſimus Hieronymus Mercurialis , qui poſt Deum Opt. Max. nullum aliud verum , ac tutius remedium ligno guaiaco reperi- ri poſſe dicebat .

Scio plerosque vti decocto ſalſæ , cinnæ , alios ſappaſras , nonnul- los decocto ſimilacis aſperæ , non me latet modus conficiendi dia-

Inunctio bolicam illam inunctionē ex hydrargyro igne deſtructo in lib. 2.
Morbi Gal.

Axungæ porcinae mundæ lib. 1.

Hydrargyri	vnc. 3.
------------	---------

Ceruſſæ	vnc. 2.
---------	---------

Olibani	vnc. 1.
---------	---------

coactis omnibus in mortario plumbeo .

Neque ignoro aliam ex argento viuo , & ſublimate pefſimam confectionem , nec me præterit modus conficiendi abho- minabi-

minabilia illa mortifera suffumigia , alterum quod fit ex cinnabaris .

vnc. 5.
dram. 2.

Alterum ex cinnabaris .

Olibani
vnc. 2.

olibani
mirrhæ
belzoui } ana. dram. 4.

Gallæ muscatæ .

dram. 1.5.

Theriacæ .

vnc. 5.

Aquaæ melissæ q. 5. fiant trocisci .

Scio descriptionem , & modum vtendi vnguento illo magistrali sparadrapo vocato , ad Gallicam luem , brachijs , & cruribus per decem dies apposito .

Curationes
diuersæ mor
bi Gallici.

Vidi descreptionem Hetecheri , linimentique magistralis ad luem Gallicam ; scio plerosque temerariè in tota morbi curatione solis catapotijs ex præcipitato vti , apud me descriptionem habeo , & modum electuario conciliatoris vtendi .

Scio quoque Mattheolum quædam sua serapia , ad luem Gallicam absque ligno guaiaco confecisse , necnon serapium , siue apozima illud confectum in libello suo de morbo Gallico , in quo 46. simplicia ingrediuntur , nec latet modus aquam philosophicam ad hunc morbum conficiendi , sed quia iam experientia docuit , & ipsa comprobat ratio hæc prædicta , absolutam curationem nequaquam perficere vt cinna , falsa , fassafras , similax aspera (licet fortassis ad discutiendos tophos , & aliqua symptomata debellanda efficaciam habeant singularem) & detrimentum afferre maximum , vt linimenta ex hydrargyro , suffumigia , itaque totam specie sanitatis in ligni sancti decocto optimè preparato positam esse decerno .

Non nego quidem falsæ , ac nonnullorum aliorum medicamentorum decoctum ad tollenda symptomata plurimum valere , cum vi pituitos humores calefaciendi , humiditates , & vlebra exsiccandi , dissipandi , & tubera resoluendi , humores concretos colliquandi , & illos per vrinam , & sudores ducendi , sed quia tota vis in his non consistit , totaque luis Gallicæ forma cum hæc sequantur qualitates magnificas , ideo ad illud secretioris virtutis remedium est deueniendum , quod sua forma occulta anthidotata tangat , & interficiat vim illam inimicam malignam abscoditam .

Dixi experientia docuisse lignum sanctum anthidotum vim habere ad morbum Gallicum , quia plerique ex antiquis , ac etiam

etiam recentibus, easdem qualitates videntes calefaciendi, exsiccandi, abstergendi, colliquandi, resoluendi, prouocandi vris-
Nullum praestans nam, & sudorem in ligno esse iunipero, quercu, hebeno,
remedium & multis alijs, tentaruntque per horum decoctum luem Galli-
ligno san- cam sanare, sed suo frustrati opere tandem ad lignum sanctum,
cto. tanquam ad sacram anchoram configuerunt, à quo pristinam ade-
 ptus sunt sanitatem.

Ratio quia *lignū guaiacum* Ratio autem quod alia medicamenta praedicta à ligno guaiaco proba non sint; est, quia morbi a tota substantia non curantur me-
cum est pro dicamentis qualitatibus manifestis praedictis; sed suo vero contra-
būm medic. rio, & quae tota substantia medicamento obsunt, tota quoque sub-
 stantia agente curare oportet.

Tale autem, aut est lignum guaiacum, aut non est invenitum ad-
 huc, non est dicendum non esse inuentum remedium, cum tot
 morbo Gallico infecti adamassim curati fuerint, curandi autem
 sunt remedio à tota substantia, dictum fuit contra morbum Galli-
 cum valere praeterquam lignum guaiacum, ergo ipsum solum ad
 curandos infectos à morbo Gallico valet.

Igitur ligni sancti laudes canentes omnes lue Gallica infecti
 prius optimè purgati porportionatis medicamentis complexio-
 ni, & peccantibus humoribus, & venæ sectione si opus erit ad qua-
 draginta dierum dietam, plus, minusve ligni guaiaci benè prepa-
 rati cum correctiis, & vehiculis suis accommodatis, quasi ad pro-
 baticam piscinam ducendi sunt.






TRACTATVS

TERTIVS.

DE FEBRE PESTILENCIALI,

ET DE PESTE. Cap. I.



ORRIBILIS, & perniciossima est morbi species quæ pestilens febris appellatur, de qua sermonem habiturus, *Ordo præcedendi.* scrutabor prius quid sit, Secundò, quomodo generetur, Tertiò signa quibus cognoscitur, Quartò & ultimò curandi, & præseruandi modum in medium afferam.

De elementis, quomodo aer pestilētiam inducat, & quid sit febris pestilentialis, & Pestis. Cap. II.

Q Voad primum sciendum est, quatuor elementa alterationes varias, & transmutationes pati solere, non solum propter diuersarum materierum, vaporum, & exhalationum admixtionem, sed etiam secundum eorum substantiam, putredinem, & corruptionem, res in confessum venit multorum fuisse sententiam elementa in propria puritate corruptionem non admittere, quæ tamen valde probabilis non est.

Si

Si enim elementa secundum sui naturam corruptionem non
Elementa in paterentur, impossibile esset ut simul admiserentur, mixtae
sua puritate in hoc vniuerso continuò generarentur, quia generationis funda-
corrupi non mentum vnius est principium corruptionis alterius, corruptio
possunt. autem, & generatio sunt transmutationes totius substantiae, ergo
secundo substantiam transmutantur, vt autem est impossibile to-
tum simul secundum eius substantiam corrumpi posse, ita secun-
dum partem varias putredines, & corruptiones sustinere necesse
est.

*Ignis et ter-
ratard cor-
rumpuntur.* Inter cetera elementa duo sunt, ignis scilicet, & terra quae li-
cet tarde corrumpantur ob frigidì resistentiam, & siccì, quae qua-
litates putredini sunt inimicæ, nihilominus & ipsa tandem vtran
que corruptionem patiuntur: Eam scilicet quæ fit per extraneæ
materiæ mixtionem, & eam quæ per essentiam.

*Aqua, &
aer facili-
me corrump-
puntur.* Duo reliqua sunt elementa hæc, sūt aqua, & aer, quæ ob calidi-
tatem, & humiditatem magis putredini, & corruptioni sunt obno-
xia, putrefactio autem non possunt elementa secundum partem, &
secundum substantiam, dum in sua puritate existunt, nisi quod ac-
cidit illis sit agens potentissimum, è contrario autem facilimè pu-
trescit aqua, & aer per admiscibiliā, siue sint magis vapores putri-
di, siue aliæ exhalationes, aut materiæ putredini dispositæ.

*Aer à ven-
tis fetidis
corrūpitur.* Et quamvis vt de aere loquar qui ad nostrum institutum perti-
net; varia sint quæ illum alterare possunt, attamen venti fætidī à
stagnis orientes, & paludibus, vel a locis vbi multitudo cadaverū
insepulorum, ob prælia extiterint vera causa esse possunt, vt aer
corruptionem consequatur, quandoque etiam ex visceribus ter-
ræ hiantibus exhalationes putredinosæ ascendunt, quæ non solum
aerem, sed quandoque aquam corrumpunt, hæc ingens aeris putre-
do eò sæpe peruenit, vt pestilentiam, tum regionibus vniuersalem
tum Prouincij peculiarem induxit, & sæpè febres illis accidūt,
de quibus præsens sermo est institutus.

*Diffinitio fe-
bris pestile-
tialis.* Febris ergo pestilens est caliditas præter naturam, & vehemens
inflammatio quæ quidem exterius quieta, & mitis sepe ostendit,
interius tamen valde ignea est, & conturbans, vt plurimum inter-
ficiens ægrotantes.

*Febris pesti-
lēcialis, quo-
modo fiat.* Hæc febris fit ex aere inspirato qui quasi fumus ad cor cum de-
bili caliditate fertur, vitalē spiritum inficit, & corruptit, ex quo
naturalis calor incipit mori, & humiditas nutriendis cor ipsum cor-
rumpit, quæ spirituum, & humiditatum corruptio cum calore,
extraneo efficit pestilentem febrem, & illa corpora naturam di-
sposi-

spositam ad facilem putredinem habentia citius corripiuntur, & interficiuntur.

Aetio enim, & passio in agente bene disposito facile contingit, ea autem corpora ad putredinem sunt disposita, quae prauis succus sunt plena, quae cachexia appellatur, quae vero sunt pura difficiilius ab hoc morbo aggrediuntur, amplius debilia corpora, & quae nem est di-
coitum saepe numero exercent corpora quae humida, & porosa, & sposita.
quae utuntur balneis, sunt facilis dispositionis ad pestilentiam patiendam;

*Indicium pestis secundum Astrologos, variaque signa demon-
strantur. Cap. III.*

Astrologi nanque sicuti fere omnium aliarum aegritudinum causam ad astrorum aspectum referunt, ita arbitrantur planetarum, seu cometarum colorem nigrum, vel fuscum pestem portendere: praeterea tertiam Saturni coniunctionem, & Iouis in signis arietis, & coniunctionem Saturni, & Martis Sole existente, aut Luna in eisdem signis, libra scilicet, & Aquario, quandoque scorpone indicium esse aut vicinæ, aut presentis pestilentiae.

Naturales philosophi qui omnia ex putredinis fomite decerpunt inter pestilentiae signa, ponunt hæc sequentia.

Si panis expositus aeri vñica nocte marcescat, si caro vnicorū computrescat, pecudes moriantur, & fues scabies multæ appareat, hyeme turbatus aer fere semper sit, puluerulentus nebulofus, & gtauis; æstate vero nebulæ similiter graues, attamen raro pluit, in die calor aeris excedens, in nocte validus frigus.

*Signa pesti-
lentiam se-
cundū philo-
sophos.*

*Signa mul-
tæ pestilen-
tiæ.*

Videntur homines absque causa ab ambientem aerem calidum, & crassum inspiratum suffocari, somnum difficulter capiunt, & sentiunt lassitudinem, oculorum inflammationes multæ, affectiones melancholæ apparent, plurimi fiunt abortus, & maior pars parientium, & abortientium intereunt, si fœtus sint magni, multæ febres vagantur continuæ, pueruli multi pereunt.

Plurimæ aues moriuntur, plurimæ item illarum avium à regione pestilente fugiunt, similiter mures, magna antecedit ranarum multitudo, limaciarum, herucarum, serpentum, & aliorum reptilium, & multitudo locustarum, quæ dum viuunt penuriam regionibus fruges absumente pariunt, dum autem moriuntur aëre pestilentiam inducunt.

*Alia signa
ris pestilentiam inducunt.*

Metheorologi inter pestilentiae signa vel presentis, vel immi-

K nentis

nentis ignes apparētes ponunt in autumno, flamas faces, & pu-
uerulentas nebulae ante Solem, & Lunam & maiora sidera : apa-
rente cane, hyadibus, & orponis cingulo cum prædictis aeris im-
pressionibus per plures dies arguere creduntur pestilentem sta-
tum.

In aere profundi specus absque nebulis cernuntur homines sce-
lestiores, & tristiores sunt super regiones vbi minatur pestilentia,
timor vagatur, nouæ superstitiones oriuntur, monstruosi partus,
& fœdi contingunt, occisiones magnæ, inundationes, terremotus,
ventorum exhalationes veneficæ, aquarum inundationes.

Sepulchra antiqua aperta, pluviæ multæ quib. magnus succedit
estus, penuria magna, cui succedit abundantia magna, hominum
multitudo, qui improbi sint, plurimi infantes, & præsertim puel-
le nascuntur, & uno partu casus admirabiles sentiuntur, voces,
strepitus, insomnia & alia terribilia signa, in insomnijs quidam au-
*Signa terri-
bilia pestis.* diunt quasi currus ante domum eueri, ceu magna moles caderet
nonnullis funera, & aliæ quamplurime res melancholice in imagi-
natione apparent.

Hæc sunt signa futuræ, vel imminentis pestis, signa vero quæ in-
dicant aliquem actu peste affectum esse hæc sunt;

*Signa pestis
contraictæ.* Adest caliditas interius conturbans, & inflammatio magna, ex-
terius autem mitis ac benigna, anhelitus magnus, & respiratio, si-
tis adest vehemens, & linguae siccitas, quandoque nausea, & appe-
titus amissio, dolor oris vetriculi, magnitudo splenis, angustia ve-
hemens, & inquietudo, interdum quoque sicca tussis adest, vitalis
virtus statim cadit, & sape sincopis succedit, & alienatio mentis,
& tensiones hypocondriorum surgunt, vigilant, corpus molle, &
tepidum est, & quandoque succedit bothor subabita..... & inter-
dum facile appetit, & facilè occultatur, oris vlcera quæ aptæ di-
cuntur apparent, & alia vlcera.

Pulsus ut plurimum frequens, & paruuus est in nocte fit vehe-
mēs, quandoque tumidi euadunt mortales, ac si essent hydropeci,
colicas ventris fluxiones patiuntur, egestio leuis, fœda est non na-
turalis, quandoque nigra, & melancholica, ut plurimum spuina-
sa, fætida, & frigida; Vrina aquosa, biliosa, & quandoque melan-
cholica apparet, vomitus biliosi, & interdum melancholici, si su-
dant sudor fætidus est, & hæc sunt accidentia, quibus febris pesti-
lens misera mortalium corpora aggreditur, illa ad sincopim, ex-
tremorum frigiditatem, ad let hargum, quandoque ad spasim, &
alias convulsiones pessimas deducens.

Hæc

Hæc sunt signa quæ vt plurimum communiter pestilentes febres comitantur, ex ijs tamen febribus nonnullæ adeò pessimæ, & proditrices inueniuntur, in quibus nec æger multum calorem sensit, nec medicus alterationem vllam effatu dignam in pulsu, vel vrina comprehendit, & tamen velocissimè interficiunt, & medicos hæfitantes relinquunt, horum anhelitus si foetent omnes emoriuntur, putredo nanque in corde est iam confirmata.

Non seruant tamen eundem modum dum moriuntur, sed nō nulli cum tussi, plerique cum modici sanguinis sputo, alij cum sternutamento, alij cum corporis dolore, alij cum abscessibus, vel alui fluxu, vel vermbus, cordis palpitatione, insania, milleq; alijs modis, quidam fame conficiuntur, quidam siti, alij sudoribus, pleriq; fine vlo signo vt diximus, & absque manifesta causa viribus coincidentibus moriuntur.

Tres scopi perpendendi in peste & quomodo ex tribus medicinæ fontibus sint obtinendi. Cap. IIII.

SCOPi occurrentes in peste illi sunt tres vniuersales qui etiam in alijs febribus habentur, primus est vt putredo arceatur, secundus vt causa putredinis auferatur, tertius vero, vt vires vitales, quæ sanitatis opifices sunt conseruentur. Et quia putredo hæc, est quoddam venenum quod excellentem, & intensum corruptionis obtinet gradum, in hoc obtinendo scopo, duo ante oculos habenda sunt, alterum vt putredini in quantum venenatæ ea adhibeamus medicamenta, quæ à tota substantia seu proprietate virtutem venenosæ putredini obſistendi habent, alterum vt qualitatibus manifestis, caliditas, & humiditas extranea refrigeretur, & exſicetur.

In auferenda verò causa putredinis duo quoque scopi occurſunt, alter ambientis nos aeris pestilentis, alter autem obſtrutiones auferendi, quæ efficiunt, & faciunt putredinem, quos scopos difficile est obtinere, immo periculum est ne ipsi Medicidum sanitatem alijs acquirere tentant, eadem contagione, & pefſima labo de repente, & iopinanter emoriantur, tanta est enim vis, & agendi velocitas, vt ſepè ob attractum aerem putredo sit cordi communicata, antequam cauere poſſint.

Spes euadendi ea vera est quæ in prouerbio fertur, vt cito regio nem illam relinquant in longinas, & ſaluberrimas fugiendo, tardè reuertantur, vt certi eſſe poſſint omnes reliquias pœnitutis

*Relinquenda est regio
pestilens.*

extinctas esse; quoad prædictos scopos pertinet, & pro ut inge-
nium humanum Medicorum potest efficere (scèpè nanque ira-
Dei, & vindicta numinis è cœlo hæc mala in mortales iaculan-
tur ob scelera hominum vagantia, quibus humana remedia vana,
& irrita esse solent) illos consequi quandoque posse sperandum
est, desumptis materijs ex chirurgia, pharmacia, & dieta.

*Tres Medi-
cine fontes.*

*An vena
secta cōmu-
nicet in pe-
ste.*

*Quando san-
guis non est
mitten.*

*Quando san-
guis est mit-
tendus.*

*Cucurbitu-
lis vtēdum
est.*

Ex chirurgia magnum sese affert nobis quæsitus: Vtrum ve-
na secta communicat in febre pestilenti, & peste, arduum sanè &
per difficile, quod solo iudicio exactissimo ducerni, & deliberari
posset. Nonnulli sunt qui indiscriminatim, & promiscuè in
omnibus pestilentibus febribus præceptum reliquerunt in princi-
pio sanguinem esse mittendum per venam sectam si vires
consentiant, quod dogma sicuti non semper est verum, ita ma-
ximum in se periculum continet, scimus enim in febribus pestilen-
tibus derepente vires vno etiam die collabi, & febres verè pesti-
lentes à principio virtutem vitalem subito prosternere, quod si cū
hac vicina virium prostratione adhibetur venæ sectio, quæ tan-
dem virtutem vitalem debilitat, quis non videt perniciem, quam
Medicus sua mala arte molitur?

Gal. mitti sanguinem prohibebat usque ad animi, deliquium
in illis febribus, in quib. iam magna contracta erat putredo, quia
arbitrabatur impossibile esse hæc duo posse simul consistere, in-
gentem scilicet putredinem, & virium robur, cum autem in pe-
stilentि febre ingens cordis putredo, spiritus & humores obsideat,
quis non necessario videt aut adesse virium defitum iam in actu,
aut saltem propè futuram earundem virium collabentiam? qua-
propter tutius esse arbitror in pestilentibus febribus à principio
ita cognitis abstinere à venæ sectione, quod si in initio adhuc ma-
nifesta signa pestilentiae febris ad arcendam futuram magnam pu-
tredinem, & sauitiam futuram febris pestilentis non apparent,
sanguis per venam sectam mittendus est in ea quantitate quæ suf-
ficiens videatur esse pro magnitudine morbi, & virium toleran-
tia, quæ coniecturis, & tactu pulsus a perito Medico est metienda.

Tutius igitur erit cucurbitulis vti scarificatis statim ac cogni-
tum fuerit, verè febrem pestilentem in esse, & non solum cum
papulæ in cute apparuerint, sed etiam papulis non apparentibus,
quia natura facilius, & tutius onus suum per cutim inanitam de-
ponet, si venæ cutaneæ fuerint euacuatæ, natura enim in his
morbis per cutim ebullientem, sanguinem quandoque putridum
exustosque humores effundit.

Quod

Quod si venæ vacuæ fuerint redditæ, ne detur vacuum facultate sua attractrice, naturaque aliarum venarum internarum impellente, sanguinem ab internis partibus ad venas cutaneas attrahet, ex quo nobiliores partes euentationem, & subleuamen sensim recipiunt sine virium offensia, hæc cucurbitularum applicatio, semel, bis, teruæ vsu venire potest pro humorum abundantia redundantium ferente virtute.

Et sicut ingentem utilitatem ex harum vsu ægrotantes pestilenti febre correptos percipient, si etiam virtus non valde constet, ita perniciosissimum esse reor inconsiderate febre pestilenti iam cognita, actu existente pestilenti, sanguinem per venam seftam mittere, si enim aliquod remedium in medicina est, quod rectæ administrationis indigeat, & virium roboris, est sanguinis missio per venam seftam, & vbiunque præsentes vires vel futuræ sunt debiles, nihil deterius esse potest quam venam secare, sicuti ex altera parte, nullum præstantius remedium potest inueniri, & nihil salubrius in quoconque magno morbo, & præsertim in omnibus putridis febribus, & præcipue à principio continentibus, si vires consentiant, quam eiusdem venæ apertio cum prauos omnes humores æqualiter euacuet, ac ansam naturæ præbeat reliquos concoquendi, & euincendi, à quibus tanquam, à sarcina premitur.

Quicunque verò in febribus putridis sanguinis missionem, aut ignorantia, aut occasione fugata per venam non euacuauerunt, existentibus viribus validis, tres partes sciant curationis amisisse, nam nec calorem febrilem euentant nec causam putredinis tollunt, nec genus venosum, cor & consequenter totum corpus refrigerant, cum viribus sine coniuncta reliqua coindicantia, & præsertim ante oculos habeatur naturæ motus, ut si sit criticus per sanguinis missionem non distrahat, si vero vires dent industias, ac febris adhuc pestilens non existat, sed sit fuitura, & sequa aliqua, vel plurima symptomata minetur, vario modo, ac varijs partibus pro motu sanguinis, sanguis educi poterit. Quæ curandi ratio tota consistit in iudicio, & discretione periiti Medici.

Sanguis p
venam se
ftam nō est
mittendus.

Longa disputatio de vsu vessicantium perniciose, ac multæ eorum opiniones erroneæ rei ciuntur. Cap. V.

PLurimi Medicorum, nonnullorum non ignobilium, qui Medicinam Venetijs exercent confugere solent ad pastas vessicantes, eas varijs corporis partibus applicando, à partibus corporis affectis nobilioribus extrahendi, & reuellendi gratia, & dum vlcera excitarunt humiditatem illam exeuntem appellant humores venenosos febrem pestilentem facientes, aut malignam.

Qui vessicantium usus, cum non solum saluberrimus non sit, sed perniciosus à me, & à multis Italiæ primatibus Medicis fuerit iudicatus, & rationibus efficacissimis, & irrefragabilibus confutatus, & hæc vessicantia, seu vexantia ita abhorruerunt, vt non solum ipsis nunquam fuerint usi, sed profiteantur ex his perniciem ægrotantibus contingere, eo quod & naturam à coctione distrahant, futuros motus quos forsitan natura moliretur impediane dolore suo bis in die miseros ægrotos extorqueant, acerbissime que dilanient à chirurgis medelam sperantes, dum ab illis tractantur, & virtutem prosternant, vigilias inducant, calore aduentre intemperiem febrilem augent.

Mitto vlcera quæ quandoque siue ob cachexiam, siue ob malam curandi rationem sæpè imedicabilia, & pessima euadant.

Lib. I. Phisicorum.

Arist. dum principia scientiæ naturalis fundare, & stabilire voluit, aliorum falsas opiniones ostendit, ac refellit, & inter alias rationes quas attulit ad demonstrandam falsitatem opinionum, & scientiæ erroneæ ab alijs traditæ fuit hæc, quod idem Philosophi de eadem re diuersas, contrarias sententias habebant,

Principia scientiæ cōtraria, falsam eā ostē-dunt. ita vt cum videmus unius scientiæ esse varia, & contraria inter se principia, & sectatores earum inter se de eadem re diuersimode sentire, credendum est, aut illius professores inscipientes esse, vel scientiam esse falsam, cum scientiarum fundamenta sint æternæ, & illius dogmata semper vera, vnoque & eodem modo semper se habentia.

Cum autem horum multitudo artem vessicariam profitemur, inter se ita diuersa, ita contraria in horum usu, & non reperiuntur duo de idoneo tempore dicta vessicantia applicandi conuenientes, proculdubio suspicandum est hanc artem nouam esse falsam, aut medium saltem partem qui inter se decertant, ac vel

litant.

litant esse in errore constitutam, eo quod nonnulli affirmant pri- *Varia op-*
mis statim diebus in morbi principio apponenda esse, & non so-
nones erro-
rum in vniuersali morbo, sed etiam quacunque temporis parte in nee de vesse
morbo, & accessione nullum seruant ordinem in illorum apposi-
tione. *cantibus.*

Et si quis illis obijciat febrilem calorem aucturam esse; respon-
 dent quod antequam vigor morbi aduenerit ad actum nondum
 deducta sunt, nec vescicam excitarunt, nisi post spacium decem,
 aut duodecim, & plerunque plurimarum horarum, quo tempo-
 re iam principium, augmentum, & vigor præterire ceperunt,
 cum verò tempore inclinationis morbi vocantur, adeo sunt vesci-
 cantium amatores, ut ea hora quietiori libentius velint applica-
 re, & si quis illis dixerit à tali hora cauendum esse nec vlo pacto
 applicari debere eo quod tempore quo ad actum reducuntur ac-
 cesso paratur, ac inflammatio augetur, respondent inflammatio-
 nem illam à vescicantibus reuelli à partibus interioribus ad exte-
 riora.

Si autem aliquis iterum illis obijciat cur cum calor ardentissi-
 mus est etiam in exterioribus partibus, applicatis etiam vescican-
 tia? cum non sit opus ut calor ad externa extrahatur, respon-
 dent non solum calorem reuelli debere, sed etiam materias cali-
 das, & putredinales, sunt inter se in multis contrarij, & præser-
 tum in essentialibus, & de vno in quantum vnum affirmant, &
 negant, quod rei naturæ repugnat, & doctrinæ Arist.

Responsio-
nes contra-
riæ inter se.

De vno nanque in quantum vnum, affirmare non possumus, *De uno affir-*
 & negare, dum enim de modo operationis vescicantis locuntur, *mare nō pos-*
 dicunt vescicantia actionem suam à tota efficere substantia, idest *sumus,* &
 à virtute formalí abscondita, quæ electiū hunc, vel illum hu-
 morem malignum trahat, statuuntque cantarides, sinapem Ta-
 psiam, ranunculum, flammulam Iouis, aliasque materias vescican-
 tium, quæ caustica sunt & quarto gradu à tota substantia vrentia,
 sive à tota forma, quam proprietatem occultam appellant, humo-
 res malignos trahere à centro vsque ad circumferentiam eo mo-
 do, quo magnes ad se ferrum trahit, & electrum paleam ad se ra-
 pit.

Quibus ves-
ticantia con-
ficiuntur.

Nonnulli alij attractricem fieri dicunt humoris maligni, sed
 per manifestas naturæ qualitates, & motus calore scilicet, & do-
 lore, & dicunt attractionem fieri, vel dolore, vel calore: nam cum
 pars dolore afficitur, quasi cucurbitula ab alijs partibus ad se ra-
 pit, similiter pars calefacta, ob caloris proprietatem, quæ trahit
 ad se

Quo modè
vescicantia
humores ma-
lign. trahit,

ad se facillimè ab alijs partibus ad se ipsam reuellit, addunt etiam naturam ad partes debiliores prauos humores solere transmittere, & ideo cum pars vesicantibus ulceratur debilior reddatur, hinc sit ut facilius humores prauos, & malignos recipiat, & admittat.

Alij dicunt pestilent tempore eos ex Hip. fuisse seruatos qui abscessibus corripiebantur in cruribus, vel alijs ignobilioribus partibus, sed vesicantia sunt species abscessus, ergo qui vesicantibus tractantur a pestilentibus, & malignis febribus liberabuntur.

Vesicantia non inducunt somnum. Amplius dicunt vesicantia somnum inducere, eo quod per haec vapores reuelant acres, qui suauem spiritum somnum efficiemt perturbant, & excitant, immo contrarium etiam efficere, non verentur affirmare in commate qui dicunt somnolentiam, comitantque affectionem tolli per vesicantia, eo quod per haec crassi vaporis, non subtilest ut erant priores, ut antea dicebant reuelantur, ita ut virtute in ponant in vesicatorijs efficiendi effectus contrarios in obiectis contrarijs.

Vesicantia sitim non extinguntur. Præterea eo tandem deuenit amoris excessus, quem vesicantibus ferunt, ut sitim quoque extinguere profiteantur, hac ratione probantes quod sitis a vaporibus calefacentibus, & exsiccatibus, aut humore calefaciente, & exsiccante ad os ventriculi ascendentibus habebat originem, sed vesicantia huiusmodi vapores reuelunt, & humores, ergo vesicantia sitim tollunt, ac futuram prohibent, ex euentu quoque, quem falso experientiam vocat, quod verius experimentum appellari deberet, probare conantur vesicantium utilitatem, quia dicunt ipsis post vesicantium applicationem sanari quamplurimos, quod si quis moriatur in illorum manibus ut saepè contingit applicatis vesicantibus, enunciat nulla alia ope ad sanitatem restitui potuisse, cum ex tanto remedio operi recipere non potuerint :

Conantur præterea probare Gal. Hip. Auic. & alios priscos autores, non solum notitiam habuisse huius remedij, sed de eo in varijs locis habuisse sermonem, quædam verba in medium afferentes, quæ suo loco examinabuntur; dicunt insuper cutim esse conueniens, & accommodatisimum receptaculum omnium exrementorum, & commode quascunque superfluitates ad circunferentiam traduci posse, quæ cum sit pars ignobilissima a vesicantibus in eam trahuntur materiae partium internarum nobilium, ex qua attractione partes internæ libere euadunt.

Hec sunt fere ea omnia quæ partim ab uno partim ab alio qui vesse-

vesificantium usum profitentur adduci solent, inter se tamen dis-
sident cum ex supradictis nonnulla sint quae à plerisque negan-
tur, aliqua vero quae ab alijs qui item vesificantibus vtuntur proba-
ri solent, vt sunt negantes statim in morborum principijs applic-
canda esse, contendunt alij vt superius diximus, solum in initijs
morborum ad vessicantium usum accedendum esse, quidam im-
mò maior pars illorum cum ægrotantes fere desperatos perspi-
ciunt, vnicam dicunt salutis spem ex vessicatorijs sperari posse, &
ea quasi sacram anchoram amplectuntur, proponunt ac statim li-
cet morbus iam, vel in augmento summo, vel in vigore consti-
rit applicari iubent, ita vt inter huius sedetæ affecras, tanta sit sente-
tiarum diuersitas, vt unus fere non reperiatur qui vnum & idem
sentiat quod docetur ab alio, quod signum fere est necessarium ar-
tem vessificantium falsam, & irrationalem existere.

Vt autem singula summatim considerentur, primum quidem
dicunt quoquis tempore accessionum particularium applicari pos-
se, tunc in verbis repugnantiam, & in rebus contrarietatem non
considerant quam faciunt, si enim ideo applicari debet calore exi-
stenti vehemēti in principijs, & augmento, & vigore, quia postea
ad actum non reducantur nisi in tempore quo febrilis calor remit-
titur, quomodo se excusare possunt dum in quietis horis apponi
volunt, si tempore quo actuari debent, tunc febrilis calor augetur
præterea hoc solum in his febrentibus excusatio valere poterit,
sed in his febribus, quae semper eundem vigorē seruare videntur,
vt sunt synochæ cum putredine Acmaстichæ, Aepagmaticæ, &
Omotomæ, quarum aliquæ remissionses conspicuas non habent,
& fere omnes aliæ febres malignæ, quomodo in his tutum est ves-
ificantia applicare, si nulla reperitur spes dum ad actum reducun-
tur, calorem febrilem remissum esse? vocant autem vessicatorium
ad actum reductum esse, cum vessicam iam aqua, seu icore repletâ
conspiciunt.

Præterea si actus vessicatorij perdurat, donec operatio manet,
per ipsos autem semper operatur, dum exit humiditas illa, nonne
semper in actu existit? Si ergo semper in actu existit, ergo nulla
hora conueniet in illis febribus, in quibus continuus est focus, cū
calor vessificantis febrilem calorem excitare, & augere possit, ad id
vero dicunt calorem vessificantium, febrilem calorem exterius at-
trahere, illud maxime in contrarium videtur esse, quod nec ratio,
nec experientia potest admittere, nam ratio postulat, vt calor ca-
lorem augeat, foueat, ac multiplicet, & vt agens potentius debi-

L. lius.

*Confut. opi-
nionum de
vesificanti-
bus.*

lius vincat, ac in se trasmutet, cum autem maior sit virtus, maior
Febrilis ca- que caloris copia febrilis atque est ipsorum vescicantium, iure di-
lor magis ca- cendum est virtutem maiorem minorem attrahere, igitur febrilis.
lescit ves- calor ad se calorem vescicantium attrahit, ac ratione est consenta-
cantibus nō neum, illum magis efferuescere, quam sit credibile, calorem vesci-
autem ves- cantium atrahere febrilem calorem, experientia quoque demon-
cantia ex- strat, quod si quis ignem igni addat ipsum multiplicari non au-
tingunt fe- tem illum extingui, calor itaque qui in brachijs excitatur, cruri-
brilem calo- bus, alijsque locis, quibus apponuntur vescicatio non est calor qui
rem. interius existaret, qui foras exeat, sed est supercalefactio, & inflam-
matio allata, & genita à vescicatorio inflammante, & combu-
rente.

Amplius cum dicunt per vescicantia, non solum calorem reuel-
li, sed etiam materias calidas, & putredinales, immò malignas, fal-
luntur præterea quod impossibile est, yt vna, & eadem res faculta-
tes formales similes habeat cum varijs obiectis contrarijs, nam si
rhabarbarum à proprietate substantia per se bilem trahit, neces-
fario autem non trahet pituitam, aut saltem si illam euacuabit, id
ratione motionis inductæ continget, & hoc erit per accidēs, nam
impossibile est vnam virtutem duo obiecta inter se diuersa eadem
formali virtute, & actione ad se trahere posse, cū duæ formæ non
possint esse æque mobiles ratione vnius, & eiusdem agentis, cum
ergo vescicantia vnum humorem electiue mouent à tota forma,
quam vocant substantiam, impossibile erit ratione huius propri-
tatis villam aliam materiam moueri, & trahi posse quæ sit naturæ
diuersæ ab illa quam proprietate trahi per vescicantia arbitratur,

Vescicans si ergo trahit vescicans biliosam materiam, ergo eius contrarium
non potest non trahet nempe pituitam, si trahit hanc ergo non trahet humo-
rem & pi- bilem & pitem melancholicum, & sic de alijs, quare allucinantur dum enun-
tiant per vescicantia quemlibet malignum humorem, aut putre-
bilem, aut serosum euacuari, indifferenterque omnibus mor-
bis, & præsertim illis qui à fluxione fiunt conuenire, imagi-
naria ergo, & phantastica est, & valde erronea opinio ista, dice-
re scilicet vescicantia quemlibet humorem nocuum euacua-
re, cum humor ille exiens sit sepe etherogeneus, nec vnius
naturæ vt plurimum tam aquosus proportione respondens
elemento aquæ, icorque potius est, quam alius humor, quia cum
in carnibus quedam substâria rorida sit dispersa, & in venis aquo-
sitas sanguini sit permixta, quod cum sit humidum, & hoc facilè
fluat, & necessario alterius termino egeat, yt facta solutione con-
tinui.

tinui per vessicantia in cute retineatur, caloreque partis corrupto & parte corroso, & item corrupta, cum humor in proprijs meatibus retineri nequeat ob solutam continuitatem facile effluit in vleris cavitatem, ibique putrefit, ac sua putredine vlcus conseruat, fouet, & auget, nec solum id contingit in ægrotis sed in his, qui in integra valetudine perfruuntur, in quibus si vesicante aliquo medicoamento continui fiat solutio statim vlcus succedit, icores effluunt, & si non curetur, vel emundetur facillime vlcus saniosum, & soridum euadet, nam ea est natura omnium humorum, ut extra propria vascula stantes putrefcant.

Amplius quis modus philosophandi ad libitum ille est, dum audent mordicus affirmare, cantharides, Tapsiam, Ranunculum, flāmulam louis, à tota substantia electiū trahere, cum adeò sit manifestum horum virtutem vessicatiuam totam referri debere ad excessum caliditatis, q̄ in illis viget excessu quarto tū q̄ro ab his, si à tota substantia hæ vesicatrices materiae trahunt, cum scilicet agentis operatio in naturalibus vigeat, solum eo tempore quo vigeat agens, cum vessicantia, facta veslica, & inducto vlcere, abijscauntur, necessario attractionis motus cessare debebit, cum attrahēs cesauerit, sed ita est verum, quod vessicantia abijsciuntur facto vlcere, ergo attractio amplius non fiet cum illud nō adsit, quod à tota substantia vim attrahendi habet secundum illorum doctrinam, quod sexto loco dicunt vessicantia humores malignos attrahere per manifestas qualitates, & motus calorem, similiter, & dolore, pura est affirmatio rationis expers, argumentantur enim hoc modo:

Atractio fit à calore, & dolore, sed vessicantia calorem inducunt, & dolorem, ergo attrahendi virtutem habebunt: Hoc argumentum licet in forma, & in materia multa admittat peccata, est tamen in illorum cerebro adeo fixum, ac tantam persuadendi vim obtinet apud illos, vt quasi demonstratio potissima ex necessarijs, & per se ab ipsis conflata conseruetur, quod argumentum sit falsum in forma patet, quia ex duabus particularibus affirmatiuis conflatur, & illud quod est in minori subiectum, est etiam in maiori propositione, nec quispiam respondeat propositionem primā eise indefinitam, & ex consequenti vniuersali affirmatiue æquipollere, propositiones enim indefinitae, quæ vniuersali affirmatiua æquipollent tantum possibilitatem, & dispositionem, non necessitatem inferunt, vt notatum reliquit Auer. lib. 1. Priorum in capitulo de prima figura, ergo cum dicunt, calorem & dolorem attractionē facere, vel intelligūt calorē omnē, & dolorē attrahere

*Humores
extra sua
vasa putre-
scunt.*

vel intelligūt calores, et dolores determinatos, si de omni calore, et dolore illud affirmant, falsissimum est quemcunque calorem, & dolorem attractionem facere, exiguis nanque calor nullam facit attractionem, item dolor exiguis idem facit, immo adustio, quae est calefactionis excessus non attrahit, cutis propterea acu perforatur, pungitur, & dolorem fere insuportabilem sustinet, attractio tamē aut nulla, aut insensibilis fit, immo sepe tenuissimo cuspidi partes sensibiles feriuntur, attamen nulla fit attractio, qua propter non solum in forma, sed etiam in materia argumentū erroneum est, eo quod propositio, quod calor, & dolor semper attrahant falsissima est, eo quod non omnis dolor, nec omnis calor virtutem attrahendi habet, à partibus præsertim interioribus ad exteriora, sed necel- farium est dolorem, & calorem esse excedentem inflammatorium continuum partēque esse fluxioni obnoxiam, & cū hoc contingit fit, vt non unicus humor peculiaris trahatur, sed subtiliores, calidores, fluxibiliores, qui ad motū sunt magis parati, & proni, attrahantur, vicinoresque deinde proximi, exinde alij, & tandem penitiores, confuse ergo ad dolorem attrahuntur, propterea quod, pars dolore vexata, virtute sua materiali expultrice, dum nocuum sentit illud tentat expellere, dum autem expulsionem parat humores agitat in parte contentos, inflammatque mox viciniores, & in magnitudinem attollit, eo quod turgent humores, ac in molē ple runque attolluntur, ad quorum agitationē fit aliorum humorū cursus, ex quo, & tumores inflammatorij, & alienę materiā oriuntur.

*Tumores in
flammato-
riū unde ori-
antur.*

Dum igitur dicunt dolorem & calorē facere attractionē, si uniuersaliter intelligunt loqui allucinantur, quia falsum est quemlibet calorem, & dolorem attractionem facere, sed si dolor, & calor debent attrahere, oportet vt valida sint agentia, ac in obiecto vincibili agant, & attractibili, ita vt minor sit attracti virtus, quam atrahit, superius autem ostensum est maiorem esse vim febrilis caloris, & putredinosi, quam vescicantium, ergo calor, & dolor ab ipsis inducti vim attrahendi convenientem non habebunt.

*Quilibet ca-
lor, & dolor
attractionē
non facit.*

Insuper cum minorem propositionem assumunt, & dicunt vescificantia dolorem faciunt, & calorem, ergo & cetera, hæc minor propositio in uno sensu est vera, & alio est falsa, si illam intelligunt dum incipit extolli vescica vera est, quia tunc fit dolor, & calor dum actuatur pasta vescicativa, si verò intelligitur per totum temporis spacium quo aperta seruantur vescicatio falsissima est, eo quod dum ulcera sunt inducta nullū dolorē, nullūque calorē præferunt ergo falsa est propositio ista assumpta, simul vescificantia dolorem,

Tract. de feb. Pest. & de Peste. 85

& calorem inducere , cum calor , & dolor aut nullus, aut fere insensibilis, plerunque ab ægrotantibus sentiatur , immò non pauci inueniuntur medici, & barbitonsores, qui se medicamenta vessicā in tia v̄su habere absque v̄lla ægrotantium molæstia profitentur .

Vesicātia dolorē, et cā
lore nō in-
tia ducunt.

Quæ cum ita sint , manifestum est totum argumentum corruere, tum quia falsus est argumentandi modus, tum quia propositionū materia non est ex necessarijs, si enim ipsi dixerint eos loqui de dolore, & calore qui fiunt dum sit vessica, illud libenter cōcedam, sed facta uessica, & vexicatorio proiecto, si denuò dicent dolorem, & calorem adesse, qui faciant attractionem negabo, & eadem vi prædictæ rationis influrgam, quod scilicet remoto agente, actio remouetur, & inflammante cessante, inflammatio cessat, cumque in- flammans, & dolor inductus sit cantaridum pasta, vel materia a-

Remoto agē
te attio re-
lia caustica, ad illius remotionem cessabit dolor, & calefactio, & mouetur.

ex consequenti attractio, sed valde minor.

Cur autem in tam manifestas contrarietates, & ineptias incur- runt? dum dicunt dolorem, & calorem attractionem facere, affir- men tamen vessicantia ab ipsis applicita nullam inferre molestiā: Nec mirum est hanc contrarietatem eos effutire, in reliquis nan- que etiam fere omnibus sunt inter se contrarij, vt in progressu di- gressionis facillime ostendemus , est enim contaarium vessicantia in morborum principijs ponи debere, & non ponи debere.

Sententiae
variæ de ap-
plicādis ves-
sicant.

Quidam volunt in accessionum principijs & quo quis tempore applicari debere, quidam illorum huic aduerſantur: nonnulli ea- dem die quo vel mittitur sanguis , vel medicamentum exhibetur apponi posse determinant, alij è contrario periculosum , & valde irrationalib[us] esse contendunt , quidam hanc operationem à tota substantia, & occulta virtute medicamenti atrahentis fieri dicunt nonnulli huius sectæ hoc penitus negant, sed solum dolore, & calore, & illi qui dolore, & calore fieri dicunt attractionem, negant à tota substantia illam fieri attractionem, quidam dicunt exuentē humorem internarum venarum existere , alij negant illud , & dicunt propinquum humorē vessicatorio euacuari, conseq[ue]nter postea rationis expertes à partibus internis ad externa propelli, & multas alias contrarietates, & nērias ad pauca respicientes enun- ciant , quæ ex sequentibus clarius apparebunt. Septima ab il- lis ratio adducta hæc erat, naturam scilicet à debiliore parts prauos humores solere trāsmittere, v̄lceratæ aut̄ partes à vessicati- bus reddebātur debiliore, ergo vessicātia causa erat ut natura prauos humores expelleret, & Hip. locū addunt de pestilentī statu, in quo

Vesicantia
prauos hu-
mores non
expellunt.

quo dicit illos tantummodo fuisse seruatos quibus vlcera in crudib[us] contingebant, ergo hi dicūt habere vlcera est de vtilibus, & valde in febribus malignis cōferentibus, cum sanitatis vlcera causa existant, hæc ratio maximam declarationem, & distinctionem requirit, nam vbi natura conspirationem habet, & cōfluxum cum parte aliqua affecta, & interna virtus est potens ad expellendum

Partes robustæ excre tunc vera est propositio ista, naturam solere ad debiliores partes transmittere, sed quandocumque natura debilis est, & partes membra ad interdum sunt robustæ, non solum internæ partes ad longinquas partes tenuas partem transmittere nequeūt (vbi inusta sunt vlcera si partes mediae sunt robustæ) sed potius è contrario contingit quod partes robustæ si diffundunt.

Cum ergo in spatijs à capite ad brachia, à corde ad crura, vis & facultas naturalis, animalis, & vitalis vigeat, magis quam in internis partibus vbi putredinis focus, & pabulum reperitur, non est opinabile naturam facillime posse ut isti credunt à centro ad circumferentiam transmittere validis existentibus medijs partibus quæ resistentiam efficiunt.

Præterea falsissimum est partes à vessicatorio vstas debiliores esse redditas, quia ignis seu actualis, seu potentialis non solum debiles non reddit partes dum cauteria inuruntur, sed fortiores reddit, & robustiores ob summam siccitatem caustici medicamenta, quod patet ex fine qui in infantibus Bononiensibus, & Florētinis habetur, ac aliarum ciuitatum, in quibus consueuerūt infantes recenter natos in nuca candenti ferro causticare, vt robur neruo, è cerebro enascenti, per spinalē medullam in totum corpus diffusum indatur, quod nulla alia de causa fit quam vt exsiccatur, & induratur, & consequentur roboretur neruus, ne tam facile fluxiones admittat, ex quibus oriuntur conuulsiones qui spasmi dicuntur, epilepsiae, & alia sœua accidentia, quæ postea post nerui corroborationem non ita facile occurruunt, qua propter dico vtrumque falsum esse, primo scilicet naturam semper transmittere posse ad partes debiles, nam alia quoque requiruntur, media scilicet debilia quæ fluxionem admittant.

Ad euitandas conuulsiones, & epilepsiam. Secundo vessicantia partem non debilitant, sed ipsi robur inferunt, quantum verò ad Hipp. rationem, ad rem nostram non facit, licet aliquam habeat apparentiam; nam cum vlcera à natura sit, & existente forti in partibus internis, dum virus, & venenum per venas euagans extramittit, & vlcera excitat tunc ille fit motus à natura robusta quæ per canales conspirationem inuenit, venas scilicet

Hec quæ cum loco superiori confluxum habebant, in quo putredinis fomes reperiabantur, & principium motus excitabatur in parte à natura affecta, morbo quidem irritata non tamen euicta, mes putrefacta natura sua expultrice facultate per venas conspirantes ad dinis reperi partes subiectas, circumstantes, & inferiores materias venenosas tur. protrudebat.

Vnde non est eadem ratio in omnibus malignis febribus, quia non omnes, immò contingit rarissimè tales abscessus producere, eo quod natura locum vnum putredinis adinuenit, vt pestilentie tempore Hip. contigit, nam si putredinis fomes, erat tota in corde, ferè omnes moriebantur, propterea quod non erat transmissionis locus ad partes inferiores, illi verò quibus putredo in partibus inferioribus cordi, & iocinori cōtingebat, quibus abscessus in cruribus facilè generari potuerant, haud difficile quoque sanabantur, vt non sit eadem ratio particularis pestilentiae Hip. Peculiaris atque est vniuersalis febris malignæ, cum aliud sit excitari vlcera pestis ab vni ab internis humoribus à natura pro suo subleuamine expulsis, vnlarsi fe- aliud verò excitari violenter ab aliquo caustico medicamento cuti bremaligna exterius applicato, eo quod huiusmodi medicamentum à parte differt. affecta distans principium motus in naturam excitare non potest, & hoc affirmantes allucinantur..

Nono illorum erga vessicantia dilectio eò deuenit, vt beneficia omnia ex his prouenire affirment, somnum primo inducere contendunt ea ratione, quod vapores spiritum animalem excitantes reuellant, & quicquid illis in gloriam, & honorem vessicantium obuoluitur mente siue cum ratione, seu sine illa illud enuncient, parum curant, dummodo palinodiam vessicantium decantent; amabo quænam ratio est, quæ probare possit vapores à visceribus ad caput delatos deflecti, & reuelli per vessicantia? vapor est exalatio quædam calida, & humida, quæ aeris crasso proportione respondet, nec vapor sursum ascendens reuelli, aut repelli potest nisi ab agente motum contrarium inducente, si ergo vapor à capite deberet propelli, oporteret necessario vt aliqua vis aerea vel materialis in eidem vijs existeret, per quas feruntur vapores hi ad partes superiores, quæ virtus cum alia sit à motu, & ab actione vessicantium, absurdum est cogitare, vessicantia brachijs, & cruribus, vel etiam alijs partibus apposita talem motum fugandi vapores obtainere cum inferioribus partibus à quibus potius vapores eleuantur sint applicita..

Amplius vaporis natura est petere sursum, quomodo ergo aut sum. dolor.

dolore, aut calore, aut calore, aut ab aliqua proprietate occulta deflectetur, si nulla conspiratio adeat immediata cum internis partibus, & locis quibus applicantur vescicantia, vapor verbi gratia à iecinore, à Messenterio & à corde ascendit tum per venas, tum per alios meatus, per quas vias obsecro vescicantia apposita cruribus vim habebunt vaporem illum ad se reuelandi?

Vapor præterea qui ascendit, si corpus transpirabile esset, & diaphanum consiperetur, quia crassus, & nebulosus est, si ergo per brachia, & crura, & foramina vescicantium deducuntur, cum vapor ille exhalare per ulceram vescicantium non conspicitur, aut saltem aliquo sensu tactus non comprehenditur, sanè horum doctrina de vescicantibus est imaginaria, propterea nō est dicendum vilam reuulsionem vaporum a vescicantibus fieri, & somnium esse dicere ulceram membris inflicta vapores diuertere.

Hoc idem dicendum est de ascendentे fuligine, quae quasi fumus est acris, & mordax, quae fumo ex calida, & sicca causa progenito proportione respondet, quae dum ascendit spiritum cerebri animalem exsiccans vigilias inducit, nam sicut vapor suavis, qui somnum, dum caput irrorat, inducit, à vescicantibus non reuellitur, ita multo minus fuligo igneum naturam habens licet turbidam, quae motum efficit velociorem à vescicantibus reuelli poterit, cum ea quae vapores vel fuligines reuellere debent, esse debent agentia, quae motu contrario mouere possint, vescicantia autem hunc motum contrarium nequaquam possunt efficere, cum in parte inferiori sint applicata nec id impulsu aliquo possint efficere, ergo vescicantia neq; vapores, neque fuligines reuellent, igitur si comatosus somnus subsequatur, non est sperandum vescicantium ope ægrotantes vilam posse percipere utilitatem, & multo magis cum coma ut plurimum ex pituitosa materia, non autem ex solis vaporibus originem habeat.

Item in nimis vigilantibus, & fuliginibus non est sperandum ex vescicantium vnu somnum induci posse, quis non videt dum somnum dicunt in vigilis inducere, vigilias inducere in soporosis, eos constitueret vnum in quantum vnum duo producere contraria?

Quid de vnius Medici dementia loquar, qui vescicantia sitim extinguere ausus est dicere? ac verborum stoliditate, quam ipse rationem vocat, qui tollit causam, tollit effectum, qui tollit sitis causam tollet sitim, sed causa sitis sunt calidi vapores, & fici, cum tinguunt, ergo vescicantia vapores ab ore ventriculi reuellant in quo sit sitis,

& su-

*Fuligo ascē-
dens vigi-
lias inducit.*

*Vescicantia
nec vapores
nec fuligines
reuellunt.*

& suetio, consequenter etiam sitim tollet, huic nugationi, & sophismati responsum est, cum fuit probatum vessicantia vapores non reuellere, neque fuligines, cumque opinio haec purum figuramentum sit rationis expers, ideo in vitium vertitur, immo vessicantia dum calefaciunt, dum infiammant, dum materias liquant, dum carnes corrumpunt, dum suo calore humores in carnis alterant, ad calorem extraneum materiam augent vaporosam, ac sepe vapores alios a brachijs a pedibus, & alijs partibus quibus applicantur excitant, & sunt in causa dum brachia, & partes aliae vessicantibus sunt affectae ut maiorem contraxerint inflammationem, vt etiam maior vaporum pars, & fuliginum ad cor, & ad caput ferantur, vt suo loco ostendam, vbi docebo luce clariss omnia vessicantium maleficia.

Vessicantia
inflammatio-
nem augent

Insuper dicunt suæ opinionis confirmandæ gratia experimen- to comprobari plurimos suis sanatos post vessicantium applicationem, quæ ratio tot oppositiones habet, quot literæ sunt prolatæ, nam primo in contrarium sic argumentor.

Illud est vera causa effectus alicuius qua posita effectus ponitur, & qua sublata effectus auferuntur, fiergo per illos vessicantia sunt causa vitae, quia post illorum applicationem sanati sunt, ergo causa mortis in illis omnibus erunt qui post applicationem illorum interierunt, si enim valet argueret ex fine, & effectu vim remedij, ego contra illos argumentabor eodem fundamento, multi moriuntur quibus vessicantia fuerunt applicata, ergo vessicantia mortis illorum causa fuerunt, hic argumentandi modus est vitiosus, quia ex necessarijs, & his quæ insunt non conflatur, sed ex contingentibus, quare haec ratio nullius est momenti, nam preterquam quod mihi communis est, ea & eadem argumentandi ratione vti possum.

Modus argu-
mentandi ini-
tiosus.

Respondeo etiam plurimos sine ope medica conualuisse, quid autem dico sine ope sanitatem confecutos, immo medico repugnante, & suis remediis naturam destruente multos sanitatem pristinam recuperasse conspicimus adiutos naturali robore temperaturæ partium principalium, & etiam inferuentium, vt credo contingere ut plurimum illis ægrotantibus qui medicos habent illis vessicatorijs naturæ violentiam & detrimentum affrentes.

Hip. iure merito dicebat quandoque imperitia medici, & malis Medici im- remediis administratis vehementiores morbos reddi, q. postea à na peritia mor- tura validissima ægrotantis superatetur, inde tamē medici gloriā & bus fit peior

honorem nanciscuntur dicentes, se magnos morbos & periculostissimos curauisse, quos tamen ipsi suis contrarijs, & violentis remedijis ad eum statum reduxerunt, sic vescificantium vsu, & aliorum quoque medicamentorum male abutentium plurimi medicorum morbos reddunt prauos, inde tamen & lucrum, & honorem ut dixi deportant, quia miseri ægrotantes, yllusve domesticus imperitiam. Medici cognoscere non valuit, & remediorum contraria vim.

Item conantur mordicus probare, priscos Medicinæ Patres, Gal. scilicet Auic. Paulum, Aetium, aliosque antiquiores Medicinæ scriptores vescificantia in usum habuisse, & quedam extorquent verbula, & dentibus illa distrahunt, & dilaniant, vt ostendant illa vescificantium usum sonare, quæ cum ab excellentissimis Viris fuerint examinata, & ostenderint alienissimam fuisse Galeni mentionem à vescificantibus, nec unquam somnia esse, ego illud unum in medium adduco, Gal. locutum fere de omni re fuisse quæ Medicis possunt occurrere, ac de rebus minimis libellos conscripsisse, de usu paruae pillæ, & de pluribus alijs, quæ paucam, & fortasse nullam medicinæ afferunt utilitatem de vescificantibus autem duo tantum, vel tria verba in ænigmate protulisse sanè si cognouisset vescificantia horum more parata, & applicata eam utilitatem morbis afferre quam isti decantant, non solum librum conscripsisset sticti de theriaca, & nonnullis alijs remedijis fecit, sed librum integrum saltem conscripsisset de modo vescificantia componendi, de applicationis tempore, de morbis quibus conueniunt de virtutibus illorum mirabilibus, ita ut humanum genus præter alias gratias, quas referre debet immortales Gal. ex hac quoque non relinquatur defraudatum, sed Gal. nec verbum quidem de modo componendi, & his vescificantibus utendi fecit, nec quicquam aliud præter ea verba enunciauit quæ vniuersaliter prolata sunt

Gal. non de vescificantibus, sed de reuelentibus in genere lib. de reuelationibus, deriuationibus, cucurbitulis vbi inquit.

Gal. non de vescificantibus, sed de reuelentibus in genere lib. de reuelationibus, deriuationibus, cucurbitulis vbi inquit.

Aeria quoque medicamenta artibus imposta vim habent reuelendi &c. ibi nanque non vescificantia intelligit, nec potest intelligere, quia aeria tantummodo intelligere uoluit, quæ non ut sunt acria vescicam inducunt, sed tantum ruborem, ut est sinapis, nitrum, & huiusmodi, si enim Gal. tantam in vescicatorijs spem posuisset, & cognouisset vescificantia has habere uirtutes quæ in concionibus ab ipsis memorantur, haec proculdubio tam profundus silentio non inuoluisset, Gal. quidem vescificantia, uidelicet herbas, pul-

bas, pulueres, mineralia, & plurima alia quæ uim habent uescicas inducendi, si cūti etiam alia cognouit simplicia, quæ causticam, & urentem habent facultatem, quæ psilotra, hoc est depilatoria, & quæ dropacia appellantur, sed nullibi unquam pronunciauit hæc quæ uirtutem habent uescicam inducendi, uirtutem reuellendi habere, euacuandi humores prauos, malignos, uenenosos, ut isti somniarunt qui uescicantibus sunt inebrinati.

Dumque de his materijs uescicam inducentibus est locutus, illorum actionem non statuit à tota substantia fieri, sed ab excessu caloris corrupti, partem inflammari, epidermidemque à cuti separari qua separata, & uapor calidus, & aquosus, seu aquositas quæ in illa parte erat implatata intra cutis cauitiem, & cuticulæ exit, & hæc humiditas est ros, & icor proportione respondens elemen-
Attio ves-
to aquæ fusus, & per carnes dispersus musculos irrorans, & alias corporis partes ne excitentur à motu, & continua dilatione, quæ humiditas cum augeatur, & à calore fundatur sèpius exit in sudorem, & ideoque humidioris sunt temperaturæ, quibus uescicantia applicantur maiorem humoris aquosæ copiam effundunt per uescicantia.

Quæ non est malignus humor qui in uenis, aut cordis, aut ieci noris, aut uenæ cauæ existeret, qui per uescicantia sit reuulsus, uel ad ulcera deriuatus, sed est humor ille uicinus in musculo circumstante, qui basis est uescicatorij, & quod hoc sit uerum, ecce ut quæ libet continui facta solutio in quacunque parte carnosa, & humidiori eandem statim reddit humiditatem in corpore purissimo, sanissimo, & quod humiditas est terminabilis termino alieno, & cum soluta est unitas, & textura carnis quæ in suis portis hunc rorem, & humiditatem cōtinebat, necessario hæc humiditas effluit, effluunt quoque icores in uenulis illis uicinis contenti qui cum suo calore sint destituti, destituuntur autem humores nunnquam calore proprio cum ex proprijs uasis profiscuntur, in sanitatem concrescant, ac morbosum, & fætidum humoris fluorem efficiunt, ita ut quoquo modo ulcera efficiantur in carnosis partibus, & humidis, necessario icor saniosus generetur, qui ab istis qui uescicantium doctrinam profitentur humor uenenosus appellatur.

Sed dato & non concessio humorem illum in his exeuntem qui malignis febribus laborant esse humorem malignum, quod tamē non ita esse posse probatum est quam utilitatem natura potest recipere ex tam paucis humore exeunte, qui in spacio quatuor

Non est ma-
lignus hu-
mor qui per
vescicantia
reuellitur.

Quomodo sa-
nies in ulce-
ribus gene-
retur.

vel quinque dierum ne semiunciam quidem ponderat, immo quā
doque nec dracmam, in malignis autem febribus ut plurimū ma-
gna sanguinis copia corrumpitur, icores corrumpuntur, ita ut sae-
*In malignis febribus cor rupitur sa-
guis.* pe non sufficiant copiosissimae in dorso papulae, non sufficiat vri-
næ largissima copia, non sufficiant alii fluores, nec venæ sectio in-
principio adhibita, nec aluum lenientia, vnde hoc? nisi quia tanta
est humores putridi copia, & abditorum locorum distantia, ut nō
sit opus ad magnos morbos euacuationibus leuibus, sed vehemen-
tibus, & per loca conuenientia virium robore ferente.

Vesificantia naturæ sunt no[n]ocumento. Cur igitur hi loco adiuuandæ naturæ, quæ per regiones conue-
nientes excrementa, putridasque materias solet expellere, non il-
lam adiuuent sed potius medicamentis distrahanter, in laborem de-
ducant, non video, arbitrantur se humorem malignum euacuare,
sed illum non euacuant sed naturam impediunt qui fungatur of-
ficio suo quin coctioni incumbat, quin per loca sibi conuenientia
expurget, quin crises bonas moueat, dolore spiritus vitales pro-
sternunt, cum de valde prosterrentibus sit dolor, calore suo extra-
neo calorem febrilem adaugent, consequitur putredinem, conse-
quenter maiorem malignitatem, & impetum febri afferunt, dolo-
re vigilias inducunt, molestia, & afflictione miseros ægrotantes di-
laniat, infictis quatuor, & pluribus ulceribus, sed cur dico quatuor
ulceribus immo duodecim, viginti, triginta, & etiam pluribus, ita
vt si ex proprio morbo interiore non potuerint, hæc sola vlcera
sufficientia suo cruciatu esse potuerint, & suo feroore nō iuuenes,
delicatos solum, sed quoscunq; robustissimæ, & cuiusvis naturæ.

Præterea mente nunquam concipere potui, quomodo malig-
nus humor ad vesicantia fluere posuit, cum humor putridus pro-
pter obstruções euaserit; quæ dum illos clauerunt humores,
consequenter illos destituerunt euentatione qua prohibita succel-
lit putredo in illis humoribus.

Humores p[ro] vesificantia nō trahuntur Si ergo humores putridi sunt maligni in membris præsertim
in principio conclusi, vbi nulla facta est viarum aperitio, nulla hu-
morum attenuatio, nulla crassorum subtilatio, nulla lensorum in-
cifio, nulla viscidorum abstersio, quis potest sperare illos humo-
res per vesificantia trahi posse? An dicent fortasse hi vesificantia at-
tenuare, & subtiliare humores, & obstructionem deinere? Sanè ri-
diculum est auditu.

Item si ea mouenda sunt, & expurganda quæ concocta sunt id est
parata ad expulsionem, in principijs autem cruda sint omnia nec hu-
mores moueri debent nisi turgentibus illis raro autur turgeant, cur
isti

isti in malignis febribus in omnibus indifferenter ad vessicātiā re-
currunt; & illud mouere tentant quod à natura neque cōcoctum,
neque paratum fuit ad expulsionem? Nonne hoc est aleam proj-
cere? Nonne hoc est ægrotantes in sortem ducere?

Insuper natura dum motu locali mouet triplici genere motus *Natura tri-
motu expulsionis vtitur, motu attractionis, & motu effusionis seu plici motu
dissipationis, motu expulsionis mouet natura modo ad aluū, mo-
do ad ventriculum per vomitum, modo ad nares, motu verò attra-
ctionis, vt cum hinc humorē melācholicū attrahit, vessica fellea bi-
lem, venæ sanguinem, sicq; quilibet vasa suū humorē à natura de-
stinatum, motu verò effusionis, vt cū apparent papule per ambitū
totius corporis effusæ, cum sudor vniuersalis apparet, cum pustu-
lae aut vlcuscula à natura efficiuntur acrem sanguinem fundente.*

Hi sunt tres locales motus à natura ordinati, qui dum iusto ordi-
ne ab eadem natura fiunt quicunque ipsam recte operatē in aliam
viam def. etere tentant valde periculosest ipsam à suis moti-
bus criticis, salutaribus, & iudicatorijs distrahere velle, cum ergo
natura motum expansionis per papulas, vel per sudorem in totius
corporis ambitum quærat, cur hi medici suis vessicatorijs aliū mo-
tum moliri volunt attractionis scilicet quam reuulsionem per sua
vessicantia vocant, quæ igitur rite iudicantur, aut iudicata sunt in
tegre dicebat Hip. inere oportet, nec mouenda sunt nec medica-
mentis, nec alijs irritamentis, irritamenta sunt vessicantia, & no-
ciua irritamenta, ergo naturae motus inspiciendi sunt, & prout
recti, aut non recti sunt, ita Medicus sua vti deber industria, sem-
per per loca conuenientia hinc humores praus educens & naturae in-
clinationem non impediens, & qualitatem peccantis humoris co-
gnoscendo illumque non alium euacuet si conferre debeat, & si
lenius ferre velit ægrotantem.

Amplius dicunt humorem per medicamenta vessicantia du-
cunt esse illum humorem sua malignitate interficiētem ægrotan-
tos, & illos Medicos qui aut vessicantibus statim non vtuntur,
aut permitunt inducias dicunt esse causam, vt ægri moriantur,
sed mihi quæsio hanc obiectionem soluant, si hæc ratio vera esset
sequeretur ægrotantes omnes maligna febre correptos tempera-
terire debere quotiescumque medelam sine vessicantibus accipiūt
consequentiam probo, si enim vessicātiā sola illum humorem tra-
hant, & nos ad eam materiam reuellendā non vtimur vessicātibus
quia omnes ægrotantes nostri interirent, eo quod dum illis nō vt-
imur, humorē illum in corde relinquimus, qui vessicantibus educi
solet,

*Natura tri-
motu expulsionis
vtitur.*

*Non est que-
rendus alijs
motus per
vessicam.
P. Aphor.*

*Naturae mo-
tus inspiciē-
di sunt.*

*Maligna fe-
bris absque
vessicanti-
bus sanatur*

folet, sed Dei auxilio res aliter succedit, in numero nanque copioso duobus exceptis, paucissimi, aut ferè nulli in præterita constitutione mortui sunt; & tamen vesicantibus, ne semel quidem vsus sum.

Quapropter cum diu considerauerim, quid utilitatis afferre vñquam potuerint medicæ arti nostræ, in hanc deueni sententia in vñllum vsum medicinæ præberi posse vñico excepto pro topico medicamento ad materiam frigidam, & rebellem dissipandam, quæ ossibus adhæreat, quæ sua frigiditate sit rebellis, quæ sua acrimonia, & copia aliquas sensibiles partes, & dolorolas excruciet, vt in his contingit qui morbo gallico correpti sunt, quibus tophus aliquis super membranam neruacm contingit quæ perios sea appellatur, tunc enim dolore vehementissimo vesicatorium vrgente super dolentem partem ponere summæ utilitati ac sanitati fuisse expertus sum, ad calefaciendam, dissipandam, & resoluendam materiam adbærentem, & infixam, quæ alijs medicamentis debellari nullo modo potuerit.

Sunt etiam ad vlcera efficiēda commoda quia partem corruptunt, & humor plagam inueniens per eam diu expurgari potest, in alio etiam casu vesicantia admitti posse opinor quæ munere cauteriorum fungantur fonticuli nuncupatorum, sed solum munus suum longo hebdomadarum, mensiumque curriculo præstare possunt, vt longo temporis tractu eo modo quo in fonticulis natura icores acres, & corruptos à venis assuecat emundare.

Vesicantia cur ægroti sunt nocumento. Sed quantum ad malignas pertinet febres, aut ad alios acutos morbos, tantum abest vt beneficium ægrotantibus afferant, vt etiam detrimētum, & manifestam minentur pernicem, quia vbi abest intensa caliditas, veluti gladium miseris ægrotantibus existunt, meis igitur ægrotantibus eadem lege mæderi decreui, qua ab antiquioribus medicis curati sunt, ac cum nonnullis Italiæ primatis medicis medicinam exercere malo absque vesicantium vfu, quam partem illorum sequi qui recurrent ad vesicantia, vt si alia remedia inuestigare, aut inuenire nesciunt excusentur, vesicantium enim applicatio, & saepius multorum refugium, qui ingenij paupertate, aut ignorantia tenebras effundente solertiam in medicamentis inueniends non habent.

Vesicantia Valeant igitur vesicantia, & ad alia remediorum genera tuta tanquam noⁿ recurramus, quæ fint rationabilia, quæ tum ab antiquioribus ciua spernū medicis, tum a neothericis, sed probatis uiris haſtenus experientia sunt comprobata, opem & auxilium ægrotantibus fideliter compa-

comparemus, ad institutum itaque nostrum accedamus, & curationem febris pestilentis absque uescantibus absoluamus, & cum abude quantum adehirurgicam partem attinet fuerit dictu ratio postulat ut ad pharmacia accedamus.

Si igitur vllus reperitur morbus qui subitaneis remedijs ægeat sanè est febris pestilens, propterea nullis datis inducijs vniuersum corpus prudentissime est expurgandum, quia cum veneni sibole refferauit, necessario repentina, ac valida euacuatione indiget, quia periculum est, ne ex longa mora sua vi interficiat ægrotantes, & propterea si natura signum futuri alicuius abscessus non dederit, (tunc enim naturæ motus inspiciendus esset, & adiuuandus ab internis partibus ad externa quo natura vergeret per tra hendo) corpus citissime erit euacuandum non solum medicamentis leuioribus sed etiam his quæ vim habent cum vi, & robore electiue trahendi.

Pro blandioribus pulpa tamarindorum, & eorundem decoctio *Remed. feb.*
locum præcipuum sibi vendicat, casia, syr. ros. sol. mel. ros. sol. mā-
Pestilent.
na, si verò necesse erit ad uehementiora ascēdere, elect. ros. Mefues.
Diaphenicon, elect. de succo rosarum, Diaprunum, & lenitiuum,
& solituuum, dilutum rhab. confessio amec & huiusmodi, quæ à
Medicis distingui debent, propterea quod in biliosis magis conuenit
syr. ros. sol. tamarindi, casia, manna, in pituitosis mel. ros. sol. elec-
t. lenit. dilutum Agarici, elect. rosarum & alia ad pituitam pur-
gandam desti nata, aut sena, polip. epit. diafena, syr. de polip. confes-
sio amec ad expurgandam melancholicam materiam conueniunt.

In principio igitur statim corpus pro medici iudicio aliquo di-
storum medicamentorum euacuabitur, posteà verò erit concur-
rendum ad illa, quæ venenum, & putredinem arcere possint, vt
est syr. de limonijs, de arancijs, de succo citri, immo syr. de ipso ob-
tinet principatū, syr. de oxalide, syr. Diarodon, Auct. syr. ros. simp.
in his præsertim qui bilioso tumore putredo scatet, quibus syr. sti-
laticæ aquæ nempe borag. buglos. rosaru. molis, ninpheæ, & vio-
larum addi poterunt, vel decoct. florum & fructuum cordialium
hoc decoct. singulis sex horis sumere potest, ubi spes est malignita-
tem pestilentis humoris ab interioribus partibus, & a corde arce-
ri posse.

*Medic. quæ
venenum ar-
cent.*

*Decoct. ma-
lignantem
arcens.*



Rec. *ficus pingues* num. 3.

<i>scordij.</i>	
<i>florum lupul.</i>	
<i>florum cordial.</i>	
<i>Cardui sancti</i>	
<i>radicis feniculi</i>	dram. 2. 5.
<i>lentium exorciticatarum.</i>	dram. 6.
<i>rhois</i>	dram. 1.
<i>Laccæ elestæ.</i>	dram. 2.

Coquantur primo lentes in lib. 1. aquæ vsque ad consumptionem medietatis, deinde addantur reliqua præter scordium quod in fine addi debet, fiat colatura, & expressio, dentur vnc. 4. huius decocti cum vnc. 1. syr. vel acetosi, aceto duplicato, aut syr. acidi citri, vel cum aliquo ex prædictis, singulis quoque duabus horis paulatim aliquid conseruæ borag. buglos. deglutiat cum succo citri bolo armeno addito, smeragdo orientali æquis portionibus, & portio aliqua scobis ipsius eboris, vel pulueris de corde ossis cervini cum folijs auri, in puluerem redigantur redigenda, & cum prædictis conseruis syr. aut succo citri, fiat mixtura. qua sæpenumerio vtatur, saltem singulis duabus horis.

Decocatum,
conserua, et
puluis opti-
ma.

Valde quoque erit utile iecur defendere, ventriculum, & præfertim cor ipsum, super quo sacculum gerat repletum floribus nimphae integris, croco, rosis, ligno aloes, sandalis etriniis, gario phyllis, camphora, belzoi, qui sacculus aceto sæpè inspergatur.

Iecinoris
inunctio.

Iecinori inunctio fiat cum oleo rosarum, sandalino, immo cum belzoi destillato, & quandoque licebit oleo assæ dulcis vt, loca pulsum in pedibus, manibus, & in temporibus inungantur oleo Matheoli de scorpionibus, vel Cardui, & quia summa diligentia est adhibenda circa attrahendum aerem, nonnulla parari solent, quæ manibus gestantur, & odorantur, quod si febris pestilens fuerit in laborante bilio so cum signis caliditatis vel internæ, vel externæ, paretur pila manu gestanda, & odoranda hoc pacto.

Pila odorâ-
da.

Rec. <i>rosarum.</i>	dram. 1.
<i>florum nenuferis.</i>	dram. 1. 5.
<i>Krabe</i>	dram. 2.
<i>Coralorum rubeorum.</i>	dram. 1.
<i>boli armeni</i>	
<i>Styrac. calam.</i>	ana. dram. 1.

ligni.

ligni aloes	scrip. 2.
masticis	drac. 1.
ladani	drac. 2.
musci	scrup. 2.
ambræ } ana. g. 2.	ambræ

Puluerizzanda puluerizentur, & cum pistillo calido formentur pilæ duæ, spongia quoque madefacta aqua rosacea, & aceto naribus apposita plurimum prodest ad purificandum aerem inspiratum, & ad cordis spiritus refocillandos, vbi vero calefacientibus uti esset opus, spongia seu pannus lineus in aceto poterit macerari, in quo zedoaria, gariophylli fuerint macerata, pila verò ex calefacientibus confiata dessicans hæc esse poterit.

Rec. ladani	vnc. 5.	Pila dessicans.
styracis calam:	drac. 2.	
masticis	drac. 2.	
gariophyllorum		
nucis muscatæ		
croci	scrup. 1.	
grana tinctorum		
ligni aloes		
ambræ	scrup. 5.	

Miscæ in aqua buglosæ vel vino odorato dissoluti g. 5. cum pistillo calido, & cera modica alba formetur pila.

Nonnulli tradunt hiacynthum, smaragdum, carbunculum, saphyrum annulo excavato ita ut tangat carnem ad pestilentiam valere, & febrem pestilentem, theriaca, mitridatum, angelica, zedoaria, dentibus fricata ante egressum domus solent mrlificè præseruare à peste ut etiam Krabe, sandali, & paratae pillulæ ex terra sigillata, bolo armeno, tragacanto, & syr. de acido citri valde sunt conferentia quædam macerata aceto, vel vino odorato bibi possunt & etiam ex illis facies, & manus abhui, & sæpè naribus admoveeri, ut nux miristica, diétamus, pimpinella, radix eriulæ, imperatoria, gentiana, zedoaria, angelica, salvia folia ruta, absynthium, & iuniperi, baccæ, & huiusmodi, allium quoque laudatur, & præsertim pro pauperibus, inter alia quæ maximè in febribus pestiferis iuvant, & in pestilenti statu sunt quædam aquæ stillaticiae inter quas hæc à me summopere commendatur.

Pillula præparata utiles.

Aqua stilatice utiles.

Rec. radicum angelicæ		
gentianæ	}	
carlinæ		
tormentillæ		ana. dram. 2.
zedoariae		
genital ceruini	}	
sandalorum omnium ana.		vnc. 1.
theriacæ optimæ	}	ana. vnc. 3.
mitridati		
canforæ		scrup. 2.
musci		scrup. 1.
vini optimi destillati lib. 3.		

Macerentur omnia in vase bene clauso, per biduum, & duas noctes, deinde destillentur, sumantur duæ guttæ vel tres cum vino albo mane vel in iure pulli, vel aqua melissæ, hic quoque puluis ad quantitatem unius dracmæ sumptus vel etiam drac. s. cum vino albo tenui, vel oxirato, vel prædictis aquis melissæ, vel buglossæ, vel boraginis.

Puluis optimus.

Rec. Tormentillæ		
Dictami	}	ana. drac. 1.
sem. acetosæ		
citri	}	ana. dram. 1. s.
zinziberis albi		
cinamomi		
citri		ana. scrup. s.
sandali albi		
rubri		
Boli armeni		
terræ sigillatae	}	ana. scr. 4. misce & fiat puluis.

qui si ingratus apparuerit cum conserua boraginis misceatur, vel buglossæ, vel melissæ, vel rosarum: conueniunt theriaca, mitridatum, æstate cum conserua violarum, & rosarum, hyeme vero electuarium: cum vino (febre non valde calorifica existente) si tibi contingat hoc valde mulier vtero gerens, quæ peste, aut pestilentiali febre detineatur confert.

Rec.

Tract. de feb. Pest. & le Peste.

99

Rec. sandalorum omnium.)		
ligni aloes.		
cinamomi.	{	ana. drac. 1.
nucis muscatæ		
Angelicæ	{	ana. drac. 5.
zedoariæ		
enulæ		
Seminum cicoriij	{	
citri		ana. scrup. 1.
anisi		

Florum buglos-	{	
fæ		ana. P. 1.
boraginis.		
Margaritarum elect.	{	
rasuræ eboris		
saphiri	{	ana. scr. 5.
corallorum rubeorū		
conseruæ rosa-	{	
rum		ana. vnc. 5.
buglossæ		

Ex succo acetosæ, saccariique quantum sufficit, fiat elect. lauda tur qu oque anthidotum Mattheoli descriptum 6.lib. commet. suorū super Diosc. lapidem bezaar primum sibi locum vendicare non nulli autumant si sit legitimus nōnullæ quoq; confectiones paran tur in rotulis ex diamargarit. frigido Nicolai ex specieb. liberatis, zedoaria corticib. citri, vnicornis, & similium fiunt vel tabulæ vel morselli, quandoque ea cōueniunt quæ per sudorem euacuant, ad prouocandum autem sudorem hæc aqua est conuentissima.

Confectiones nonnullæ.

Rec. angelicæ, galagæ, ligni guaiaci, cinam, bacc. Iunip. ana. dra. 1. Coquantur lib. 1. 5. vini albi odoriferi vsque ad tertiae partis consumptiōem, suināntur vnciæ tres, & sudet.

Si in aliquo morbo conueniunt corroborantia principales par tes nempe cerebrum, cor, hepar, & ventriculum, proculdubio in pestilentibus febribus conuenire videntur, eo quod hæc sunt principalia membra animalis, & sunt vitæ principia, à quibus cætera originem, & nutrimentum & spiritum, sanguinem, motum, sensum, & denique vitam recipiunt, quib. bene se valentibus, totum animal bene se habere conspicitur aliquo autem horum ægrotan te to tum corpus infirmatur. Potus hic erit.

Potus in pestilē febrib. exhibēdus.

Rec. spērum margarit. frigidi. drac. 5.
 confectionis alchermes g. 2.
 aquæ buglossæ } ana. vnc. 1.
 aceti.
 syr. de acet. citri. vnc. 1.

Misce, & fiat potus

*Confett. in
rotulis.*

Confectiones in rotulis ita parentur.

Rec. sperum triasandali. drac. 2.
 offis de corde cerui scrup. 5.
 margarit. prepar. scrup. 5.
 saphiri } ana. scrup. 1.
 hyacinthi }

saccari albiss. in aqua act. dissoluti vnc. 3.
 fiant tabulæ auro cooperatae

*Electuaria
varia.*

parantur quoque varia electuaria vt-

Rec. conseruae borag. violarum } ana. vnc. 1.
 rosarum }

Boli armeni prepar. drac. 1.s.
 corali rubei drac. 5.
 corticum citri cond. scrup. 2.
 sandali rubri scrup. 1.
 camphoræ g. 7.

Cum iuleb. ros. misce, & fiat elect. & cooperiatur auro.
 Cordi tempore calido hoc epitema applicetur.

Rec. aquæ ros. vnc. 6.
 aquæ acetosæ } ana. vnc. 2.
 aquæ card.bened.
 aceti rosati vnc. 1.
 Specierum diagemmæ scrup. 2.
 croci g. 2.
 corticum citri scrup. 5.
 camphoræ g. 5. m. & fiat epitema,

*Epitema
hepati.*
 cui tempore frigido addi poterit aliquid vini generosi. hepat. ve-
 rò hoc fiat epitema.

Rec.

Rec. aquæ endiuiae	vnc. 6.
aceti	vnc. 1.
fandali rubri	drac. 1.s.

Misce & cum petia linea duplicita in hyeme tepida, æstate fri-gida, fiat hepatic epitema.

cerebro fiat hoc.

Rec. olei rosati

aquæ rosarum	ana.q.5.
aquæ violarum	

Aceti parum

fandalorum

camphoræ

succi lacte

q.5. misce & fiat epitema fronti quod po-tius exiordinium appellari debet.

Stomacho hæc inunctio est conuenientissima-

Inunctio
stomaco.

Rec. olei citoniorum

rosarum

mirtinorum

ana. vnc. 1.

Ceræ parum, misce & fiat linimentum.

Dorso hæc inunctio conuenit.

Rec. olei rosati

violati

nenuferini

ana. vnc. 1.

succi semperuiæ

solatri

ana. drac. 2.

aceti parum, misce & fiat inunctio.

In febris pestilentialibus undecim symptomata ut plurimum Sympt. un-consequi solent, inter quæ est bubo, & carbunculus, quæ ita cu-decim in-rari oportet, vt omni diligentia, quam fieri possit, & extrahan-feb. pesti-tur, & aperiantur, nam Medicus nil peius committere potest, lent. quam materiam ad internas partes repellere, omni itaque diligen-tia est extrahenda illis adhibitis remedij quæ & à chirurgica, & à Medica ope exquiri solent, si ferro incidi debent, res erit tutior, & expeditior, modo à chirurgo fiat experto cum instrumento proportionato, & idoneo, si vero res erit agenda aliquo medi-camento ruptorio tale parari poterit.

Medicam-
ruptorium.

Rec.

Rec. Vitreoli ad rubedinem usque calcin. lib. 2.

salis urinæ Anna. vnc. i.s. in puluerem redigantur.
sulphuris

tenuissimum qui in retortam illulatam optimè positus destilleatur vehementiori igne, deinde oleum à phlegmate separetur, quo tumor illinatur circum circa ligneo stylo.

Alia accidētia ut est uirium lapsus, sincope, uomitus, alui fluor, capitis dolor, ardor, sitis, uigilia, somnus immodicus, suis curantur remedijs determinatis, de quibus alias abunde tractatum est: sequitur ut de uiuendi ratione uerba faciam, quæ ut superius dictum est in sex rebus non naturalibus consistit, hoc est aere, somnio, motu cibis, potu, uenere, aer ergo æstiuo tempore fit aquilonaris redditus odoratus, cum floribus, & herbis odoriferis, & frigidis, hyemis verò tempore alteretur igne, & odoriferis calidis, mutetur æger à cubili prauo, mutet locum, & domicilium, seratumque in aliam regionem non infectam si fieri potest, manu odorabilia gestet, ut inspiratus aer redditus odoratus, & ad qualitatem bonam alteratus spiritus consolari possit, quantum ad somnum, sicut ad vires refocillandas, & ad robur earundem conservandum somnus est necessarius temperatus, ita nihil in pestilente febre peius longo, profundo somno esse potest, nam somno, & quiete intropellitur venenum.

Sint ergo vigiliæ somno prolixiores, quia dum vigilant uenenum foras vocatur, alius quotidie respondere debet, si non natura saltem arte suppositorio vel molli clistere, euitandi sunt motus animi, curæ, ira & tristitia, à venere penitus est abstinendum, cibus sit per optimi succi, & multi, facilis concoctionis, optimi nutrimenti cum rebus acetosis, conuenit ergo ius carnium, ptisanæ, tremor, brodium consumatum, contusum carnis, aqua capi de stillata, pulorum caro, perdicum, turdorum, caponum pullorum iuuenum, & similem cum succo limonum, vel aranciarum, amigdalatum quoque conuenit, de quo illud est obseruandum, ne cassis repletio detineat ægrotantem, nam tunc amigdalato est abstinentium.

Depotu si virtus exigat quæ debilis sit, ætas sit senilis complexis, & tempus anni frigida, à vino non est penitus abstinendum, vtendūsit. illud tamen sit album, vel subrubrū aqua benè dilutum, aqua hordei cum auri extincione, aqua saccarata cum syr. de acet. citri, aut granatorum, vel cum syr acetoso, vel de omphacio, vel de limonibus, siue huiusmodi, quantitas autem cuiuscunque potus sit mediocris,

diocriis, & præsertim in principio, & in morbi augmento, do-
nec signa coctionis apparuerint.

Hæc est consultatio breuis quæ præseruationi, & curationi
Pestilentialis febris, ac ipsius pestis mirum in modum poterit
inseruire quæ sit ad honorem, & gloriam omnipotentis Dei opt.
Max. & ad salutem totius humanae naturæ.





TRACTATVS

QVARTVS.

RESP. VAR. ADVAR. AEGRIT.

De Melan- D E MELANCHOLICO AFFE^GT V
cholia. àtoto dependente, & ab hypocondrijs inueterato, ac con-
 firmato Pro Illustriss. viro N. Mediolanensi
 annorum sessagesimo secundo.
 Consultatio prima.



*Diffinitio
Melancho-
lici affectus*



AGNUM inueteratum, ac propè in naturam conuersum esse viri Illu. morbum ita apertum esse existimo, ex his quæ ab Excellentiss. eius Medico fuerunt relata, vt nemini dubium esse queat ex illis duobus signis pathognomicis, mœrore scilicet, & tristitia sine causa affectu melancholico detineri, qui nil a iud est quam alienatio quædam mentis sine febre ex humore melancholico nascens qui mentem occupauerit; hæc cum tribus modis contingat, aut enim in cerebro solo congesta est portio humoris melancholici, aut ab infernis partibus ad cerebrum fertur, spiritumque animalem fuscum ac tenebricosum reddit, vel à toto corpore, à totaque massa sanguinis ducit originem.

Cum

Cum egregius, & illustris vir sit frigidi, & siccii habitus, conseruerter melancholici, plenusque atro sanguine à iecore calidissimo, a toto genere venoso genito, semperque timeat, ac mæreat sine causa, post positis etiam alijs signis, quis est qui hanc solius capitum melancholiæ esse affirmare audeat? Siue illam quæ fit ab hy pocondrijs myrachialis vocata? est proculdubio ut arbitror à toto ab habitu scilicet melancholico ita propter naturalem intemperaturam redditio à principijs ortu genitam, & ad terrestrem habi tum dispositam, quæ augmentum cum ætate recepit ob fortunæ varia læua accidentia quæ ita afflixerunt animum ægrotantis, ut non solum egregius vir melancholicus fieri potuerit, sed quilibet homo validioris etiam & hilioris naturæ.

Cur ob fantasmata recte iudicare nequimus.

EX sanguine igitur atro maiori ex parte fœculento continuo fere deturpati, nigrique spiritus generantur, qui vna cum sanguine ad cor, & ad cerebrum per venas, & arterias præsertim feruntur, ibique fixi, opacos, & caliginosos spiritus reddunt, quibus intellectus hominis obumbratur, ac recte iudicare nequit ob falsa fantasmata quæ mèti oboluūtur, & sicuti peculiare est puri sanguinis, audentem animum & lætitiam generare, non aliter ecō uero lo pituitosi segnitiem, stoliditatem aliasque inertias procreare, bilis uero perturbationes, ac motus animi corporisque inordinatos, iracundiam potissimum concitare: ita proprietas formæ temperamenti humoris melancholici est mærorem, & tristitiam inducere quamvis manifesta causa non adsit, spiritus enim cerebri, & cordis, sanguisque eorumdem, qui rubicundus, & purus in corde esse solet deturpatus efficit, ut mens discernere nequeat verum nocuum ab apparente; ab eodem sanguine in corde collecto, quædam tristis sensatio producitur, quæ potius angoris, quæ tur. *Sanguinis dixerit effetus.*

Humor ater unde oriatur per quas corporis partes transfundatur, & eius effluxus pessimus.

Generatur hic humor ater à iecoris caliditate excedente, hius magna pars per haemorrhoidales uenas transfunditur, effluxumque sanguinis, mixtum efficit criticū, & symptomaticū: criticus est quia expellitur prauus sanguis, corruptus, ater valde que

que melancholicus, qui si retineretur forsitan saeuiora induceret symptomata, sicut viuis est dolor ille renū velle attestari, de quo quandoque conqueritur, cum re ipsa non sit renalis, sed circa renū regionem, quando scilicet hæmorrhoidum venæ turgent quæ vicinæ renibus existunt, sed ex critico symptomaticus fluxus efficitur, quia dum apertæ remanent illæ venæ, copia maior quam pars est ipsius sanguinis effunditur, unde vires collabuntur, & languidus remanet, & ideo hoc malum mixtum vocare placuit, idque de industria confirmo, quia scopi iuratorij mixti esse debebunt, nam fluxum sedare oportebit, ne vitales vires, & aliæ duæ ab his dependentes collabantur, vnam tamen hemorroidam apertam oportebit relinquere, ne totus sanguis suppressus melancholicus, pessima, & pernicioſissima inducat symptomata, macilentum esse scriptum est, id quod sequitur ad totius corporis temperaturam frigidam, & sicciam, frigidus autem, & siccus humor ad nutriendum ineptus est, eo que minus ad impinguandum, visionem quoque diminutam, & confusam habet ob spirituum animalium defectum, & ob nimiam cerebri siccitatem, & propter varios tetros vapores visorium spiritum confundentes, aluum siccā gerit ob fæcum ariditatem, quæ dum à natura vi excernuntur hemorroidales venas laxant, & lacerant, anique musculum, ex quo dolores illi ingentes & cruciatus sentiuntur.

Sexagenarium virum ad sanitatem reduci posse est impossibile.

Quid sit melanch. affe-
tus.

HI sunt affectus preter naturam mihi per literas enarrati, qui bus affligitur vir illustris qui antiquissimi sunt, & in habitu prope conuersi, de melacholico affectu loquens Gal. & Alex. Tral. inquit, passionem esse fere ex toto incurabilem, qua propter quantum ad curandi spem dementia esset existimare virum quasi sexagenarium tot calamitatibus, tot intemperantijs randi fractum ad sanitatem reduci posse, cum hæc fere incurabilia sint vel etiam in iuuenibus; quod pro ægroti solatione, ac subleuamine fieri potest, est ut hæc mala demulcentur ut sint pauciora, ut meliorem vitam degere possit, ut si liber ab his non possit euadere, ab eisdem saltam tantam molestiam non recipiat, id quod aliquo modo fieri posse confido, coque magis quia magnum medicum nactus est qui eius curæ præficit.

Tres fontes à quibus hauriuntur remedia.

Et licet tres fontes existat, ex quibus medica remedia solemus haurire, Dietae scilicet, Pharmaciae, & chirurgiae, ego tamen maiorem spem in recta viuendi ratione colloco quam in ceteris alijs duobus, & ideo ab hac incipiendum videtur: edulia omnia fuit crassi, viscidæ, ac terrestris temperamenti, quæ prauum succum melancholicum gignere valeant, ut sunt carnes difficilis coctionis multique excrementi, legumina, salita, vina crassa, mala olera, præfertim brassica, aliaque praui nutrimenti, quæ si omnia recensenda essent, prolixa nimium redderetur oratio.

Recta videndi ratio ceteris medicinæ fontibus præstat.

Eligat igitur viatum modice calefacientem, & humectantem, qui probum succum, pauci excrementi, & optimi nutrimenti efficiat, qui neque cruditates, neque flatus aliquos præstet, panis sit optime præparatus eleæ farinæ, carnes vituli, hædi, caponum, galinarum, pullorum iuuenum, starnarum, turdorum, palumbium silvestrium, perdicum, fasianorum, & aliarū avium ludi biles sunt, & his continuo nutritiri debebit, frequenter recentibus vtatur ouis, tremulis ac sorbillibus: ex piscibus, vitet omnes pisces crassi, viscosique nutrimenti eligat petrosos, & paruulos, carnis mollis existentes, & friabiles, qui laxatiles appellantur: ex oleribus laudantur borago, Buglossum, lactuca, endivia, malua, spinacia, & alia id genus nō minoris bonitatis, ptissana hordeacea ex Olera optima accommodatum, vua passula, aliaque vua recens maturataque sole, & poma dulcia, præfertim mala apia naturis his maxime convenientia sunt & utiliora erunt si coquantur.

Pro potu vino albo vtatur, tenui diluto, nō valde veteri, moderate corpus exerceat omnes animi perturbationes deuiter quoad eius fieri poterit, non curet omnia se scire velle, viros sui genij eligit, qui tamen hilares sint, à solitudine caueat, amoena loca, aere que aperta, temperate calida, & humida sibi deligit, viridaria, colles, præraeque læta, ubi prata vallesque rideant, fluminaque, & fontes scatcat perquirat, ex alijs enim mens ab illis tam intensis phantasmatibus ablegatur, lætitiamque concipit, in alijs rebus ad viatum spectantibus nihil est quod plura dicam cum temperatissimus sit,



seruet vel natura vel arte aluum apertam, & hæc quantum ad dię tam pertinet diēta sint.

Circa pharmaciam proculdubio caute incedendum est, naturā morbi ægrotantis, viriūque robur, etatem, anniq; tēpus considerādo, & reliqua millies à Gal. repetita, quę discretum, solerter, & tum medicum constituant quæ omnia iudicio excellentissimi Medicī molienda, & decernenda erunt.

Quamobrem in tanta morbi difficultate, locique distantia mihi tenebras effundente, leuem proponam purgationem statō tempore faciendam, vere scilicet aduētante, transactis ab equinoctio vernali quindecim, siue viginti diebus, quam tamen à presenti Medico ita disponi volo, vt nihil prorsus agatur nisi illi arrideant omnia:

Ad euacuāda viasla- Ad primas igitur vocatas vias latas euacuandas, ventriculum scilicet, intestina mesenterium, cauamque iecoris partem, exhibere vncias quatuor, vel quinque syrapi de polipodio Augustini, cum decocto florū, & fructuum cordialium, & si corpus diffici-
lis solutionis, sit adderem dracmas duas fol. senæ orientalis eleæ, & sic fieret potio si in potu sumere vellet, quod si magis bolum eli-
geret elect. lenit. vterer cum aliqua portione diaffenæ, postea ad

*Humorum
præparatio.* humorum preparationem accedere, & quia hic humor rebellis est propter terrestrem frigidamque naturam, ideo longa præpara-
tionē indigebit, pararem igitur ius pulli cum euphrosino altera-
tum boragine, lupulis, fumoterre, endiuia, cicorea, floribus cordia-
libus, seminibusque citri, in quo dum sumitur imponi vellem duo
vel tria cochlearia syrapi sabor regis de corticibus citri, boragine
lupulis, melissa, & huiusmodi.

Facta humorum præparatione conueniens aliquod, tutumque medicamentum oportet eligere, quod sua euacuatione peccantcs humores suauiter educat, nec viribus officiat, eligerem ergo dilutū drac. 1. Rhabarb. eleæti, maturi cū vncijs quatuor syrapi depolí-
podio facta tamen infusione in decocto cordiali florū, & fru-
ctuum cum drac. 2. fol. senæ q. 5. f. potio, sed si in bolo accipere vel-
let, pararem elect. lenitium ad vnciam vnam cum drac. duabus
confectionis Amech. & bolos item, casiam quoque cum confest.
Amech, nec tantam forsitan perturbationem induceret, quantam
solet inducere cassia.

Vtatur postea aliquibus conseruis, borag. scilicet, euphrosini,
Conserua pro melanch. violarum, rosarum, fumiterra, melissam, vel solis, vel cū speciebus
melanch. dianthos, diambrae, laetificantis Gal. diamusci vtriusque vel fiant
confe-

confectiones in rotulis, confectio etiam alchermes valde utilis esse solet, & eleet. de gemmis, extrinsecus laudo balneum aquæ dulcis tepidæ, in quo violæ, malua, althea, lactucaque sint incocta, leque *Balneum.* totum immergat per diuidum horæ excepto capite, duabus ho-
tis ante cibum, vetriculus vnguentibus corroboretur, oleo scilicet masticino, de menta, de absinthio & huiusmodi, ad temperadum dolorem hemorrhoidum vtatur modò oleo de grisomellis, mo-
dò latè muliebri, quandoque vnguento rosato Mesues, nonnun-
quam etiam vnguento refrigerante Gal. quod si his lenioribus nō
cesset paretur hic puluis subtilissimus ad leuigationem supra por- *Puluis ad*
phyritiem, & superponatur lbcō dolenti, ita vt puluere totum ani *leuād. dolor.*
orificium cooperiatur, & cum linea petia lenimento semplici lini-
ta venarum oricia contegantur, & totus anus.

Hic puluis valde adhæret, sinatur per horas viginti quatuor,
deinde spongia vino imbibita detergatur, & iterum puluis appo-
natur eodem modo per sex vel octo dies, ita est procedendum do-
nec dolor, effluxusque hemorrhoidum sedatus sit, remedium est
admirabile mihi que longo vsu expertum, sanat enim hemorrhoi-
das tum caecas tum apertas desiccando, & absumendo, ratio paran-
di puluerem talis est.

Rec. Pulueris rosarum	drac. 3.
Mysios.	drac. 1. s.
chalcytidis	drac. 2. s.
squammatæ eris	drac. 1.
aluminis scissi.	scrup. 2. bene loti, misce & fiat puluis subtilissimus ad leuigationem.

Circa chirurgiæ fontem duo sunt consideratione digna, vnum est
vtrum conueniat aliqua sanguis missio, & per quam partem &
quantitas, alterum est virum faciendi sunt fonticuli, & in quibus
partibus, de sanguinis missione ira arbitror incedendum, si vires
constantes fuerint, ita vt per dies plurimos hemorrhoides sangu-
inem copiose non effuderint, laudo vt vnciæ quatuor vel quinq;
sanguinis extrahatur à vena iecoraria sinistri cubiti, si verò hemor- *Duo cōside-*
rhoides diu suppressæ fuissent, & ex illa suppressione aliquod dāni *rāda in chī*
immineret, eligerem potius sanguinis extractionem per hemor- *rurgia.*
rhoidales venas quam per sectam brachij venam quantitas metien-
da esset à viro exc. præfenti qui gerit illius curam. *Melior elec-*
tio de extra
bendo san-
guine.

De fonticulis hæc est mea sententia, si ex macie non imminet timor futuri doloris, laudo ut duo cauteria paretur alterum in brachio dextro, alterum in crure sinistro, nam per hæc duo emissaria icores corrupti sanguinis, qui fuligines melacholicas ad caput deferunt, & reuelūtur ad cor, quod si fortassis eueniret ut quatuor vel sex mensēs locum illum non inueniret ad sui expurgationem, ut claudantur hortor, quia inutiliter non sunt ferenda, hæc est ergo mea sententia in difficultissimo, & fortasse incurabili morbo, quā libentissime excellentissimi viri prudentiae qui curae illustris domini praesidet subijcio. D.O.M. omnium languorum sanator desiderii nostri votum absoluat, ut si sanari adamussim non possit, trāquilliori saltem vita fruatur.

P R O B A R O N E P O L O N O L A B O R A N T E.
tumore pedum, & tibiarum edematoso, lienisque, & difficultate respirationis.

De humore edematoso. **V**Alde miror quomodo Illustrissimus Baro in ætate decrepita constitutus à tam magnis morbis, de quibus ad me accurate scriptum fuit euaserit, id aliunde quidem euenire non potuit quam ex optima constitutione nativi corporis Illustrissimi viri qui ab ortu naturæ procera vitæ principia obtinuerit, quæ robur conseruarint: nam si febrem diuturnam, si pedum, & tibiarum insignes tumores, si continuum rheuma, si difficultatem respirationis, si iecoris, & lienis obstrukiones, & tumores, si dolores dentiū, sitim ingentem, vigilias, & renum calculum ex una parte considero, ex altera vero virtutes omnes vitales naturales, & animales, quæ in ætate octogenaria solent reperiri, vix mente possum concipere ipsum ab interitu haec tenus euasisse, euasit tamen Dei omnipotentis auxilio.

Arguunt hæc calorem natuum à natura validum fuisse, ostenditque Illustr. Virum optimam temperaturam fuisse conformatum, quia autem tumor pedum adhuc reuertitur, & adest aliquid respirationis difficultas cum aliquo tumore lienis, queritur an isti tumores sint simpliciter tumores cum hydropica dispositione, an vero sint hydropisis veræ principium?

Argumentatio vere hydropis. Valde suspicor veram hydropem imminere, pituitoso sanguine, aqua, & flatu immixtam, nam consideranti mihi tumorem lienis relictum, illamque respirandi difficultatem, intra peritonēum, licet suspicari aquosum humorē collectum else, ac flatulentum aerem.

aerem crassum, quod ab re minime videtur esse, nam ætas natuū calorem valde paucum ostendit existere, ægritudo fuit longa, obstrunctiones multæ, tumores vtriusque visceris naturalis, & cum fo-
uea in carne remaneat dum figitur digitus, iudicandum est hunc tumorem veræ hydropisis principium esse, & per consequēs cum sit in ætate decrepita curationem minime admittere posse, quia *Hydrops est hydrops est ex illis morbis, de quibus Hip. loquens primo de mor- morbus mor- bis dicebat; Sunt morbi qui dura fiunt cum illis moriuntur, nam talis.*

Hydrops est
Hydrops vi

Omnis hydrops vitio hepatis contingit, aut per primariam affe-
tione, aut per consensem aliarum partium, propter vtranque contingit.
contigisse causam credendum est, nempe per tumorem paßum in
hepate, nec non etiam per lienis tumorem insignes obstrunctiones
conspirarunt etiam ad hoc efficiendum, ventriculi imbecillitas, ca-
capitis destillatio, quæ natuū m calorem labefactarū, & prauum *Causa hydro-*
habitum cachexiam vocatum induxerunt ad quem hæc hydropi-
ca dispositio est subsequuta, cui si tussis aderit, & sitis, & febricula *pem inducē*
cestissimum erit signum, veramque hydropem existere.

Ex ijs igitur causis cum curatio sit impossibilis quid agen-
dum est? vita protrahenda quo magis fieri potest demulcen-
daque ac diminuēda ea symptomata quæ celerem mortem possint
inducere, scopi esse debent materias aquosas ac pituitosas euacua-
re, flatus dissoluere, obstrunctiones viscerum aperire, calorem na-
tuū ventriculi, hepatis, & totius habitus restaurare, quia tamen
iecur, renes, cor, & genus venosum facile accenduntur temperatis
vtendum erit, in quibus tamen ea vis resideat, quæ prædictis sco-
pis respondeant.

*Scopi in hy-
drope consti-
derandi.*

Quod autem ad artem chirurgicam spectat, quancunque san-
guinis missionem prorsus ablegarem, ne ad extremam refrigerationem
corpus ducatur, memor verborū Galeni lib. de venæ seſt.
aduersus Erasistratum c. 5. dicitis, neminē vnquam ausum fuſſe in hydropisi, alioue frigido affectu vlo detrahere sanguinem, in
huiusmodi nanque ex calidi ſucci euacuatione adhuc multo ma-
gis corpus necessario refrigeratur, & innatus calor qui per affe-
ctum antea quoque frigefactus fuerat extinguitur.

Fonticulos itaque duos laudarem, alterum in brachio, alterum
in crure, dummodo cancrenæ non subsit periculum, qua ſuſpi-
cione existente tutius eſſe arbitror à fonticulis abſtinere, niſi for-
te illos anteaſtis iam annis infixos habeat quo caſu ſunt conſer-
uandi, quantum ad pharmacæ partes attinet, laudo pro euacuan-
da acqua

da aqua, humoreque pituitoso vsum radicis mechiocani, quæ est veluti rheubarbarum album, infunduntur drac. 2. in vnc. 8. iuris pulli per noctem, deinde facta vnica leuissima ebullitione, ius cum toto puluere non colato sumitur quinque horas ante prandium, puluis sit subtilis, sed non missus per secerniculum, purgat per aluum blande, & abundanter aquofas materias, viasque vrinæ aperit, ac robur partibus indit, præsertim iecori, nullum ingratum saporem habet, & facile sumitur.

Vtatur hoc medicamento arbitrio medici sui singulis hebdomadis, vsum quoque salsa approbo, & cinnæ cum aliqua saffras portione, fiat decoctū in iure pulli, singulisque diebus de mane sumat vnc. 6. talis decoctū, cum quo si fuerit decoctus carduus benedictus facilius vrinæ vasa aperientur, vt etiam decocto seminum Peryclymeni soleo, herba matrisilua vocatur, vulgo ligabo-sco, quo vrina copiose educitur, & vtor triginta diebus.

Vrina si-
gnum salu-
berrimum. Cum autem sexta die copiosa videtur vrina, & appareat sanguinea, est signum saluberrimum, demonstrat nanque vias lotij aperitas esse, naturamque ad vasa vrinæ inclinare, vsum deinde comprebo theriacæ decem annorum, mitridati, dialacchæ, diacircumæ ex terius super tumorcs pedum, & tibiarum imponantur spongiae imbutæ, & expresse decocto facto in vino nigro, & aqua salsa, natura vel arte effecta cum radice arundinis, ligno guaiaco, betonica, roremarino, salvia, rosis, camomelo, myrto, balaustio, factaque fermentatione circumvoluantur idonea fascia, & ligentur, & ita per multas noctes gestet pedes, & tibia inuoluta, & ligata, vindemiarum tempore si illustris vir erit in statu conuenienti summopere vsum vinaceorum laudo.

*Ceruisia pe-
dibus offi-
cit.* Quantum ad rationem viuendi de ceruisia illud dicam facillime pedes petere, ac valde illis officere solere qui obnoxij sunt fluxionibus ob uim quam obtinet aperiendi, excellentissimus medicus perpendat vtrum deceat, aquam coctam ex cinamomo, aniso que confidere qua vinum album mediocriter diluatur, an ceruisia propinare.

Calido itē siccoq; vtatur victu, tēperate tamē sint calidaomnia ne febricula augeatur, & ne viscera inflāmentur, aer estiuus illi couenit vel natura, siue arte paratus calidus. f. & siccus, paucō vta-tur cibo, & facilis concoctionis, tenui potius quam pleno, vt pane biscocto, auibus montanarum, herbis diuersis, fēniculo, asparagi, cinnamomo, aniso, garyophyllo, pipere, seruet aluū fluidam vel clyster, vel aliquibus familiaribus pillulis, vt sunt pill. de agarico, mēceus,

mesues, masticinæ, & aggregatiuæ simul mixtæ ad quantitatem vnius drac.

Hęc itaque sunt quæ mihi occurunt præfagienda, ac instituenda, in affectibus pr̄ter naturam propositis viro Illustriss. quem D. O. M. ad sanitatem saltem mediocrem reducere dignetur, vt virā minori cum molestia degere valeat.

De Ischiade Gallica, pro ill. viro. N.

In ter dolorum species qui articulos solent torquere est dolor *De Ischia-*
coxendicus appellatus, qui, & ischiadicus dicitur, tum ratione *de Gallica,*
coxæ quæ tota per consensum afficitur, tum etiam propter os if-
chias a græcis vocatum, nil aliud est quam molesta sensatio ab hu-
more facta, vel flatu crassilo, vt plurimum pituitoso, & melancho-
lico, quandoque diffunderet parte sensibiles in acetabulo, & cir-
ca ipsum os coxæ.

Dum enim humor vel crassus flatus figitur, vel in partes carno-
fas, vel neruofas, aut membranofas, seu alio modo sentientes, fit quę
dam solutio continua, quæ tensionem, & dilatationem efficit, &
prout humor frigidior est, aut maiori quantitate effluens in sen-
sibiliore parte, aut aliquam acrem, & corruptentem qualitatem,
tam varios dolores generat, modo leues, ac toleratu faciles, modo
vehementes, & fere impatibles.

Signa quibus hic morbus dignoscitur manifestissima sunt, dum *Ischiadis se-*
enim fit sensus partis depravatus ob dolorem incipientem appa-
ret, motus animalis illius partis fit diminutus qui incipiens ab ace-
tabulo ossis coxæ, & ab articuli coniunctione quendam leuem tor-
porem inducit per exteriorem coxæ musculum. Causa materialis
huius morbi est pituita genita in ventriculo imbecilli, ob læsam tē-
peramenti frigidi, & valde humidi facultatem, quo fit ut prima
coctione plurima excrementa generentur pituitola, crassa, & ha-
tuosa, quorum magna pars ad caput debile delata, & ab eius cali-
ditate veluti attracta, & liquata iterum destillant ab eodem capite,
& ad varias nostri corporis iubicas partes decumbunt, ac di-
uersas efficiunt ægritudines prout in varijs partibus humor colli-
gitur, ta diuersas morborum species producit, quæ varia quoque
nominia fortuntur.

Nam si decumbat ad manus chiragra, ad pedes podagra, ad ge-
nua gonagra, ad ischiam ischiada affectio dicitur, quod vni-

*Causa mate-
rialis Ischia-
dis.*

*Pituita di-
uersos pro-
ducit mor-
bos.*

uersos articulos occupet, communiter articularis dolor, siue artriticus nuncupatur cum humore pituitoso fertur portio bilis, quan doque melancholica, nonnunquam sanguis, fit etiam ut à singulis humoribus possit fieri coxendicus dolor, sed tamen maiori ex parte ab humore pituitoso frigido, & humido originem trahere solet, ab intemperie quoque siue materia non raro fieri vidimus hanc affectionem propter scilicet perpeffum frigus ingens, quemadmodum in itineribus, & in ijs qui in nauibus, vel militiae multa patiuntur frigora, & hic dolor coxendicus à sola intemperie fieri dicitur præter has manifestas qualitates cum dolore articulorum coniungitur aliqua alia mala qualitas, de qua non leuis habetur suspicio, ea que est gallica lues, ita vt ob cariolas alias perpeffos, & gangrenam antiquam non curatam, mihi maxime timendum

Suspicio est vna cum humore pituitoso qualitatem gallicam coniunctam morbi Gal. adesse.

Hic enim uir temperamenti pituitosi, & melacholici adeo duorum mensium spatio ab hac dolore coxendico macie confessus est vt nisi spes morbi existeret ex illis, ex quibus non moriuntur ægri, nisi aliquid aliud illis contingat facile suspicarer, ne breui tempore interiret, & proculdubio ex macie, & dolore ita squalidus redditus est, vt verear, nisi repentina fiat curatio, ne in tabem, & marasmus labatur, si febricula emergeret;

Marasmus quibus oritur. Ut igitur curatio rationalis instituatur, videndum est qui scopus ante oculos habendi sint, quorum duo præcipui existunt, alter vt

Scopicurandæ Ischiadæ Gallicæ. partes quæ mittunt corrigantur, & ab excrementis quibus exuberant expurgentur, alter vt pars recipiens postquam ab humore in parte fixo fuerit emundata, robur acquirat, ne ita facile materias

à capite delabentes admittat, ventriculus calefiendus, exsiccatus, & corroborandus est, hepar quoque quod intemperie laborat inæquali ob excedentem illius caliditatem, & humiditatem ad symmetriam ducendum est, pituitosique humores, & icores absumenti, & exsiccati, qui scopi licet difficiles sint propter rebellem naturam humoris pituitosi, & melacholici, sitque morbus inueteratus cum aliqua luis gallicæ mala qualitate coniunctus, non tamen curatu est impossibilis, quandoquidem locus affectus loge diffidet à principijs viræ, estque æger in virienti ætate constitutus, nec adhuc idonea remedia fuerunt administrata, quamvis quidam empiricus pharmacopola potius fortuito quam ratione curationem frustra & inepte tentauerit.

Supposita igitur curationis spe, cum eadem remedia quæ ischia di con-

di cōferunt cōmunia sint morbo gallico, neque contrarietatē vilam habeant in ægrotante præsentī, curationem aggredior, habita prius totius corporis prouidentia, & sanguinis missione, & expurgatione, iniecto igitur clistere sanguis mittatur per venam basilicam dextri cubiti, sic enim seruabitur rectitudō, nam dextre coxæ pars afficitur, sanguinis vnc. 10. extrahantur, plus, minusue habita virium ratione, natura ægrotantis, ætate, anni tempore aeris constitutione, & alijs quibus sanguinis quantitas solet determinari.

Et quia ratio inueterati affectus, ex vna sanguinis missione utilitatem euidentem minimè recipere possunt, crederem sanguinem iterum extractum per venam pedis exteriorem, maximum illi beneficium laturum ire, quinque igitur aliae vnciæ sanguinis educantur; Et dum loquor de hac parte chirurgica, vt ab hac re me absoluam, cæteris peractis, duo cauteria prepararem alterum in brachio sinistro ad expurgandum caput, alterū in crure dextro, vt ab affecta parte longe humor reuellatur:

Quod ad medicamenta pertinet, alius leniatur, vel elect. lenitudo cum casia, vel diacath. vel manna, siue melie rosato sol. quod magis conuenire videtur rec. mellis ros. sol. vnc. 4.

Ad lenientiam alii.

Elect. Lenit. drac. 6.

Decoc. flo. & fruct. cord. q. s. m. & f. p. b. hanc sumat quatuor horas ante prandium.

Præparandi deinde sunt humores, decoctis, & syrups conuentibus, veluti sunt syr. de betonica, mellis ros. oximel. f. simplex syrups de ifopo, iua artetica, & in hanc redigere formam.

Modus humores præparandi.

Rec. fol. betonicae

fumi terræ } ana. m. f.
Cicoreæ }

Capillorum Ven.

Aqua communis q. f. f. decoctio. f. a. deinde.

Rec. dictæ decoctionis vnc. 4.

syrupi de betonica.

oximellis simp.

mellis ros. s.

misce pro syr. sumat num. septem.

Præparati humores expurgabuntur, vel potu, seu bolo, potus fieri poterit hoc modo.

Rec. Agarici præparati infusi & expressi à scrup. 4.
diacatol. drac. 6.

mellis ros. sol. vnc. 2.

cum decocto cordiali f. potio, si vero bolum voluerit sumere ita
paretur.

Rec. Pillularum arteticarum. scrup. 4.
agarici trociscati. scrup. 2.

cum melle ros. f. pillulae quinque, & deaurentur.

Ad exsic. et absum. via remedia. Expurgato toto corpore ad præsidium aliquod magnum confu-
giendum est, ut residuum materiarum expurgetur, exsicetur, &
absumatur, & quia varia sunt remedia, vt est decoctum cinnæ,
sassafras, falsæ, ligni guaiaci, hermodactilorum, aliorumque ex-
ficcantium, calefacientiumque, & per sudorem digerentium, ta-
le decoctum pararem, cuius sumeret vncias octo in mane, & totidem
in sero, in hypocausto calente sudando per spacium vnius ho-
ræ ad summum, consueto tamen tempore mediæ horæ vel tribus
horæ partibus.

Rec. ligni guaiaci limati vnc. 7.

falsæ pariliæ mundæ vnc. 3.

hermodactilorum vnc. 1.

Corticum ligni. vnc. 3.

Infundantur lignum, & cortices per horas vigintiquatuor, salsa
autem, & hermodactili per duodecim in lib. duodecim aquæ com-
munis, deinde bulliant ad consumptionem medietatis, & in fine
ebullitionis ponantur ad ebulliendum in sacculo hæc.

Rec. fol. Iuæ }
Betonicae } ana.m.r.
stecados }

Deinde colentur omnia, & seruetur decoctum pro syrupo. aqua
autem pro potu hoc modo fiat.

Decoct. pro syr. Rec. residuum, sed sine herbis, quia aqua corruptum aquæ cō-
munis lib. 16. bulliant ad consumptionem quartæ partis, & in fi-
ne adde ad bulliendum pugillum hordei. i. deinde coletur, & ser-
uetur pro potu quotidiano.

Sumat per triginta, vel quadraginta dies, prout morbus rebellis
apparuerit, & singulis octo diebus non sudet, sed pillulas quin-
que accipiat huiuscemodi.

Rec. pillularum de agarico } ana. scrup. 2. f. m.
arabicarum }

Cum

Cum melle ros.refor.pill.quinque,& deaurentur.

Victus ratio priusquam sumat decoctum esse debebit medio-
cris ex pane bene fermentato,& optime parato, ex carnibus boni
succi, pauci excrementi,& facilis coctionis,sicuti sunt carnes pul-
lorum,caponum,gallinarum,perdicum,turdorum,merularum,
vituli,hædi,palumbium siluestriū,& huiusmodi,oua recentia,fer-
cula sunt panatella,farrum,oriza hordeum,& reliqua optimi nu-
trimenti,pro potu his paucis diebus antequam deueniat ad deco-
ctum bibere poterit aliquam vini portionem diluti tamen cum
aqua cinamomi,vel anisorum,sive coriandolorum.

Postquam autem hypocaustum ingressus fuerit ac sudare ince-
perit victu tenui vtatur exsiccante videlicet pane biscooto, amig-
dalisa, vua passula, interdum quodue aliquam vitnli portionem as-
fati tam en sumere poterit,& aliqua oua recentia,vel dimidium pa-
lumbi silvestris assati,pro potu aqua secunda vtatur,vbi per triginta,
sive quadraginta dies sudauerit,& fese recte valere incepit,
vt citius acquiratur valetudo,ceteræque reliquiæ quæ semper re-
manere solent absuntur,vt poterit vel theriaca,vel mitridato,
aut confectione Diaspolitici,sive diagalangæ,vel huiusmodi,hæc
itaque mixtura erit accommodata.

*Carnes ele-
cta.*

*Modus uiuē
di in hypo-
causto.*

*Ad morbi
reliquias
tollendas.*

Rec. specierum Diaspolitici drac. 1.

Iuæ pul. scrup.2.

Theriaca optimæ drac. 1.s.

Saccari borag. vnc.2.

misce,cuius mixturæ sumat vnc.s.

Singulis diebus de mane,donec totam finierit.

In alijs autem rebus quæ ad rectam viuendi rationem per-
tinent, ita continenter feli gerere debet, vt moderatus se præbeat
in omnibus ,ne noua fluxio generetur, articulusue debilior red-
datur, abstineat igitur à vinis generosis,dulcibus,albis,& modera-
te bibat, à coitu vel omnino abstineat , vel saltem in feso tempera-
tissime gerat,sic de animi,& corporis motibus statuendum est, vt
ab agitationibus violenti vtriusque caueat,aeris quoque frigi-
ditatem debebit fugere,& humiditatem ,veluti huic affectui ad-
uersissimam,ac nocentissimam.

*De ascensu De vteri ascensu cum passione hȳsterica, quæ vteri strangulatus ap-
vteri &c. pellatur, pro Illustriss. Marchionissa. N.*

MOrbus Illustriss. ac excellentiss. vxoris suæ, ex signis quæ mihi narrata fuere, est vterina præslocatio, hȳsterica paſſio a Medicis appellata, quæ ſimul ascensum vteri coniunctum habet, vt ſep̄e tum in ſtomaco, tum in gula suffocationem patiatur, qui morbus non modo ſenſus omnes, ſed etiam ſepenumero ei ſurripit motum, vt mortua eſſe videatur, vt igitur tanto morbo opportuna afferantur remedia, neceſſe eſt ſcire cauſas à quibus ducit originem.

Opinio Gal. eſt, cæteroruīque probatorum Medicorum, hanc affectionem refrigerationem eſſe vteri propter obſtruūne illorum vaſorum, quæ ſemen, vel ſanguinem menſtruum transmittunt ad iſum vterum, ac ſemen, & ſanguinem menſtruum vaſru in prædictis vaſis adeo intercludi, vt putredine venenofa corrios efficit ripiantur, quæ gignit auram quæ ad vterum, & ex vtero ad alias morbos. partes de feratur, ſi cor, & ſtomacum petit ſincopen efficit, ſi ad caput aſcedit epileptiam inducit, ſi vero neruos inuadit ſpasium, necnon alia accidentia ſecundum partes duertas à tali vapore, ſi ue aura laefas excitat, pro certo haberi debet in hoc excellentiſſimæ domine morbo, vaſa per quæ menſtrua deſeruntur ad vterum ratio obſtru obſtructa eſſe, non autem illa per quæ ſemen transmittitur, & ēti uasis mē ratio huius eſt, quia præfocatiōnes, quæ ratione ſeminis putridi, ſtruālis. ac retenti contingunt ascensum vteri non faciunt, etenim obſer- Præfocatio uatum fuit experientia ab obſtetričibus facta, cum præfocatio ex niſ vteri ef ſemine retento prouenit vterum ſuo loco quiescere, iſumque di- feſtus va- gitis tangunt quod non euenit cum præfocatio ex menſtruiſ corruptis generatur, tunc enim ſuccendit vterus, ac veluti furens vagatur, modo ad ilia, modo ad dorſum, modo ad ſtomacum, in- terdum vero ad gulam, & ad caput impetum facit, & ſi vere mo- rum localis non ſit, quod Plato etiam metaphorice attigit cñm vte- rij.

Aura igitur quædam maligna ex veneno frigido genita ex cor- rupto ſanguine propter obſtructiōes factas circa vaſa quæ ſan- guinem menſtruum ad vterum deſerunt iſum, ac totum corpus refrigerando, ſenſus omnes, omnemque motum corporis auferit, hæ autem obſtructiōes ex materijs generantur, partim mēſtrua- libus, & melancholicis terreſtribus, partim vero ex phlegmaticis viſci-

viscidis, & tenacibus frigidis, ex imbecillitate ventriculi frigi-
di, humidi, & valde debilis genitis, horum intemperies membrorum
ex magno illo confluxu sanguinis originem traxit, cum ipsa maxi-
mè vitæ suæ imminentे periculo, foras secundas expellere labo-
rauerit, insuper accedit abortus, quem proximis diebus fecit, quæ
omnia ita imbecillum vterum reddiderunt, vt neque obſtare
qualitati prauæ illius auræ frigidæ, ac venenosæ, neque materias
illas quæ ipſum obſtruunt vincere valeat, & ex hac ipſa cauſa,
nempè ex larga sanguinis euacuatione facta, ſtomacus frigidus *Cauſa crudi- effectus eſt*, qui cum bonam diſtione non faciat, cauſa eſt, vt *diratis*, &
multe cruditates, multique generentur flatuſ, qui poſtea circum flatuſ.
partes naturales collecti, accidentia augent.

Vt igitur ſua excell. Ill. curetur, obſtructions vasorum vte-
ri de medio tollendæ ſunt, & prohibendum, ne augeantur, &
propter imminentē periculum præfocationis ſanguinis menſtruuſ *Vteri, ac ſto- macbi mu- nuſ.*
euacuandus, prouidendumque, ne in posterum amplius detinean-
tur, vterus calefaciendus, & corroborandus ne illum vaporem
recipiat, ſtomacus quoque calefaciendus, exſiccandus, & corrobo-
randus, vt bonam faciat coctionem, & ne tot ventos generet, qui
non ſolum morbos augent prædictos, verum etiam ſep̄e ex ſe ſe-
uiflma vterina accidentia producere poſſunt, ſi huic morbo dum
recens eſt, & ætas adhuc florens, annique tempus, autumnale ſci-
licet ſatis cōmodum diligentissima, & perfecta adhibebitur cura,
morbum curari poſſe, excell. ſuam à tot corporis animique mole-
ſtijſ liberam euadere poſſe ſperandum erit, at ſi occaſione negle-
cta in hiſ principijs remedia admittere non curabit, verendum
erit, ne morbus rebellis euadat cuicunque potenti remedio.

Necelarium igitur existimo quoad chirurgiæ partem attinet
ſanguinem ex vtroque pede educere, die tamen uno interposito,
ex vtroque inquam, eo quod ſi vterus ad dexterā partem tantum,
vel ad ſinistrā ſolummodo ſe recipere, laudarem ab una ſolum,
vel faltem ex alia ſafena educi, verum quoniam ascendit ad ſto-
macum, & gulam, & fortassis ad caput, licet, (vt ſuperius dictum
eſt) verè motus localis non exiſtat, extat Auicennæ regula am-
babus partibus educi debere, de quantitate autem prudentis Me-
dici ſit iudicium, qui præſens aderit ea respiciens, quæ ſanguinis
quantitatē limitant, in ipſo paroxiſmo ob ſuffocationis pericu-
lum, Gal. & Auicen. ſanguinem educi iubent, frictiones, partium,
ligaturæ, ſuppositoria, clyſteres, ſuffumigia odorifera vuluæ appo-
ſita ſunt utilia, odor rerum mālē olenſium appoſitus naribus ma-

*Auicennæ
regula de
educendo san-
guine.
Ad suffoca-
tionem pro
hibendam.*

gno erit adiumento, vt est assa fetida, castoreum, galbanum, aliaque huiuscmodi insuauit odore praedita, conduceat inter coxas eletrum, muscum, ciuetium, & iuuumigia adligare, quae omnia vtilia existere sum expertus.

Sulphuris *combustio*, *ad prætacionem enim.* Sed inter cætera odor sulphuris viui miræ virtutis est ipsum sub naribus comburendo, ita vt fumus recipiatur, donec præfocata reuiuiscat, atque respiret, deinde probo vt fonticulum quem habet in brachio apertum gestet, sed alium quoque in crure vtero pposito, ac iecoris ratione sibi curet inuri, quantum autem ad pharmaciam pertinet corpus expurgandum est, itaq; si placuerit ipsi in bolis medicinam accipere poterit elect. lenitiuum sumere cum speciebs hieræ. Gal. si autem potionem maluerit, mel ros. fol. cum elect. lenit. & decoctione seminum citri in aqua matricariae facta, deinde per sex, aut septem dies sumat, mane ius pulli alterati cum matricaria, melissa, betonica, menta, laudula, boragine, cicorea, & capillo veneris, postea accipiat medicamentum in bolis.

Rec. lenitiui.

drac. 10.

Reub. electi.

scrup. 4.

Si vero potio magis illi arridebit Reub. in fundatur elect. cum suis correctiuis per horas octo in decoctione cordiali florū, & fructuum facta in aqua matricariae, addendo quatuor vncias mellis ros. solut. & drac. 6. electuarij lenit. f.p. quam horas quinque ante prandium biberet, in de si potuerit per horam dormiat: hac vniuersali expurgatione peracta biduo quiescat, postea per quinque dies manu aquam Tectutij bibat prima vice cum vnc. 3. mellis ros. solut. in primo poculo, super bibendo alias quinque libras aquæ, alijs se. nper augeat quantitatem, vsque ad septem libras, deinde reuertatur ad quinque, ac in primo poculo parum salis imponat: post propinationem aquæ biduo quiescat, & vires recreentur.

Modus sumendi aquæ Tectutij.

Deinde, per viginti aut vigintiquinque dies ius palumbi filistris iuuenis incipiatur sumere in cuius ventre sassafras, cinna, matricaria, adianton, betonica, cicorea, borago, & menta in aqua communi sufficienti imponantur, bulliatque ad consumptionem duarum partiun, huius decoeti singulis diebus in mane vnc. 6. sumat, & vnc. 4. vespere autem horis quatuor ante cibum, iubeat, etiam parari sibi parum aquæ cocta cum cinna, & sassafras quæ diluat vinum, hac hyeme theriaca vtatur veteri, bis in hebdomada dimidiam draconam sumendo, quatuor horas ante prandium ieiuno stomacho, & sic per tres menies perseveret, teneat super umbilicum.

bilicu*m* iugiter hoc cerotum supra pannum purpureu*m* extensu*m*,
cunque exsiccatum fuerit innouetur.

Cerotu*m* pro

Rec. Galb. optimi vnc. 1. spetierum Galliae moscatæ drac. 1. & suffoc.
& cum oleo spicato odorato simul misceantur secundum artem,
& fiat cerotum, quod supra prædictum pannum distendatur, inun-
gatur stomachus oleo nucis moscatæ, ab synthijs, & menthe, odorife-
ras quoque res femoribus gestet adligatas, quæ materiei sint gra-
tæ quia facilius se continebit in suo loco.

Quantum ad victus rationem quæ necessaria est in hoc morbo
paucis me expediam, cum sciam excellentiss. dominam prudentis
fimam, & accuratissimam esse, illud tantummodo dicam, vt à cibis
flatuolis, caueat, melancholicis, excrementicijs, & difficilis dige-
stionis, vtatur cibis bonæ substantiæ facilis digestionis, & abstri-
butionis, bibat vinum stomacho suo conueniens, paruum, rubrum,
& bene maturum, non dulce, non austерum, nec generosum, aut
crassum, neque fumosum, nunc cum sit tempus quo vina parantur
Vinum me-
& cinnæ, folia matricariæ, betonicae, capilli veneris, melisse, boragi-
ni, & cicoreæ, in pauca tamen quantitate, ne vinum ingratum sa-
porem recipiat, purus sit aer, bonaque habitatio, non frigida nec
humida, neque ad septentrionem vergens, modice dormiat, exer-
cia sunt moderata, nec diutius ociosa se contineat, nec nimis de-
tineatur aciculæ, & suendi studio, vel alia occupatione, sed vitam
letam, & iocundam traducat quoad fieri potest, alium fluidam te-
neat clisteribus, aut prunis coctis in optimo vino albo, in quo
prius infuse, & decocta fuerint drac. 1. sol. senæ, & drac. 1. cinnamo-
mi optimi, comedendo ex illis prunis quatuor, vel sex ante pastum,
ac bibendo quatuor coclearia ipsius vini hęc mihi dicenda veniūt
ob salutem illi. & Excellentiss. Dominę suæ, cui pristinam valetu-
dinem Deus optimus Maximus largiatur.

di - pro suf-
foc.

Ad fluida
alum.

Ad Excell. Medicum Marcellum Caravagium Cremen-
sem, pro epileptico.

Ex tuis literis tanta commiseratione commotus sum vir inte-
gerrime, vt doloris vi coactus lacrimas continere non potue-
rim, haec enim dilectissimi nepotis tui singularis amici mei, recor-
dationem in mentem reduxerunt, cuius aduersæ fortunæ iustum
lethalem, dum saepè numero infortunium duabus tuæ confide-
ro, opus est deplorare, quid enim tibi iam seni durius ac-
cidere poterat, quam tam filium, omni virtutum genere precla-
sum, animique bonitate prædictum tam repente in ætate florenti

Deepilepsia

Consolatio
de morte ne
potis.

amit-

amittere? ego quidem D. Opt. Max. testor, illum me acerbissimum dolorem ex Iacobi nostri dilectissimi obitu perpeſsum esse, quem ex interitu vnius mei patris sustulisseſ, dumque illius factamente reueluo, cor meum, quaſi gladio transfigitur, quis enim in christiana disciplina fuit vñquam melius educatus? quis in philosophijs ac in Platonica præfertim rectius alitus? quis diuinitate morum eo suauior? in medicina autem facienda quæ maior dexteritas, & humanitas vifa est vñquam? quis in amicorum officijs accuratior? quæ alias ob tui doloris excessum tecum agere non sum ausus; nunc tuarum litterarum benignitas scribere cogit, & niſi exploratum haberem ex harum rerum recordatione dolorem magis, ac magis inualeſcere, tecum plurima de perfectiōnibus Iacobi nostri dilectissimi agerem, sed quia dum mortalia tractantur vulnera magis dolent ideo ne(dum consolari te cupio) maiorem afflictionem afferam afflictio, huius recordationis meſtissimæ sermonem silentio inuoluam, hoc solum tibi pro philosophica, christianaque confolatione cogitandum relinquo quod si pium filium amisisti, nihil est quod illi metuas cum in tuto sit, nec diutius lugere debes, quamvis immatura mors tam carum ne- potem tibi sustulerit, non enim ante tempus fuit, quod in omni tempore fieri potest: in omni ætate plurimi morti sunt obnoxij, in adolescentia infiniti, nec illud te præterire debet irreparabilia flere superuacanæ perturbationis verius quam pietatis existere, in Deo itaque ac in temporis cursu spem omnem tuam reponendam considera, quandoquidem Deus est auctor vitæ, & mortis, & tempus deuorat omnia, nec quod sis senex desperes, nam aut viues adhuc per multos annos, aut morieris, si viues temporis vicissitudine omnia transmutantur, & obliuioni traduntur, & ideo degens vitam adhuc tu es in spe continuum hunc animi mœrorem demulcere posse, si vita functus eris exultare debes, quia quod citius morieris eo citius illum in numerum beatorum translatum reuideris, cum ambo fidei Christiane, bonisque operibus addicti catholicè semper vixeritis, simul etiam eritis glorioſi, cùmque prudentissimus Medicus, ac sapientissimus sis Philosophus, & ab omnibus semper talis fueris iudicatus, noli quaſo tui ipsius, tuæque prudentiæ esse immemor, in aduersis fortitudinem animi abiſce re noli, te semper alium Catonem, alium Socratem ostendisti, forti igitur animo hac feras aduersa, ſciāſque te innumerous prope amicos habuiffi, qui tecum acerbam illius morte deplorauunt.

Tu quidem tua Esculapij arte illum sanauifſiſ, ſed aliter crea-

tori

Non est ante tempus, quod in omni tempore fieri potest.

Omnium rerum est viviſſitudo.

tori cuius visum est, hæc à me accipe tanquam à filio tibi deditissimo, sciasque nihil tam arduum esse, tamque difficile quod pro viribus meis, tui causa, ac amore non sim aggressurus.

Sed ad nobilissimum patientem epilepsia vexatum orationem conuertamus, circa cuius curationem non est quod pluribus morrer, tum quia morbi species est lucidissima, tum quia ægrotus te magnum Medicum nactus est, quem semper ut alium H. p. colui, vt non sit necesse solis lumini minute stellæ radios adhibere, vt tandem exceilent. eius fratribus mihi summa, & antiqua amoris vicis studine coniunctis morem geram, vtque suis pergratis literis respondam, hæc pauca ad te scribo, quæ confirmandi gratia ea quæ à te viro doctissimo scripta sunt, à me in medium afferuntur.

Epileptico igitur affectu corripitur, quæ passio omnes principes, secundariaisque animalis actiones lœdit, imaginatio nanque intellectus memoria abolitæ sunt, sensus aboliti, motusque est deprauatus, & cum actiones istæ in capite fiant, locus affectus erit caput, quod cum per essentiam, & consensum affici possit, licet à iecinore, & à ventriculo per consensum, & sæpè efficiantur epileptici motus, foueanturque, tamen non per consensum tantum fieri, sed etiam per essentiam moueri suspicor, quia sæpè aduentante accessione ipse nullam offensam, lesionemue in partibus inferioribus sentit, interrogatoque eius excellent. fratre qui hic Venetijs reperitur, patientem dixit de nulla inferiorum partium molestia minime conqueri, nec ante paroxysmi aduentum, nec illo incipiente, quare admodum animi pendeo, in cerebro iam labem esse contractam, quod si capit is fietat gravitatem, visum habeat tenebris, ac hæbeteni, vertiginem, sensum tardum, & vehemens fiat conuulsio, res in confessu est per essentiam in capite fieri, at si palpitatio, ventriculi turbatio, erosio, epilepsia sedatio humore per vomitum vacuato, accessio, vel irritatio cum tarde cibum, aut nullum sumat, præcedat, siue aliqua pars manifeste affecta sit, à qua non obscurè feratur ad cerebrum, vel vapor aut humor, tunc per consensum fieri alicuius partis est iudicandum, quæ signa cum ad me non fuerint scripta nec ore relata ab excellentissimo viro eius fratre a me diligenter interrogato, hanc quidem ægritudinem foueri à partibus inferioribus ad superiora mandantibus valde suspicor, sed iam per essentiam contractam esse in cerebri substantiam intemperiem malam, frigidam, ac melancholicam, ibique quamplures humores frigidos, & melancholicos, vaporesque crassos, & tetros reperiri nulli dubium est, qui

Epilepsia
effectus.

Quomodo
in capite co-
trahitur epi-
lepsia per es-
sentiam.

Epilepsia
co-trahitur
per consen-
sum.

dum ad cerebri ventriculos mouentur illam obstructionem pariunt, cuius merito animales spiritus illam patiuntur clam.

*Causæ ex-
terna epile-
psia.* Causæ cur nobilissimus iuuenis in hunc miserandum inciderit infortunium, ipsæmet sunt tum internæ, tum externæ quæ à te excellentiſ. viro fuerunt relatae, inter causas externas, inordinata & confusa, n arbitror viuendi rationem fuisse causam, vt multæ cruditates congererentur, & quamplurimi melancholici humoris, & fœculentiæ iecinore efficerentur, & generarentur; inéqualis quippe in temperatura membrorum ventriculif. siliæ, & iecinoris adiuncta renum, & cordis caliditate efficiens potest existere causa, vt multi humores heterogenij, melancholici præsertim, & terrestres geniti sint qui ad caput frigidum delati, & humidum, longa tamen mora, essentiale in capite affeſtum produixerint, nec est mirandum essentiale iam factam epilepsiam fuisse in capite, siquidem à sui ortus principijs, debile, & excrementosum habuit cerebrum, vt indicarunt icores, & melicerides, quibus ab incububilis abundauit, quæ omnia cum ita sint, clare pronunciare videntur hanc curationem omnino impossibilem esse, tum quia in cerebro per essentiam est infixa, tum quia excessus intemperie rum partium principalium est insignis, & inter se contrarius, claraque est Hipp. sententia: Epilepsiam ante pubertatem ammotio nem recipere, post verò vigesimum quintum annum ferè comitari ad mortem.

*Melanco-
lici epilepti
ci euadunt,
& econuer-
uersò.* Huc accedit quod etiam melancholicus effectus sit vt audiui, quod sàpè solet contingere Hipp. scriptum reliquit, vbi scribit sàpè melancholicos epilepticos, & epilepticos melancholicos euadere, ex quo maior insurgit dubitatio de spe salutis, illud cui nobis studendum est habet duo capita, alterum est ne in deterius labatur, alterum vt rarius illi contingat accessio, & hos ambos scopos posse consequi sumus in spe, & eò magis cum adhuc valida illa prædicta non fuerint administrata, quæ in posterum facienda à viro excellentissimo in medium fuerunt al lata.

Si enim hoc corpus totum diligentissime expurgabitur, & à te proposita remedia sumperferit, viuendique rationem ad vnguem seruauerit, cur nō debemus sperare ad meliorem statum eum non

*Praefidia
pro epile-
psia.* esse peruenturum?

Ad præsidia itaque medica descendendo, transactis his æstiuis temporibus, caloreque aeris temperato, approbo vt ante omnia, totius

totius vniuersalis prouidentia corporis habeatur, conuenienti euacuatione adhibita, quæ tum per purgationem, tum per sanguinis missione erit facienda, & vt ordine procedam, primuna de pharmacis loquar, deinde de chirurgicis auxilijs, tertio de nique de salubri vietu; & ita laudo vt prius aliis leniatur, vel elect. lenit. vel speciebus hieræ, aut syrupo de polipodio domini Augustini, vel Mercurialis, qui parum differt ab eo Augustini, clementer enim humores melancholicos vacuat, & pittuitosos.

Præpararem postea humores cum syrups de lupulis, fumaria, betonica, mel. ros. oximelle, cum decocto fumariæ, cicoreæ, hypersopi, rad. peoniæ, betonicæ, thimi, pulegij, & huiusmodi, semper addendo ea, quæ vim contemperandi feruorem iecinoris habent, veluti endiuia, siue condrrilla, seu sonchus, vel similia, humoribus præparatis ad expurgationem eorum erit accedendum vel pillulae, vel cochijs, vel sine quibus, seu partem viuus cum alterius parte miscendo cum agarico trociscato, aut si libentius sumere velit medicamentum in potu, probarum vt diluto agarici, & rheub. vt teretur cum diasena, vel syrupo de polipodio, & confess. amech, vel etiam elect. Indo minori, & maiori, infecta etiam infusione, & diff. in decocto florum, & fructuum cordialium, nec vñica purgatione contentus essem, sed iterum humores præpararem cum eisdem syrups, & prædictis pillulis, denuo corpus expurgari velle in duobus tamen interpositis diebus, vt vires quiete re, & cibo possent recreari quod semper facere est tutum, dum ad aliquod magnum remedium, euacuatorium præsertim transire volumus.

Quo facto ad ligni guaiaci, salsa que pariliæ decoctum quasi ad sacram anchoram, siue probaticam piscinam illum manuducrem, in quibus præter Deum totam spem meam ponere consueui.

Quid enim est in arte nostra, quod æquè possit excrementa sixa in penitioribus substantijs membrorum, & præsertim cerebri digerere & absumere, vt ligni guaiaci decoctum, & salsa modo debito exhibitum? quia per hoc intelligo vt sudet, aut sub vaporario quo communiter vtuntur Gallica labe infecti, vel in hypocausto, si Cremæ adesset laudarem vt in ipso sudaret, & vescatur pane bis cocto, vuis passulis, amigdalis, & sorbilibus ouis, & quandoque vitulina carne assata, ordinarem auctem hoc decoctum *epilepsia.*

Temperantia feruoris iecoris.

Ante Irem dia prius corpus est expurgandum.

Sume-

Sumerem ligni guaiaci optime in scobem redacti, falsæ parilię electæ mundæ, singulorum vnc. 5. hermodatilorum vnc. 1. aquæ communis, lib. 12. fiat infusio ligni per horas 24. falsæ autem, & herinodatilorum per 12, deinde bulliant S. A. ad cōsumptionem medietatis, & in fine ebullitionis addantur in sacculo hæc ligata simplicia, rec. fol. beton. lupul. melis. car. bened. cicor. end. an. m. f. florum cardial. florū stecad. hord. ana. p. l. radic. peoniæ vnc. f. deinde facta forti expressione, & colatura seruetur pro syrupo, cuius sumat vnc. 8. in mane, & in sero totidem, sudet plus hora, minusue quadraginta autem dies perseveret plus, minusue pro vi rium tolerantia, quæ quandoque erunt reficiendæ in itinere, vt melius ad finem usque perferre possit, pro potu autem utatur hac aqua.

Aqua pota da pro epilepsia. Rec. residuum, aquæ communis, lib. 18. bulliant ad consump. 4. partis, fiat expressio, & colatura, & pro potu quotidiano seruetur, singulis octo diebus syrupo, & sudatione intermissis accipiat vel aureas pillulas, vel cochias, aut fine quibus, seu singularum aequalē partem, & eodem die carnes comedat elixas, panem in iure, oua sorbilia & huiusmodi, postquam verò hæc peracta fuerint, si tempus erit idoneum, vel saltem sequentiæ state, aliud excellentissimi consilium laudo circa aquas apponitanas, nam & illas haurire, & stillicidium in caput assumere poterit, nam digerendi, & deficandi vim habet, ventriculo, capiti, alijsque membris debilibus humectatis nimium, ac refrigeratis opem ferut nervis, præsertim pinæ, alijsque partibus quæ indigent robore, laudatur theriacæ usus, diateferon silua, extat eorum quæ creduntur à tota substantia scontra epilepsiam valere, vt peoniæ radix, viscus querinus, cornu ceruorum, humanum cranium, & alia similia, vnguis onagri, quæ cum excellentiss. viro sint nota nihil est vt in his recensendis sermonem prolixiorē efficiam, exterius utliter illinitur caput, medulla spinalis nuca, vnguendo ex bdelio vocato, caput purgijus quoque erit utēdum in hora paroxismi, si oleum ex sicionio, idest cucumere agresti, naribus immitatur citius laudabitur, & hæc sufficiant circa pharmatiæ partem.

Capitis int̄io pro epilepsia. Circa vero chirurgicam versando, bis sanguis meo iudicio mit tendus est, semel à dextro brachio ex basilica, alia autem vice ab hemorroidibus, ita vt quatuordecim vnciæ partitis vicibus educantur, ab hemoroidalibus venis sanguinem libenter extrahemrem, melancholicum enim sanguinem eliciunt, & à capite reuelunt, conspiracyem enim cum iocinore, & capite habent, hæc

autem

autem partita sanguinis missio, post alui lenitionem erit facienda vno siue altero interposito die.

Præterea tria naturæ emissaria arbitro esse paranda, primum in occipitio, secundum in sinistro brachio, tertium in crure dextra, vt quæ sensim generantur, sensim quoque expurgentur, ab his namque humiditatibus icorosis, auribus cōtinuo capitis substantia imbibitur, ac riores fuligines ab ijsdem atolluntur, quod si fonticuli parati erunt, nec tot fuligines eleuabuntur ad caput, nec tot humiditates ipsum irrorabunt.

De vietus ratione non est tempus terendum, nam in dies à te scuti, & alia describi poterit, à vino abstineat, cuius loco aquam bibat, ex cinamomo, & coriandro confectam, & ita in cibo, somno, psia. motibus, animi, & corporis, clisteribusque, & reliquis ita se gerat quemadmodum describentur à te, & sicut in foelix huius morbi conditio videtur requirere, quæ cum sint instituenda prout occasio singulis feret diebus, non est cur te longiori sermone detineam.

Hoc tibi persuadeas velim optime vir te non fecus, ac patrem à me diligi, ac venerari, tuam enim benevolentiam in me semper exoptavi, ne quæso tuus erga me amor in futurum deficiat: domino nostro patienti nobilissimo verbis meis salutem dicas, & sanitatis spē nuncies: Deus Opt. Max. illi corporis incolumentem, tibi in aduersis fortitudinem animi, & mihi demum utrisque inseruendi ansam impertiar. Vale. Venet. 25. Iun. 1593.

De urinæ ardore, ac difficultate, pro Ill. Comite

N. Bonon.

Affectus præter naturam à quo Ill. Comes solicitatur, est urinæ cum aliqua difficultate, & ardore redditio, quæ à græcis tranguria, seu potius dysuria appellatur, huius curationem Il lustrissimus Comes requirit, vt hac imposterum à lapidis generatione tutas esse possit:

Urinæ difficultas licet à varijs causis originem habeat, nempe à caruncula, fanie, pure, lapide spiritu flatuoso, sanguinis grumo, hæc tamen dysuria ab istis non tragit originem, sed fit ab humore crasso, viscidio, quibusdam arenulis insperso, quod oculis conspicere ab uno quoque potest, nam & viscida filamenta, & quasdam arenu-

Fonticuli
tres preparandi.

*Alia aqua
pro epilepsia.*

De dysuria.

*Origo diffi-
cultatis urinæ.*

arenulas mingit, cuius ut rationalem instituamus curationem, que
sint eius causae videndum est, & quomodo materiae pituitosæ vi-
scidæ generentur, vtque ex his supercoatis, & assatis arenulæ ef-
ficiantur, & vrina acrimoniam acquirat, quod quidem non erit co-
gnitu valde difficile, si primorum membrorum temperaturas co-
trarias perpetas habuerimus, ex quibus heterogeneæ materiae ge-
*Causæ diffi-
cultatis vni-
tæ.*
nerantur, si quidem Illustriss. Dominus Ventriculi coctionem di-
minutam habet, non enim probe concoquit, & chylum perficit,
quod tum ob intemperiem valde humidam, & aliquo modo frigi-
dam eiusdem ventriculi contingit, tum propter externos errores
qui iugiter committuntur, non solum in his quæ eduntur, & bi-
buntur, promiscua, & frequenti comedendi ratione, à quo pluri-
mæ cruditates efficiuntur, sed etiam quia idem calor ex frequen-
tiori vsu veneris hebetatur, hepar autem calidum est & igneum,
ac sua caliditate pituitosas materias ceu absorbens atrahit, eiusq;
portionē adurit, asflat, & acriores reddit, quæ ita tostæ ad calidiss.
renes, & debiles deferuntur, in eorundemque substantia, & anfra-
ctibus retentæ magis exsiccantur, & aduruntur, & in arenulas, &
lapillos conuertuntur, vrinaque acrior euadit, & turbulentior, ex
quo postea efficitur, vt istæ materiæ ad vesicam sua acrimonia, &
asperitate delatae, ardorem, erosionem atque dolorem inducunt,
& pars pituitosior, & crassior foraminis vrinario quandoque sit
impedimento.

*Pituita cau-
sa materia-
lis dysuria.* Origo igitur huius mali est ventriculus improbum chylum ef-
ficiens pituitosum scilicet, quæ causa est materialis. Deinde cali-
ditas iocinoris, & renum excedens existit, quæ est causa efficiens ut
arenulæ generentur, & aliæ materiæ acres, & biliosæ, quæ cum vrini-
na crassa admixtæ, vrinaria instrumenta obstruunt, & velli-
cant.

Caput quoque valde humidum habet, & olim ad oculos, & ad
aures ingentem fluxionem passus est, postquam rautem haec mala
circa renes sentire cepit, non amplius oculorum, auriumue ægri-
tudines perpeccus est, quod aliquam suspicionem nobis potest in-
ferre id contingere quod Gal. tradidit, nempè fluxionem, quæ ad
oculos, vel aures procumbebat, nunc ad renes, & ad ventriculum
demigrare, hec itaque esse perspicuum est.

*7. Merh.
cap. II.* Sed antequam ad scopos curationis accedam, illud tangere vo-
lo, quod mihi aliquam ingerit suspicionem, & est quod licet dixe-
rim à caruncula hanc vrinæ difficultatem non fieri, attamen non
sum adhuc tutus quin aliquo pacto suspicer initium aliquod su-
percre-

per crescentia carnis circa vesicæ collum adesse posse, de qua re periculum facere nolui cathetere, quia Ill. Comes ex tempore abitus est hinc, poterunt tamen viri Clariss. qui eius curæ præsunt, priusquam curatione aggrediantur immisso cathetere auspicari, an carunculae alicuius adsit vicium, quæ dum curatio perfecta absolvetur erit auferenda.

Vt ergo ad scopos curatiuos reuertar, ventriculus exsiccandus est, & modice calefaciendus, atque corroborandus, hepar & renes *pro dysuria.* iusto calidiores refrigeranda sunt, humores acres temperandi, crassiores, & viscidiores attenuandi, & incidendi, viscidii abstergendi, quæ cum maiori ex parte ex mala viuendi ratione dependeant, nisi vietus ratio continenter corrigatur, proculdubio non solum medicamenta omnia, & alia remedia erunt irrita, & inania, verum etiam insigne afferent detrimentum.

Nec tutus erit Illustris. Comes quin in posterum lapis possit generari non solū in renibus, sed etiam in vesica, ex quo deinde tot clades consequi solent: hi scopi prædicti sunt inter se ex parte contrariaj, & solet contraria causa, ut quod vni membro opitulatur, rij difficile officiat alteri, difficileisque morborum curationes reddit, cum tandem iusta temperaturæ non sint antiquæ, nec fixæ, nec hereditariæ, & Illustris. Comes in florenti ætate sit constitutus, in qua natura remedij medicis valde opitularix solet existere, modo obtemperantem se præbeat Clariss. viris curam illius gerentibus, & sit in vietū temperatus, certa fiducia ducor Comitem Illustris, per festē in column euasurum, ae tutum esse posse, se in generationem lapidis haud esse in cursurum.

Erit igitur circa finem præsentis veris ad tres illos medicinæ fontes recurrentum, in primis totius corporis vniuersalis prouidentia habenda est, ad pharaciam itaque accedens, primo aliud benigno aliquo medicamento leniente erit emollienda, quod & ventriculum emundet, & iecinori, renibusque respiciat.

Si ergo in bolo magis medicamentū amaret, eligerem casiae folem maturum cum drac. i.s.hieræ simp. Gal. ratione vetriculi, adderemq; scrup. 2. pulueris liquiritiae pro renibus, bolumq; confice rē, quod medicamentū ante prandiu per duas horas effet deglutie dum, probo etiam elect. lenit. ell. de Sebestem diaprimum ampli-pulpam tamarind. cum elec. lenit. d. & alia huiuscmodi, quæ vertrem prossunt emollire.

Quod si in potu sumere mallet, à melle ros. sol. nullatenus abstinentum effet, eligeremque vnc. 3. mel. ros. sol. syr. ros. sol. vnc. 2.

Ad emoliendum ventriculum.

cum decoct. liquir. vel adianton. & florū cord. in aquā vel beton.
vel cicoreæ q.5. potumque pararem, quem 4. horis ante prandium
fumeret, non improbo mannae vsum, siue aliud leniens, modo ad-
datur mel. ros. sol. ob virtutem quam habet ē ventriculo humores
craſios educendi, heparque, & renes corroborandi, mox ad humo-
rum præparationem erit accedendum, oximelle vtendo simp. syr.
de beton. melle ros. syr. de cicor. de duabus radicibus, boragine, &
similibus, addendo proportionata apozimata ex decocto cicoreæ,
borag. beton. capil. vener. pentaphili, scabio, & huiusmodi.

Humoribus præparatis, ad expurgationem eorum erit accedē-
dum, ad quorum effectum optima iunt elect. ex daſtil. diaphenico-
ne vocata, elect. ros. mel. elect. indum maius, & minus cum aliquo
leniente medicamento, similiter casia, vel elect. lenit. vel diaprunis
simp. vel diaſebesten, siue alio simili, ego tamen rheubarb. & aga-
ricum alijs præponerem, ac potionem valde ſalutarem, ac tutam
hoc modo pararem, quā deberet aſſumere duabus horis ante pran-
dium dormire autem poterit per horam & dimidiam statim me-
dicamento aſſumpto, ſi ea hora natura proportionem ad ſom-
num habuerit.

Rec. rheubarb. elect. maturi Scrup. 4.
Agarici optimi drac. 1.

Spicez cinamomi zingiberis, ſalis gemmæ ana. g. 4. feri capiſſimi
9. ſiat infuſio per octo horas, deinde facta expreſſione.

Adde mel. ros. sol. vnc. 3.
syr. ros. sol. vnc. 2. misce & f.p.b

Postquam verò hæc totius corporis expurgatio fuerit facta di-
ligenter quæ meo iudicio reiteratione non indigebit, eo quod ne-
que obſtructiones neque alterius generis materię in alijs corporis
partibus impactę ſunt, ſed ſolum circa primas illas ampliores vias
naturales, ad reliquias extirpandas per eadē membrora vagantes,
ad membrorum intemperie in ſive hebetudinem attemperandam
& eadem viscera corroboranda, neceſſarius viſus alicuius magni
remedij, quale fortassis eſſet decoct. cinnæ, ſed ut meam ſen-
tientiam expedite proponā, omnibus alijs remedijſ calidioribus præ-
termiſſis, aduentantibus temporibus prope canem ad viſum aqua-
rum thermarium, villa lucensis accederem, vellemque ut eas 10.
aut

Aqua vti-
les ad stran-
guriam.

aut 12. dies deberet plus, minusve, prout præexistenti Clariss. Medico. visum fuerit, has enim eligarem, quandoquidem vix primum caliditatis gradum attingunt, & omnes Venetijs presertim vbi continuo habentur ita natura comparatum est ab illis, maximam utilitatem recipere stranguria, vel dysuria laborantes, ob crassitatem humorum cum iocinoris, renunque caliditate, & laxitate, nec ventriculo officiunt nam licet à prædominio ferreæ sint alluminis tamen, & salis portionem habent, quorum qualitate, ægregiaque virtute, & yi corroborandi donatae sunt, & vix ut dixi primum caliditatis gradum attingunt:

Ante tamen illarum assumptionem duos aut tres dies aquas Iectutij ipsum vellem assumere ad ventriculum abluendum, & intestina, ut commodius lucentes operationes suas per hepar renes, atque vesicam possint perficere, Illustr. Comes mihi retulit à Medicis Clar. eius domesticis laudata in esse aquam Poretanam, cuius usus mihi quoque summopere probandus est que sulphuris partus, salis, nitri naturam scatent, & aluminis plurimum, quoram merito affecto ventriculo valde opitulabitur, nec non renum expurgabit vias, arenulasq; deterget, materias crassis attenuando, nec quicquam mihi potest esse suspectum nisi mistura sulphuris, discernet. At tamen viri solentes, & expertissimi, utra harum eligenda erit.

Dum hæc agentur renes inungi poterunt vnguento refrigerante Gal. Sandalino, aut rof. mes. & hæc dicta sint quantum ad pharmatiæ fontem attinet.

Quod ad chirurgicam vero cum hæc affectio non sit spernenda, & magna possit euadere viribus, & ætate florente, cum sanguinis plenitudo præcipue adsit, & sinus in vere, vbi solet abundare sanguis, per sectam venam sanguinem omnino mitterem, eligatur autem basilica quæ iecoraria appellatur dextri cubiti, siquidē per hanc totum corpus celerrime euacuat, excedensque caliditas iocinoris, & renum attemperatur, vt Gal. cum Hipp. notatum reliquit, tantum autem sanguinis educatur, quantum sufficiens venum fuerit præsenti Medico, vires morbique exigentiam, & alia quæ sanguinis quantitate non determinare solet recipiendo, illudque semper habendo præ oculis, ne si in coitu immoderato deliquerit Medicos respundo, vir Ill. deceptus remaneat, & ne remedium futurum perutile inuolum silentio, quod ad hanc chirurgiæ partem attinet, si forsitan Illustr. Vir in hac florenti ætate constitutus difficulter tale remedij genus sit concessurus, fonticulum in crure dextro parandum propono, & perennem accipiet utilita

Aquapore-tana vtelis.
ad Strangu-riam.

Renum inū-
ctio pro dy-
suria.

tem quandoquidem hac semita assuēceret natura, absque læsione aliqua excrementa inutilia expurgare.

Remanet tertius medicinæ fons, qui in dieta est positus, quæ si non obseruabitur, omnia euident uana: quare aer sit temperatus, somnus moderatus, & item exercitium, si aliud non fluat sponte, mollibus laxanda erit clysteribus, cibus sit boni nutrimenti, pauci excrementi, & facilis coctionis, carnes sint pullorum, vituli, hedi, perdicum, fasianorum, auicularum montanarum, & similiū, vi-nū sit tenuē, album, aut rubrum fului coloris non generosum, non dulce, nec austерum, nec aliam prauam qualitatem habeat, si pauciferum: evitetur ea quæ sunt difficultis digestionis, & quæ cras-fos humores possint generare ut legumina, olera praua, pisces, cō-chylia, præsertim solenes, ac omnia quæ ex lacte fiunt edulia, salita, & aromata fugiat, & tandem ab immoderato veneris visu caueat, non enim ventriculum tantum imbecillem reddet, quinnimo la-pides in vesica, & renibus facilius producere poterit, & in alias per-niciiosiores capitisi morbos incurret, sicuti continua experientia comprobatur eos qui intemperanti vtuntur venere, sequissimos pa-ti morbos, & crudelissimis symptomatibus torqueri, haec tempo-ris angustia in gratiam Ill. Comitis domini mei ex corde scripsi, pro cuius salute, non solum præsidia medica semper libentissime exponam, sed ipsammet vitam, cum nihil sit tam arduum, tamue difficile, quod amore Illi Comitis pro viribus non sim aggressus.

Curatio itaque proposita, augenda, minuenda quo quis modo varianda erit pro euentuum occasione, & ad libitum Clariss. viro-rum qui eius curæ præerunt, quorum doctissimo iudicio omnia mea consilia libentissime supponam, faueat Deus optimus ma-ximus.

De febre ter-tiana notha.

*De febre tertiana continua notha, pro Mag.
N. Galesio.*

In tertiana **N**on sum anceps hanc esse in genere febrium putridarum, & superuacaneum esse arbitror illud ostendere, nec dubitan-corpore velo dum puto ex putridis hanc tertianam, existere, sed ex qua tertiana citer calefit rum specie hoc est dignum consideratione.

Exquisitam non esse tertianam ex eo patet, quoniam quæ sunt huiusmodi ut plurimum septem horis efficiunt paroxysmum, ad plus

plus autem 12, calefit in tertiana pura corpus velociter, appareat digestio in vrina prima die, vel tertia, vel quarta, vel spetima, accidentia bilis sincerae saeuia etiam oriuntur, sed in hac febre paroxismus extenditur ultra 12, horas, cum 18, & 20, horas perduret, & perseveret, cumque adhuc non sit immunis, corpus non ita conferunt, & velociter calefit, crassæ vrina apparent, accidentia bilis puræ non adsunt, ideo in hanc ducor sententiam, hanc febrem non esse puram tertianam, restat igitur ut sit notha.

Sed quia ex huiusmodi febribus, aliæ sunt maioris famæ, aliæ minoris non est dubium hanc esse tertianam notham maioris famæ, cum simul cum bile, magna pituitæ copia putrefacta adsit, si autem hæc tertiana notha maioris famæ sit continua necne, hæc est mea sententia, quod si sit continua sit potius per extensionem, & residuum paucitatis materiae, quæ principium alterius paroxismi expectat, hoc est per subingressum paroxismorum, quam per putredinem ad intra vasa, ad credendum me quies magna inducit, qua nobilis vir in die paroxismi fruitur: præterea nullam certitudinem ex pulsu habere possumus, continuitatis, cum nec inæqualis, nec improportionatus, nec inordinatus sit pulsus, cum potissimum ex pulsuum inæquallitate, putredinis existentia intra venas nobis diagnoscatur, ut Gal. docet.

Præterea rigores frigusque antecedunt, quod est signum materialia venis, extra venas ix partes sentientes detrudi, certissimum signum putredinem continuitatem habere non posse, cum extra venas expellatur materia de tempore in tempus: est ergo febris tertiana notha per admixtionem pituitæ, quæ tertio quoque die inuidit, sed ob admixtionem humoris pituitosi tardi putridi sit longior.

Hæc ergo est forma specifica huius febris, sed quia dixi esse putridam, videndum est quomodo sit orta ista putredo.

Clarum est ex Gal. omnia putrefactia oportere primo calida fieri, & humida, nec quicquam putrescere posse, nisi prohibetur diffratio, tunc enim corpora à putredine conseruantur, cum eorum calor evagationem habet, econtrario autem cum probibetur trâspiratio, sit ut calor qui ventillatur ab aere intus accensionem lignat, ac putredinem inducat, prohibetur autem respiratio a causa quæ obstruit, causa aut obstruēs, aut est ob eius multitudinē, vel illius crassitię. Sum itaque huius sententiæ putredinē hanc genitā esse ab impedita transpiratione, non solū humorū crassitia sed etiam copia, ægrotus nāq; in quantitate, & qualitate ciborū multos sit.

*Diuisio ter-
cianænothe-*

*P. de presa.
& p. de arte
curat. cap. 8,*

*Forma spe-
cifica febris
notha.*

*I I. met. c.
4. & Arie*

4.

metheor.

Difflicio

prohibet pu-

tredinem:

A quo pro-

hibeatur re-

spiratio.

Causa ob-

struens que-

com.

commisit errores, & diu in multis deliquit in commixtione potissimum ciborum praui succi, ostrearum scilicet, & in magna copia vini generosi, & huiusmodi, quae edulia ex Gal. sunt pituitosissima, & crassi succi ut lib. etiam secundo de temperamentis cap. penult. retulit de ostreis.

Quare dicitur febris tertiana non tuba, maioris famæ. Voco eam tertianam, quia illud quod deminatur est bilis f. a. licet sit fermentata cum pituitæ copia, ex eo quod de tertia in tertianam afflitgit, non habet ortum legitima biliosa materia, an vero una cum materia ista putrida adsit inflammatio alicuius visceris principalis praeter cor, quod semper in febribus feruerat, nullam arbitror adesse insignem alicuius visceris inflammationem licet iecur aliquo modo excellenter aliquam obtineat caliditatem, si enim essentialiter phlegmon.

Phlegmon in aliqua parte corporis aderet, nulli dubitandi locus relinquere sufficit febre tur, quin febris continua existeret, locus autem in quo aderit putre continuam. tredo non sunt meo iudicio vasa cordis, ne venæ propè cor, sed circa partes naturales, circa scilicet ventriculum mesenterium, hepar, renes, cisti fellis, & lienem, ab his enim credo protrudi materiam a suis venis extra venas unde retenta ibi extra propriam natuam sedem non ventillata putrescit, ac in fuligines conuersa febrilem calorem primo cordi mox toto corpori communicat.

An vero aliquam malignitatem contineat, in praesenti statu non video signum alicius malignitatis, prouidendum tamen est omni conaturne putredo massæ sanguinis communicetur; ne ve inficiat spiritualia vasa, quod quidem timendum est propter plethoram, & cacochyma corporis, potissimum ob tempora australia præterita, quæ corpora diebus elapsis ad tales putredinem diffoverunt, ut portent Medicos oculatos esse in curandis aegrotatis febribus putridis correptis, ne in excellentem putredinis gradum incidant, quia deinde facillime in periculis, & efflorescentijs labantur malignis.

Hæc ergo est natura febris, qua Mag. vir corripitur, accidentia vero quæ consequuntur, non sunt multa, nec magni momenti, nec aliena a morbi natura, nam si sitis adsit, non est mirandum, cum vapores calidi in respiratione, & a ventriculo sursum ferantur, si sitim inducant, ventriculus exsiccando, ac siccitatem induendo, nec adsint vigiliae molestæ, quod est signum materiam caput non ascendisse, explicata igitur natura, causis, & signis huius febris, ad curationem est deueniendum, sed quia in qualibet curatione legitimæ indicationes sunt hauriendæ, ideo cum sit febris est.

bris est intemperies calida, & siccata, ratione cuius refrigerandum & humectandum est, ratione vero quod est cum materia, indicatio est euacuandi, & quia materia est putrida, & putredo fit ab occlusione caloris facta ab humoribus crassis, viscidis, & lenti, hinc orientur indicatio euacuata copia lenta incidendi, crassa attenuandi, *A quibus oriantur indicationes.* & viscida incidendi, his autem indicationibus principium in operatione dare non possumus, ex Gal. ni prius humorum copiam euacuauerimus, aliter nanque se indicationes pugnarent, quare ad cap. 4. euacuandum copiam prius est accedendum.

Vtrum autem his indicationibus omnibus satisfacere valeamus, nunc temporis, nullum video vitæ periculum præsens, nec signa vila apparent in peius illum lapsurum, credo tamen ad tollendam exuberantem humorum copiam, & obstruções debellandas aliquam temporis longitudinem necessariam esse, sed spatio medicamentis faciendis, eum sanitatem esse consecuturum, & potissimum cum ex Hip. habeamus, intermitentes febres, quo modo intermisserint salutares existere.

Ad materiam itaque remediiorum accedens in tres præsidiorum species diuisam, primo videndum est, an communicat venæ sectionem, si verum est quod magnitudo morbi cum virium tolerantia venæ sectionem arguat, vel si sanguinis abundantia aut plenitudo, profectò si in nullo corpore conuenire debet; in hoc potissimum conuenit, cum cetera coincidentia non repugnant.

Sum itaque huius sententiae venæ sectionem necessariam esse, ad humorum copiam tollendam, & prohibendum ne massa sanguinis magis accendatur, & computrefasciat, & ut totum corpus, iecurque potissimum celerrimè refrigeretur, vtque natura valentius quod est reliquum concoquat, & vincat, leuata nanque (dicebat Gal. loquens de sanguinis utilitate cum mittitur in febre putridis) quæ corpus nostrum regit, natura exonerataque, eo quo veluti sarcina præmitur, non ita difficulter quod reliquum est concoquit ac vincit, vas autem à quo sanguis mittendus est, sit vena basilica dextri brachij, siquidem ex Gal. & Hip. 4. de ratione iugis sectione venæ basilicae satutaris.

Nec illud præteribo, quod Gal. 1. de arte curativa ad Glauc. do-
cuit in cap. de quartana, quod si sanguis fuerit crassus, & niger
finatur

Quando san-

guis fistide

bet.

finature exire, si vero rubicundus, & tenuis sistatur, de alijs remedijs chirurgicis non loquar cum in praesenti necessaria non videantur, ac ne tempus conteram solum quid sit oportunum in praesenti tempore demonstrabo.

Quoad pharmaca spectat quae sunt lenientia, purgantia, præparantia, & corroborantia, iam alius lenita fuit syr. ros. sol. & manna, præparantibus agendum est, cumque haec febris sit prohibita transpiratio facta ab humoribus crassis, viscidis, & lentis, illud nobis significatur ea esse eligenda remedia, quae sine noxa id facere valeant, & febri resistere, ea autem esse debent, quae bilem, pituitamque præparant, ut est soncus, epatica, siluestris endiuia, condilla, cicorum, syr. acet. sim. de endiuia, capil. ven. cicor. Nicoli, de duabus radicibus agrimonie cum suis apozematibus homogeneis ex Auic. præparando materiam donec apparuerint signa vereæ coctionis in vrina, quo tempore ad purgantia erit deuenendum, primò blandioribus ut rheub. sena, & mel. ros. sol. deinde etiam si opus fuerit trociscis de violis cum scammonea, & sine, vel portione agarici, cum eodem mel. ros. sol.

p. 4. doct. 5.
cap. 5.

Cap. 8.

Auic. lib. 4.
fen. 1. trac.
2.

Absoluta purgatione, & febre sedata, cum in febribus viscera omnia potissimum naturalia maximopere debilitentur, ac relaxentur, consilium oritur corroborandi, id autem præstant diaspoliticon, & diatriumpiperon pro ventriculo, pro iecinore diarodon rādum ven Abbatis, & dialacca, pro liene conserua lupullorum, melissæ, botricum, et ruginis cum pulueribus appropriatis, ut melissæ, tamaricis fumariae, ventriculo quoque fomenta adhiberi poterunt ex absinthio, menta, polio montano, rosis, coriandrisque facta decoctione in aqua communi, q. 5. & modico vini optimi spongia ventriculum souendo.

Quoad vietus rationem, cum haec ex Gal. Hip. & omnium Medicorum sententia; magnam medicinæ partem obtineat, ea esse debet

debet quæ morbo non repugnet, viresque conseruet, exquisite nō debet esse tenuis, cum tertianæ nothæ, vt plurimum cronicæ aliquo modo euadant, nec vires tolerare possunt, vsque ad morbi indicationem cum vietu exquisite tenui, alimentum itaque sit optimi nutrimenti, & pauci excrementi, & facilis distributionis, vt panatella, panis tritus, & madefactus in iure, farrum, hordeū, ptisana cum radice feniculi, oua recentia, caro etiam pauca pulli, auicula- rum paruarum, omnia clixata.

Tertianæ
nothæ croni-
ce eaadunt.

A vino penitus abstineat, & eius vice bibat aquam coriandoru- in qua parum feniculi ebullierit, tempus exhibendi cibum sit ante accessionem, saltem ad minus quinq; horis, a declinatione quoque alias quatuor horas circiter: Sic enim progrediendo salus speran- da est, quam D.Opt.Max.ex voto concedat..

*De excretione sanguinis cum tussi in iuuene 28. anno-
rum bilioso.*

DVos affectus habemus qui consideratione indigent diligenti, De excre-
quorū alter alterius causa existit, tussis, & sanguinis relectio-
tione, hactenus febris nō apparuit, timere tñ debemus ne suboriat.

tione sangu-
nis.

Tussis ex Gal. communis symptoma est ingenere actionum ani-
malium læfarum depravatarū, omnis autem actio à morbo laedi-
tur, morbi autem omnes, aut sunt in intemperie, aut in composi-
tione, aut in sola unitate, hic habemus calidam, & humidā pulmo-
num intemperantiam, & morbum in compositione, nimis in via obstruuntur meatus pulmonis, & denique solutam unitatem, hoc In quibus
est venæ aperitionem: causa tussis est materia in vijs pulmonis cō-
tēta, quæ dum natura conatur expellere tussim efficit, hæc autem
est humor pituitosus, crassus, & viscidus, est etiam sanguis è ve-
niis eruptus, qui tussim vehementiorem efficit..

3.de sympto-

In quibus
sint morbi.

Quæ efficit
tussim.

De tussi itaque hoc sit statutum, motum esse depravatum, quia Quid sit tuss.
virtus expultrix irritatur ab humore nō naturali ipsius partis, quo sis..
modo autē sanguis in pulmonib. reperiatur, & à qua parte emanat
videre necessarium est, à capite, aut ab alia parte quam à pulmoni-
bus defluere credendum est nullo pacto, cum sanguis à capite de-
fuit in faucibus sœpe præsentiat, ac sine tussi excernatur, signū 4.de loc. af-
manifestissimum ex Gal. sanguinem tūc à pulmone excreari, cū om fectis.
uino cū tussi ejicitur. Propterea si causā cōsideremus, q̄ excreatio-
nē precessit, facillime cognoscere poterimus ex igēti tussi p̄pessa-
rejectionē sanguinis secutā esse quod est signū vas aliquod licet

S. paruum.

paruum in pulmonibus apertum esse, coniecturam auget, quia ab hinc quinque menses in eundem lapsus est affectum, itaque statuo solutionem adesse continuo, quia aliqua vena pulmonis licet parua est aperta.

Cur. dolor. Cuc autem (& hoc obuiam sit dictum) in hac solutione continuo sentitur non non sentiatur dolor, ut in multis alijs partibus nostri corporis, in solutione id sit quia pulmones, aut nullum habet sensum, aut habet cum sint spungosi, arteriosi, nullisque praediti nervis exceptis duobus partibus, qui a septima nervorum coniunctione oriuntur, qui partibus exterioribus colligantur, internae autem partes sunt nervis carentes: porro ex Gal. lib. citato, & Aetio excernitur omnis sanguis a venis ob ynam causarum, aut quia aperiuntur, aut quia disrumpuntur, aut quia eroduntur, quot modis aperiantur, aut disrumpuntur, aut erodantur non est hoc loci differere, ne consultatio euadat prolixior quam sit mea intentio, statuo itaque venam seu venas aliquas capillares apertas esse propter duplificem causam, impetu osam scilicet & diuturnam tussim, quae confessim aerem, & pituitam volens expellere ex nimio pulmonis motu, subsecuta sit venarum disruptio, addo etiam secundam causam quae in duas diuidi potest, sanguinis scilicet acumen, & venarum subtilitatem, quae duæ causæ sunt dispositiones ad facilitandam venæ apertionem.

De vlcere an adsit necne, arbitror non adesse, timendum tamē in posterum est ne fiat, causæ sunt dispositio naturalis, & habitus: calidus, & siccus, pectoris angustia, vietus ratio, multi errores in rebus venereis, caliditas, & acumen sanguinis, venarum subtilitas, nimium fortasse siccaram, quae siccitas ex Arist. facit ut res frangibiles quadrant; Signa sunt manifestissima, ut explanatione non ageant.

Hæc igitur est essentia, hæc sunt causæ, & effectuum signa quibus solicitatur Mag. iuuenis, qui partim curatione, partim præservatione indiget, de illa itaque prius, postea de ista habebo sermonem.

Indicationes huic morbi. Sunt enim indicationes optimæ exhauriendæ, quæ cum à morbi natura sumuntur, & effectuum, non est dubium quod motos ille depravatus, ad motum suum naturalem, & consuetum est reducendus, reduci autem non potest nisi illa causa auferatur efficiens, quæ cum sit humor primo pituitosus, mox etiam sanguis pituitosus in capite ventriculo, ac toto corpore abundans, sanguis vero à uenis exit, remanetq; in parte sibi non naturali, exit aut à vena pulmonis,

monis, igitur indicatio oritur purgadi caput, ventriculū ac totum corpus, deinde cōsolidandi venam; etiamq; claudendi, quæ cum ab humore acri, & mordaci fiat, oritur indicatio refrigerandi, & obtundendi sanguinis acrimoniam, ac reuellendi, ne prouentus sanguinis ad pulmonum venas feratur.

Indicatio
refrigeran-
di, & obtun-
di, & aerime-
niam.

Hic autem est difficilis casus propter situm partis, quæ est in motu continuo, sed nundum iacta sunt alea, remedia itaque a suis fontibus sunt hauriēda, quantum ad dietam nulli dubium resicabet, quod tenui vietu vitudine est, & cibis parum sanguinis gigantibus, & acuitate parentibus, veluti hordeacea p̄tisana, pantaella, panis tritus, oriza, farrum, milliuin, aliquid etiam carnium assarum potius, quam elixarum, pro potu aqua chalybeata vtatur, & vietu tenui vt debet, qui tamen diebus superioribus vt mihi relatum est cum celebrauerit Hymeneum, ideo ipsi debemus concedere oua sorbilia in iure aqua chalybeata facta, tamen non ita attenuari debet vt vires collabantur: omnis sit moderatus, ac potius moderate vigilet quam dormiat, a venere prorsus abstineat, quia in debilibus sua natura coitus omnes facultates prosternit, quæ cum curatrices morborum corporis existant eas omnino integras seruare oportet.

Motus animi, & corporis item debent esse moderati, frictions inferioribus partibus maximè conueniunt, ad diuertendum à centro ad circumferentiam, aer sit temperatus in passuis, in actiuis vero ad frigidum potius vergat: circa pharmaca diachatol. & casiaz flos exhibeat, quantum ad præparantia ea esse debent quæ temperandi virtutem habeant sanguinis seruorem, acumen, & subtilitatem, ea igitur eligere conuenit, quæ refrigerent sanguinem, & constringant ora venarum, qualis est iyr. portulace, de end. bacc. mirt. diamoron, diacodion, succus vuæ agrestis, lactuca, end. cōdril. syr. de succo acet. decoct. cupularum, glandium, corticum castanearum, balaust. inter cetera verò approb. vt fiat decoctum cū balaust. end. plantag. & baccis mirti, cutis decoct. sumatur vnc. 4. syr. de end. de bac. mirt. vel de succo omphacij, & exhibeat in mane, fortasse etiam in sero alter, priusquam tamē bibat hunc syr. pillulas illas mirabiles a Gal. relatas 7. de compend. med. secun. locos cap. 4. illi exhiberē, quæ ex acacia sunt, hypocist. gumm. drag. illas formando cum plantag. succo, vel syr. de end. prosequer autem his syr. aliquibus diebus, deinde si opus videretur cum sanguis bile tenui sit inixtus.

Ad corro-
borandum.

Si tuæ videretur excellentiæ, medicamentum rhabar. exhiberē,

& diacathol. mox ad corroborantia ascenderem, id autem potissimum efficit saccar. ros. diacod. diamor. speties diarodon Abb. &c. pleraque alia, quæ singulis diebus describi poterunt: de sanguinis euacuatione ut est euacatio nihil est quod loquamur, nec dubium est illam reuulsionem necessariam esse, heri per apertio[n]em venæ sinistri brachij factam, extrahēdo vnc. 3. sanguinis, si in posterum noua fiet sanguinis excretio, ad reuulsionem iterum per dextrum brachium accedemus, in præsenti tamen statu, cum parum sanguinis aut fere nihil mittat, non est de noua venæ sectione cogitandum: pro diuersione frictiones asperas laudo, & ligaturas ad reuellendum.

Aqua[re] villa[re] Lucensis octo dies exhibet illi valde proficient, po[ste]ra vero si sanguis redibit, reiterata laudatur reuulsion per sanguinis missio[n]em ad vnc. 2. quæ eadem die excretiones debet fieri. deinde summopere hoc remedium commendatur, & est magnum.

Hip. secretum, qui ad sanguinis reiectionem ait, da semina iu-

Iusquami squami usque ad satuitatem.

seminum di

uerfi effe-

Etus.

Rec. semin. Iusquami

sacc. ros. vet.

Exhibeat[ur]

drac. 2.

vnc. 2. misce, &

drac. 1. quotidie.

Caute tamen hoc remedio vtendum est, quia stolidos reddit homines, sufficit drac. 1. pro qualibet vice, in mane exhibentur sera pia, & portulaca cum decoctione endiuq[ue], lactucæ, portulacæ ana. vnc. 4. singulis quinque diebus, casia item exhibenda est, fonticuli duo post repræssionem excretionis sanguinis sunt faciendi, item

Remedia pro excre- frictiones partium extremarum: pillulæ etiam laudantur deu- randæ ex cinoglosso, cum dormitum iturus est ad scrup.s. diaconatione sanguini probatur.

Necesse autem erit si sanus euaserit, vt non solum regulate viuat, sed exquisitissimam sibi viuendi rationem in cibo statuat, potu, aere, motu, somno, & venere, nisi enim magno sibi studio consuluerit, facile in nouam sanguinis reiectionem incidere poterit ad quam vlcus quoque sublequi posset, & ex vlcere pthisis, & à pthisi mors, quod Deus auertat.

*De mala ventriculi affectione, ad quam sequitur cruditas, deque
orthopnæa, & continua expulsione pro Ill. N.*

*De mala vē
triculi affe
ctione.*

Illud quo Ill. vir afficitur est ventriculi mala affectio frigida, & humida, cuius merito, naturales facultates recte exercere nequit: cum autem quatuor ille sint, licet unaquaque illarum aliquod vitium patiatur, quæ tamen maiorem patiatur noxam est concitio, quæ quasi aliarum princeps vitæ est necessaria, porrò omnis læsio actionum sit læsa parte à natura destinata, cum unaquæque pars actionem sibi deputatam tunc probe exerceat cum pars bene se se habeat.

Nunc de illis partibus loquor quæ actionem innatam habent, quarum actio ex Gall. p. de loc. affect. lædi non potest nisi pars ipsa lædatur, inuenio autem apud Gal. 2. de facult. natur. actiones omnes sanas, & integras à temperatura sana & integra fieri, pari parte mortificas actiones, & non integras per similem rationem edì à temperatura læsa, vnde manifestum est, vt si vere loqui velimus illæ tantum actiones per se lædi dici debent, quæ ob læsionem temperamenti contingunt, quæ autem sine læsione fiunt temperamenti, ille profecto per accidens appellari debent, ac potius actiones impeditas, quæ vere læsas appellauerim, vt Gal. docuit non lædi actionem sed impediri in illo qui manibus, & pedibus ligatur.

*3. de sympt.
cau. cap. 2.*

Actio ergo ventriculi vere læditur, cum facultas, & temperamentum ipsius læditur, propria ventriculi actio est chylificatio, quæ coctio prima est alimentorum, loco chyli fit indigestio, & cruditas non tamen absoluta quia in lyenteriam laberetur, sed diminuta coctio, cibus enim crudus, & acidus in ventriculo post multas horas sentit, flatus gignuntur, & multæ humiditates, ac totum corpus rheumatibus, & alijs humiditatibus affluit, vt si in posterum secum vitam voluerit degere, sit opus remedijs oportunis seipsum ab excrementicis humoribus eripere, necnon temperaturam frigidam, & humidam ventriculi resarcire, & natuum restaurare calorem.

Aliud vitium prædicti sobolem iugiter Ill. Virum solet efficerre, hoc est magnus pituitæ crassæ, & viscidæ in thorace prouentus cuius causa nec expeditam vocem reddere, nec respirationem libe ram sine iugi expulsione edere potest: de hoc etiam valde conque ritur quia tumet modo iuuensis, ne procedente tempore natu gran pediens.

dis in

dis in peiora symptomata, & morbos labatur, nam constantissimum

Pituita est apud omnes, qualia & quanta mala existimata huiuscmodi
crassa pessi abundantia, & prouentus pituitae crassae in temporis progressu af-
ma mala fere soleant, si praesertim in pectore colligatur.

product. Ingens ventriculi, & capitum intemperies frigida, & humidaca-
 sa est horum prauorum affectuum, cum enim in ventriculo coctio
 optima a naturali calore deberet fieri, cum calor naturalis sit im-
 beccilis, scateatque ventriculus multa humiditate, non est mirum,
 si multi vapores, & humorcs crudii, ac pituitosi, per halitum ad cas-
 put, & per venas ferantur, qui ibi potius ad auctum a naturali capitum
 humiditate, & frigiditate, in partes pectoris inferiores desilient,
 unde pulmones multa humiditate referti, partium spiritualium
 caliditatem, & naturalium, eas humiditates incrassant.

Quæ deinde vel per russim expuuntur, vel retentæ difficultate
 respirandi quæ asthma vocatur inducunt, vel etiam aliqua portio
 in venas fertur illis quandoque sit causa obstructionum, & ex con-

*Crassi humo-
res febrem
putrida fa-
ciunt.* vt febris oriatur: nocturni enim, ac crassi humorcs diutur
 nas obstructions faciunt, & ipsæ tandem putredinem, & febrem
 inducunt, sicut experientia docet, & Aet. testatur multos flatus,
 tensiones multas, & grauitatem etiam circa fundum ventriculi pa-
 titur, quæ ad utramque molitudinem lateris distractantur, qui affec-
 tus ab eadem causa trahunt originem, neimpe a ventriculi imbe-
 cillitate, qui cruditates gignit, & a cruditatibus flatus suborun-
 tur, circa ventriculi fundum tensiones facientes, & circa latera
 molitudines, crassa autem pituita fundum occupans grauitatem

*Pituita ef-
ficiens.* illam inducit.

Hæc igitur est natura affectuum, quibus præter naturam III. vi
 ri ut mæderi possimus, opere præcium erit primo humorcs quan-
 titate, & qualitate peccantes euacuare, quibus euacuatis, statim at-
 tendendum erit non solum ventriculi intemperie, sed etiam ca-
 pitum, quæ duo satis frigida, & humida existunt, quanquam ventri-
 culi frigiditas, vt ita dicam antecellat, tamen non est in uolenda
 si entio caliditas iecoris, quæ per auctum calorem talis est ab ob-
 structionibus factis a frigidis, & crassis humoribus dampno diutius in-
 hærent venis, & meatibus iecoris, ipsius calor non bene euertatur,

*Quomodo
iecur cale-
fiat.* nec transpirat, non quod arteriae in hepate transeant per illius sub-
 stantiam, sed quia conclusi humorcs in hepate quieti manent nec
 de vena in venam transeunt, & ita assantur, nec refrigerium capiunt
 nec attenuantur, ipsius itaque caliditati iecoris erit sedulo incum-
 bendum.

Ad

Ad præsidiorum igitur genera venientes, ad corroborandum. *Præsidia nē affectu in locum deuenire non possumus, ni prius toti corpori aliqui triculi male qua adhibetur prouisio, qua propter licet diebus elapsis, occasio affecti.*

ne motus rheumæ & febris pharmacis, & venæ sectione sit expurgatus, existimo tamen adhuc utroque opus esse, minor, tamen esse debet sanguinis quantitas, principium ergo curationis ab aliquo leniente blando habebit exordium, videlicet à manna, vel elect. lenit, aut casia cu decoct. maluæ, betæ mercurialis, tamarind. sebest. & fer. capr. opt. syr. ros. sol. mel. ros. sol. cum decoct. cord. nam melis ratione sit pituitæ ab tercio, & vetriculi calefactio, ratione multarum infusionum sit purgatio, in quantum autem rosæ solent corroborare, & adstringere, omnia illa beneficia ventriculus recipit quæ exoptantur à nobis.

Lenita alio cum vires tolerent, & morbus sit magnus, aliqua onnia consentientia sint ad tollendam iecinoris obstruktionem, & ad calorem temperandum laudarem, vt vnc. & sanguinis a basi Modus pra-
lica dextra brachij extraherentur, mox deuenirem ad ea quæ p. e-
parandi pituitam crassam virtutem habent, vt mel. ros. oximele, sim
p. syr. acet. syr. de ribeis, syr. de menta, de hysopo, de capil. vener. tuitam crassam..
& huiusmodi cum decoctis proportionatis ex herbis homogeneis
præparatis, vero humoribus, expurgandi erunt, & licet multa sint
medicamenta, pituitam euacuantia, tamen reliquis prætermis-
siceret mel. ros. sol. cum infus. rhabarb. drac. i. eleeti, & agarici.
trociscati cum suis correctiis spica nardi, cinnamomo, zingibere,
& sal. gum. vt operatio tutior, & citior euaderet.

Huminibus hoc pacto purgatis, ad corroborantia tum: inter- Ventriculi:
rius, tum exterius deuenirem, interius communiunt cōserue multi- corrobora-
ta, v. est conserua antheros, betonicæ, achorus conditus, radix zin-
gi: beris conditi, citra condita, mirabilani, chebulæ, anthidota ma-
gna prerogatiuam, habent theriaca nempe, mitridatum, anacar-
dina confectio, trocisci quoque varij sumi opere iuuant tum ce-
rebrum, tum ventriculum, vt sunt trocisci gallæ, muscatæ, aroma-
tice, de rosis, ad modum celebratis: quod si ihs integrum salutem con-
secuti non fuimus, ad aquam Tectutij accederem, quinque die- Cerotum ad
bus sumeret, & prima & vitima die rosaceum met imponendo in vetriculum:
primo aquæ ciatho, a tribus libris incipiendo, mox quotidie augē corrobora-
do usque ad nouem libras, pro subiecti tolerantia, deinde ceroto dum..
veterer ex infra scriptis confecto, quod per mensem saltem super
ventriculum gelaret, nam facile adhæret, & hoc modo fit.

Rec. pulpæ dactil.
citoniorum, foliorum absinthi. in vino coctarum
& per cribrum transmissarum ana. VNC. I.

Masticis }
Thuris } ana. drac. 5.

aloës

olei masticini }

menthæ } ana. q. 5. partes æquales.

absinthij }

ceræ resinæ, & therebintinæ, q. 5. misce, fiat cerotum, & super
panum rubeum distendatur, vel iuper corium pro stomacho.

*Perfecta
ratio vinum
di.*

Victus rō debet ad nodū esse cauta, & ideo aer calidus, & siccus
eligitur fugiat tempora pluviosa, aquilonaria, australia, deffillationes & fluxiones mouentia, ab aere nocturno caueat, à lunę radijs,
& ab omnibus quæ humiditatem, & frigiditatem inducunt, ci-
baria sint optimi nutrimenti, facilis coctionis, & distributionis, &
paucissimi excrementi, vt sunt omnes carnes celebratae, vituli, hę-
di, iuuençæ iuuenis, caponum, galinarum, paruorum pullorum,
palumborum silvestrium, perdicum, fasanorum, galinacearum,
francolinorum, gallorum montanarum, turdorum, merularum,

*Palustres
aues sunt fu-
giendæ.*

& omnium avium nemoralium, pratensum, & montanarum,
fugiat palustres aues, vt anseres, anatas, & similia, laudantur oua
sorbillia, tremula, iure etiam dissoluta, item pisces faxatiles lu-
cius, truta, carpio, aurata, & cetera quæ carnem habet friabilem,

*Qui pisces
sunt fugien-
dis, et edulia.*

conchilia fugiat, & omnes pisces crassæ, & viscidæ substantiæ, vt
anguillæ, tinehæ, cochleæ etiam sunt durae digestionis, & crassif-
simæ substantiæ, à leguminibus caueat, ab ijs quæ pasta fiunt, ab
aceto, acidis, frigidis, & humiliis omnibus, & uno verbo comple-
tæt omnia fugiat edulia quæ qualitate sua frigiditatem, & humili-
ditatem inducunt, stomachi enim calori longè sunt aduersissi-
ma atq; damnoſa.

Vinū quale Vinum subrubrum maturum valde eligat, confectum quarta-
debeat esse. parte aquæ, in qua ebull. par. cinnæ, salsa, & sassafras in modica-

tamen quantitate, ne caliditas iecinoris augeatur, non sit album.

*Signum opti-
mi vini.* neque dulce, nec austерum, non crassum, sed mediocris substanciæ, & facilis digestionis, quod facile dignosci poterit si lotium largius ac liberalius effundere fecerit, somnus sit moderatus, simili-
liter motus animi, & corporis, à coitu abstineat, aluum solutam conseruet quotidie, quod si singulis diebus non fluat, alternis die-
bus glandibus ytatur, vel clisteribus, aut prunis in vino albo co-

ctis,

Eis, cum saccaro sine sena, quandoque etiam cum sena, utatur pilulis de aloë lota cum succo rosarum; haec si seruauerit non erit difficile vetriculi cruditatem superare, respirationem liberiorem reddere, neconon expuisionem largam exsiccare.

De articulorum dolore in iuene sanguineo, & pituitoso.

IVENIS quidam in ætate florenti constitutus dolore articulo- *De articulo*
rum non omnium, sed plurium correptus consilium petit ut *rum dolore.*
curetur, ad eius itaque curationem recte instituendam, necessaria
est cognitio naturæ, affectus, ac loci affecti ut Gal. docuit, libris il-
lis celeberrimis de locis affectis.

Locus affectus est articulus dolens, dolor autem articuli est sym *Lib. I. cap. 2.*
ptoma in genere actionum sensibilium, & motionum læsarum
deprauatarum, & diminutarum, dico deprauatarum ratione sen-
sus doloris, quia articulus dolore afficitur, qui dolor nil aliud est
quam perceptio quædam molestia in sensu tactus, dixi diminutam
esse actionem motricem, quia partes inseruientes motui illarum
partium, motum suum habent diminutum propter dolorem im-
pedientem, dum ipse articulus motu voluntario se ipsum vult
regere, omnis autem actio læsa, læditur vel læsa facultate essen-
tialiter, vel læso organo affecto ut organicum est.

Si recte consideretur modus quo læditur, non est dubium quòd *Quæ motui*
ratione debilitatis articulorum hic affectus contingit, quæ oritur *corporis de*
à laxitate, & haec prouenit ab humiditate, & frigiditate, quæ duo
efficiunt ut existimè vitiū esse in ipsorū articulorū temperamen-
tū, vitiū quoq; in organis animaduerto, organa n. quæ motui vo-
luntario deseruunt sunt musculi, musculis inseruunt ligamenta,
tendines, nerui, cordæ quæ oīa cū humore pituitoso, & sanguineo
sint imbibita in molem attolluntur, vnde fit quædam distensio, seruunt.
& dilaniatio ex qua oritur dolor, quia solutio continui consequi- *Vnde oriz-*
tur, illam autem repletionem organa impedientem reduci posse *tur dolor, et*
ad organicum quis est qui dubitet? si etiam repletionem conside- *quare.*
remus illarum partium, & tumorem qui contingit ad illam par-
tem per fluxam materiam, quæ non est naturalis illius loci, facilli-
mè hunc affectum erit reponere, in illorum genere qui ob exter-
num errorem contingunt: item si actiones læsas perpendere volu-
mus symptoma erit, si verò quatenus tumor, vel intemperies, &
soluta vnitas, in ægritudinum genere reponendus erit, non enim
dubium est ut non adsit intemperies, & tumor, & per consequens

T *morbis*

Quæ debilitas sit in articulis. morbus est in compositione, & adeſt ſoluta vnitas quæ ſemper dolorem infert (loquendo de partibus ſenſibilibus) ergo ſtatuen- dum eſt ad eſſe in articulis debilitatem, quæ copiam materiarū ex- cremenſicarum ad illas partes efficit deferri, quicquam autem deferri non poteſt, niſi prius in aliqua parte generetur.

Duplex locus generationis pituitosorum. Locus generationis horum pituitosorum humorum duplex eſt, caput ſcilicet, & ventriculus, caput quia ſuapte natura eſt pi- tuitolum, ventriculus licet non ſit frigidus, tamen eſt ſatis hu- midus, & voracitas eduliorum, & deliquentia in vietū in mul- tis rebus, efficit ut multæ cruditates, & humores quamplurimi pi- tuitosi geniti ſint, qui deinde mixti cum ferofa materia, bilioſa & ſanguinea in iecore genita, ad articulos defluxerunt, qui & ipſi natura debiles illos repellere non potuerunt, nec impetum arce- re, vnde replete tensionem, dolorem, & inflammationem fuſtule- runt, ex qua inflammatione febris eſt ſublecuta, quæ meo iudi- cio proportione respondet humoris generanti articularem dolorē, eſt autem humor pituitosus, ex prædominio ſanguineus, ta- men & biliosus ex ſubdominio, & ſicuti continua effluvio eſt, & dolor, ſic etiam febris continuitatē ſeruare videtur, hæc tamen febris, doloris eſt accidens, remota autem cauſa, nempe dolore, crederem etiam febrem ipſam remoueri debere.

Scopi duo perpendendi. Quapropter duo præcipui scopi in hac curatione oriuntur, al- ter eſt ut materia copioſa ad articulos fluens euacuetur, & reuel- latur, alter eſt ut debilitas articulorum corroboretur, & quia ma- teria partim eſt fluixa, partim fluit, & partim etiam in posterum fluerē poteſtit, ratione materiæ fluxæ, oritur indicatio euacuandi per medicamenta digerentia, & reſoluentia, materia autem quæ fluit repellenda eſt, & auertenda, quæ autem deinceps fluere po- teſtit, eſt partim euacuanda, quæ ſcilicet præſens eſt in corpore, partim eſt prohibendum ne in posterum generetur, ſecundo sco- po ſatisfaciemus ſi articulorum laxitatem conſtrigemus, laxita- doles qua tem enim adstringendo erit prohibere, ne poſthac tam facile re- dragint adiecipliant articuli, quos fines conſequi non erit imposſibile, ſed hoc bus ſanantur. breuitate temporis non poſt fieri, cum ſedata inflammatione doloris podagri quadrageinta diebus ſanentur.

In articulo- Ad præſidia itaque medica deueniendum eſt: quæ cum in tres rum dolori- fontes diuidantur, in chirurgicam, pharmaca, & dietam, quod ad bus neceſſa chirurgica in ſpectat, nulli dubium eſt ex Gal. Aet. Paulo, & alijs ria eſt vena qui de hoc affectu remedia tradiderūt, neceſſariam eſſe ſectionem ſedio. venæ, cum ſit verò iuuenis, vires conſtent, & magna plenitudo adſit,

ad sit sanguinem ab utroque brachio mitterem, primo à basilica, deinde à communi brachij sinistri, & sexdecim vncias educerem, interpositio die à prima sectione, inflammationeque sedata articulorum, duos pararem fonticulos (expurgato tamen prius corpore) alterum in sinistro brachio ratione capit is, alterum in cruce dextro ratione hepatis, & ventriculi, & aliarum partium naturalium.

Quo ad pharmaca, primo lenienda est aliis, deinde preparandi humores, cōmodè prime vię euacuantur bolo ex casia, elect. lenit. diasebēt, diapr. simp. si bolum amauerit: si verd in potu magis voluerit eligere conuenit mel. ros. cum manna, syr. ros. sol. elect. lenit. & alia predicta cum decoct. cord. florū, & fructuū, vel etiam cum aliqua stillatitia aqua; preparandi postea erunt humores dum febris adest, & inflammatione cicoraceis, boragine, acetosa, agrimonio, betonica, sonco, & epatica, syr. acetoſo ſimpl. syr. de cicor. roſis, beton. deinde transactis septem, aut octo diebus, poterunt expurgari hoc aut simili medicamento.

Rec. mel. roſ. ſol. vnc. 5. Ad inflam-
tationē ſe-
dandam ..
trocifc. de v. s. s. drac. 1.
trocifc. de ag. drac. 2.
decoct. cord. & ſen. q. s. m. f. p.

Euacuat in hunc modum humoribus, tenuioribus & calidioribus, & sedata aliquantulum inflammatione, & febre, erit iterum deueniendum ad aliam præparationem cum his quæ maiorem vim habent præparandi ipsos humores crassiores, & pituitoflores.

Rec. decoctionis betonicae Ad præpa-
cicoreæ } randoſ. hu-
boragin. } moreſ. craſ-
florum ſtecad. } ſos. et pitui-
Syr. de beton. } ana. vnc. 1. misce pro syr.
fyr. de cicoreæ. }

Sumat hos syr. sex aut octo dies, & refectis viribus magis iterum corpus expurgetur, & tale ſit medicamentum quod ad articulos quoque pertingat vt.

Rec. agar. trocifc. ſcrup. 4.
Rhabarb. elect. ſcrup. 1. s.

spicæ
cinnam.
zingib.
falsigem. i
ana.g.3.

Vini aromatici parum, infundantur omnia diligenter per horas octo in decoct. cord. q.s. & facta diligenti expressione adde mellis ros. sol. vnc. 4. misce, & fiat potio breuis.

*Modus de-
mulcedi do-
torem.*

Dum autem hæc fiunt articulorum ratio habenda est, ut si inflammatio, & dolor augeretur ab ijs esset abstinentium, & à nōdulis demulcendus esset dolor vt albumine oui cum rosaceo, ac etiam farina hordei, pane trito lacte & oleo rosaceo, & ad repellendum optimum erit etiam addere decoct. balaustiorum, thus, mirth. fol. quæ omnia adstringendi, & repellendi vim habent.

Postquam dolores sedati fuerint, ac totum corpus expurgatum, & materia aliqua in articulis remanserit omni diligentia digerenda, & resoluenda erit, oleum vetus inunctum admodum vallet, omnia vnguenta diachilon si dura erit valde conuenientia ad emolliendum, & digerendum, possunt etiam linimenta parari ex dialthea, & oleo camomelino simul immixto tumore autem resoluto, refrigerataque parte corroboranda erit cum vnguento diaphenico, quod ex palmulis fieri solet, vinum vetus cum oleo rosato, & acatiae etiam succus cum posca corroborant.

*Causa ma-
terialis pi-
tuitæ.*

Sed quia materialis causa ex prædominio quæ generat hunc affectum est (vt dixi) materia pituitosa abundans in ventriculo, capite, & toto corpore, & omnes articuli sunt debiles, necessarium esse arbitror ad omnes reliquias resoluendas decocto ligni guaiaci, & cinnæ per viginti, vel vigintiquinque dies, ea in decocto addendo quæ caput respiciendi vim habent, ventriculum, iecur, liensem, & articulos vt est agrimonie cetrach, ciconium, iua artetica, borago, betonica, & huiusmodi, hoc autem assumat in hypocausto, vt moris est, singulis autem octo diebus assumat arteticas pillulas cum fetidis, & tunc abstineat à syrupo, & sudore; post assumptionem vero decocti laudantur à proprietate à Gal. ossa humana trita, & sumpta cum iua artetica, & rosaceo saccaro.

*Que caput
vtr. iecur,
liensem, &
art. respi-
ciunt.*

*Offa huma-
na assupta
dolorib. ar-
ticulorum*

Sed quia hæc sunt homini abominabilia, ideo conuenientiora conferunt. eligam, quæ meliorem quoque virtutem habent, idest confectio

Remedia mitridatis, & Theriaca, quæ ad hoc effectus plurimum valent.

aptiora ad dialepticum, cum rosato saccaro boraginato, violato, rosmarinato, saluato: conuenit etiā therebintam ciprium cum puluere iugæ dolores.

arteticae, & betonicae.

Circa victus rationem ea omnia fugiat, quæ generant cruditates, & humores accendunt : cibus sit panatella, panis tritus, panis in iure, ptisana hordeacea, oua sorbilia, farrum, oriza, & huiusmodi, à vino penitus abstineat, & eius vice vtatur aqua coriandrorū cum saccaro, cum autem à febre aut omnino immunis fuerit, aut parum febriet, cinnamomum adiungat, nam coriandro, cinnamomo, & saccaro suauissimam effici et aquam coctam, quæ mirificè prodeſſe poterit.

Ab animi, & corporis perturbationibus caueat, somnus sit moderatus, aerem fugiat intemperatum præſertim frigidum & humidum, & in thalamo quiescat vel lecto, donec tota absoluta fuerit cura, à venere abſtinendum est, cum veneris uſus per ſe ſolus articulorum dolores inducere valeat, aluum lubricam aut natu- rā aut arte conſeruet.

Hæc eſt legitima tua ægritudini ſi cura, quæ vera artritis eſt, quam ſi pacientia, & prudentia abſolueris, liber ab ea ſpacio duorum mensium prorsus euades, quod ſi deſpicatui habebis, periculum erit ne toto vitæ tuæ curiculo, ceu ſideratus immobilis in lecto iaceas, & quod durius eſt, ne frequenter acerbis doloribus crucieris: ergo valetudinem tuam cura diligenter.

*Excellentissimo Domino Ioanni Bapt. Pauaro Soncinense
Viro in A.M. Clarissimo.*

Affectiones de quibus ad me ſcripſisti, quæ nobilissimum Vi-
ru mifere ſollicitant, ex tuis literis mihi claræ redditæ De diuerſis
hæ ſunt, febris lenta, quæ quandoque cum aliqua peđum refra- morbis ſi-
ratione, leuique rigore, quandoque abſque his inuadit, ingens fo- mul.
moris calor, & cruris, tufsis ferè continua cum excretione pirui-
tosæ materiæ, spirandi difficultas magis in nocte quam in die in-
fertans, palpitatione cordis, dolor capitū cum grauitate, & destilla-
tio falsa a capite ad fauces, & ad pectus.

Quorum ſymptomatum, & morborum causas, & origines, tu
Vir Excellentissime ingenioſe retulisti, nam conſtantissimum eſt
febrem illam quæ habitum quendam contraxit in partibus ſpiri-
tualibus genitam eſſe, alijsque communicatam ob inductum à
putredine calorē, in humoribus heterogeneis facta à prædominio
pituitofis cū nō modica bilis portione q̄ in iecore generatur valde
calido,

*Aqua cocta
suauissima.*

*Coitus do-
res articulo-
rū inducit.*

*Quo genere
tū febris.*

calido, obstructions autem plurimæ adsunt quæ augmentur, & ab ingenti rheumæ copia fountur ad partes spirituales descendentes, in quibus licet sint nobilissimæ, sit quædam quasi horum humorum cloaca, quare nō est mirum si oriatur tussis quæ à Gal.

2. de sympt. caus. cap. 3. in numero eorum motuum deprauatorum connumeratur, quæ quidem opera facultatis coactæ sunt violenter mouere propter aliquam morbosam causam eandemmet irritantem quotiescumque enim ultra naturæ leges sese gerit, nullum symptomam in facultatibus oritur, sed cum aliqua causa præternaturalis oritur, quæcumque sit illa efficit ut facultas irritetur, sentiensque aliquid alienum à sua natura exurgat ad motum, unde non motu consueto mouetur, sed vehementiori, quæ vehementia motus depravatus vocatur.

Quid sit motus depravatus sensibilis. Horum autem motuum aliqui sunt sensibiles, aliqui insensibles, tussis ponitur à Gal: inter motus sensibiles, locus itaque affectus sunt partes spirituales, ex quibus pótissimum intelligo cavitates ipsas pulmonū quæ repletæ, & aggrauatae ab humoris quantitate pituitosi ad eius expulsionem insurgunt.

Porrò huiusmodi humor pituitosus à capite frigido, & humido descendit non inibi totus genitus, sed maior copia à ventriculo producitur, & ad caput delata cum vaporum multitudine, qui fortassis facillimè eleuantur, tum propter abundantiam excedentem, tum ob serorum humorum copiam, ex quorum multitudine cordis caliditas, & iecinoris, exhalationes plurimas sursum eleuat, quæ repletionem, & distensionem in membranis cerebri producit, ex qua capitidis dolor cum grauitate generatur, fieri autem nequaquam esse arbitror, quia coctio ipsius ventriculi sit illæsa, quæ cum lædatur, vel læsa facultate per essentiam, vel per morbum organicum organo affecto ut organicum est, vel propter externum errorem.

Quamobrem censeo lesionem esse secundum essentiam, eà quod sit imminuta coctio ob natuui caloris imminutionem, & humidi radicalis, ex qua imminutione sequitur cruditas, seu debilis coctio, eo modo quo Aristoteles fieri determinauit, portio horum humorum defertur per venas meseraicas ad hepar, in quo detenta obstructions generauit, ibique caloris restaurationem prohibuit, ex quo magis incalescere cepit, & tamdiu perdurauit,

4. Metaph. Causæ mortificæ. vt quendam habitum naturalis caloris in hepate generauerit, obstructo itaque iecinore omnibusque fere vicinis partibus, & spiritualibus infectis, quid mirū si diu causis mortificis remanentibus, effe-

effectus etiam morbifici continuò perdurauerint, ita vt calor præter naturamiam ad principium habitus deuenerit, difficulter etiā *Causa diffi-
respirat, quia libera & integra respiratio tunc efficitur, quando facultas, instrumentum, & medium benè disposita sint. Spirationis.*

In hoc casu instrumentum quod aerem attrahere, & expellere deberet, non solum debile redditum est, sed tepletum iugiter agrauatur, vnde attractio illa, & expulsio non potest fieri, quæ naturalis respiratio appellari solet, cum aeris locus humiditatibus plenus aerem recipere nequeat, non leuis insuper flatuum copia per corpus vagatur, quæ præter cætera mala, palpitatione quandam cordis inducit, mihi per ipsum ægrotantem significata, quæ propter cordis flatum auriculas agitantem fit.

Vt itaque in pauca conferam in quo horum affectuum uis consistit dico cum viro excellentissimo vrgentiore affectum esse illam distillationem, quæ phtisicæ minatur periculum, & simul hec dispositionis, phtisicæ quia periculū imminet ne pulmones exulceret, aut venam disrumpat, aut erodat cum humor acuitate nō careat, & salsedine, hec tice quia præterquam quod iam febris aliquem contraxit habitum, scimus etiam quam consanguinitatem phtisis, & hec tica propter vicinitatem spiritualium partium, ad hæc totius corporis dispositio, & potissimum cordis, pulmonum, & iecinoris calida, ventriculi, & capitis frigida magnam dicuntur habere vim ad curationem prohibendam.

Prætermitto tentatam curationem fuisse ab eruditissimis viris, proprijs remedijs, experientia, inuentis methodo adhibitis, sanitas tamen subsecuta non est, quod arguit malignitatem morborum, & symptomatum, partiumque principalium temperamentum vitiatum esse vehementer: hæc licet ita sint, quia ægrotates tunc temporis nunquam remedijs medicis priuari debet, et si sentiam admodum difficile esse ne dicam impossibile curatiuos scopos obtainere, illos tamen in medium afferre nō desinam ne onus subterfugere videar, & ne voluntati ægrotantis satisfaciam.

Scopi autem sunt hi, destillatio est prohibenda, prohibebitur autem si humor genitus euacuetur, & prohibetur ne generetur, quia autem à frigiditate generatur ventriculi, & capitum, hæc duo membra ad temperatam caliditatem sunt reducenda, caliditas iecinoris, cordis & cæterarum partium spiritualium est refrigeranda, correctis his partibus quis dubitat quin omnia symptomata sint peritura? Vtrum quam sit difficile hos contrarios scopos obtainere excellentia vestra optime calleat cum satis longum vitæ spaciū

*Tericulum
hecticæ, &
phtisicæ.*

*Quo deſtil-
latio prohi-
beatur.*

cium in Arte Medicina exercenda peregerit, ut tamen remedia aliqua ex arte in medium afferam, ad medicinales fontes, chirurgiae nempè, pharmatiæ, & dietæ est deuenientum.

In fonte chirurgico vnicum mihi tantummodo se se offert re-
medium, & hoc est vt duo fonticuli fiāt, alter in dextro brachio,
alter verò in sinistro, per hos nanque riuulos, non solum natura
reuellendo materiam iam genitam euacuabit, sed quæ in posterū
paulatim poterit pullulare itidem pedetentum euacuabit, quod
autem ad sanguinis missionem, cæteraque remedia pertinet, ne-
que affectus, nec humorum multitudinis ratione opus est, cum de-
bito tempore dum vires constabant oportunè extractus fuerit san-
guis, quod autem ad pharmatica spectat, cum multa remedia vi-
derim, eaque præstantissima ab excellentissimo viro fuisse exhibi-
ta quæ tam parum profuerunt, in hanc deuenio sententiam, hoc
corpus his æstuis temporibus, vehementioribus medicamentis
non amplius esse torquendum, sed tantum aliquo leui syr. quod
sit temperatum, & quod partes respiciat spirituales vtēdum esse,
& si qua opus erit euacuatione, ea clysteribus erit molienda, mo-
do leuibus, modo etiam acrioribus, prout suadebit occasio, sera-
pia quæ à me laudantur, & in his casibus perspè vsu habētur sunt
syr. de iuiubis, violis, glijuriziæ, hyſopi, & prassij, vel omnibus,
aut simul decoctis, cum decoct. decoctione hyſopi, prassij, & ea-
rundem iuiubarum cum floribus cordialibus, vt in hoc exemplo.

Rec. iuiubarum num. 10.

glijuriziæ drac. 5.

fol. hyſopi, } ana m.s.
prassij. }

Florum cord.m. ij. fiat decoct. secundum artem.

Rec. dictæ decoct. vnc. iiij. s.

Syr. de iuiubis. } ana vnc. 5.
Liquiritia.

De hyſopo. } ana. drac. iiij. misce pro syr.
prassio.

Tempus autem hūc sumendi syr. sit aurora, & superdormiat si-
fieri poterit, ecligmata quoque summoperè approbo per diem
sumpta, quemadmodum illud est quod fit ex nucleis pineis diaco-
dion tum liquidum, tum in forma solida, & illud etiam quod fit
ex succo nucum diacardion vocatum, necnon ecligma sanū Mc-
fues, his diamoronis portionem addendo, nam ethi ecligmata ali-
qua

qua calidas causas respiciant, & aliqua frigidas, tamen quod sibi
magis conueniens, & necessarium natura videbitur eliget, poterit itaque lambituum hoc modo fieri.

Rec.diacod.simplicis.

Diapenidiarum. } ana vnc. 1. syr.

Ecligmatisiani Mes. } viol. q.5. misce
in eo pro lambituo.

Diamoronis. vnc. 1.5.

& hæc erunt, quæ modo partes spirituales respiciant. Quod vero
ad partes naturales spectat, pro intemperie ventriculi, & iecino-
ris curatione, & ad earundem partium obstrunctiones aperiendas,
brodia caponis, vel vituli parentur, in quibus omnes hæc, vel pluri-
ma pars harum herbarum decoquantur, agrimonias scilicet, ab-
sinthij, betonicæ, cicoreæ, sonchi, hepaticæ, rubea tintoriorum, &
huiusmodi cum modica tamen ligni guaiaci portione.

Cum autem diebus pluribus his pharmacis fuerit usus, ac certa
persenserit utilitatem, si qua necessitas apparebit aliquod medica-
mentum exhibendi, usum non trasirem mel. ros. sol. cum rhabar.
& decoct. pept. quod si febris aliquo pacto remittatur, præstantissimum
remedium esse arbitror ad illam absumentam destillatio-
nem decoct. galli antiqui arte parati, positis in ventre ijs quæ pe-
tus, hepar, caput, & ventriculum respiciunt, aquæ etiam therma-
les, Patauinæ, intus & extra in potu & in balneo, valde proderut,
modum autem utendi modo non refero, cum hoc suo tempore
sit præstandum, tempus autem non est modo opportunum, sed in
vere proximo, hæc autem breuissimè dicta sint quæ ad pharmaca
spectare videntur.

Tertius ac ultimus fons qui ut dicebat Hip. in acutis non leuem
obtinet partem curationum morborum, est recta viuendi ratio
quæ si quid aliud valere potest ad membrorum omnium, & pre-
cipue ventriculi intemperiem corrigendam, illa est quæ id presta-
re potest, relinquendo aereim, & reliqua quæ ab Excellentissimo
Viro describi poterunt, de cibo tantum, & potu, verba faciam, &
quod spectat ad vinum, sum huius sententia, & febris, & destilla-
tionis ratione ab illo abstinentum esse, cuius loco aquam coctam
cum aromatibus, coriandro potissimum saccaro, liquiritia, & pas-
sulis bibat, si autem febris ceſauerit, vinum tunc temporis esset
concedendum, album nihilominus, tenue, & aqua illa correcta di-
lutum, de cibo ea cura habenda est, vt cibaria elegantur nutrimeti
optimi, paucissimi excrementi, & quæ facillime in sanguinem mu-

Que facile tari possint, ut sunt oua recentia, panatellæ, pultes ex ouis, oua in
in sanguinæ brodio conquaßata, carnes contusæ, caro uituli, galinæ, pullorū,
mutantur. turdorum, paruarum auicularum, perdicum, & omnes aliarum
 auium quæ non degunt in paludibus, & sunt optimi nutrimenti, laudo vt saepè, si febris non vrgeat, cibaria cum croco, saccaro,
 vuis passulis, & fœniculo condiantur, nam ex croco, præterquam
 quod palpitationem iuuabit, & cordis affectus, hoc tantum boni
 ventriculus accipit, vt coctioni ipsius mirificè auxilietur.

Hæc illa sunt quæ milii dicenda occurunt in casu diffcili, &
 periculoſo multorum symptomatum complemento, pro salute
 mei patricij, taxit Deus ut aliquam vtilitatem percipiat, & si qua
 vtilitas speranda est, profecto in illis duobus fonticulis, ac in recta
 viuendi regula est reposita.

Pro R. P. Fratre Stephano Zardino Soncinensi. Qui laborabat febre
 lenta quandoque intermittente sine rigore, dolore capitis, rheuma
 salsa à capite ad pectus, item oculorum, tussi, inflammatione lugulæ,
 dolore ventriculi, melancholia hipocondriaca, & iecinoris cali-
 ditate.

De varijs morbis si- mul. Multa sunt quæ me hortantur, & cogunt, ut omne studium, &
 curam impendam, vt sanitatem fere penitus amissam valeas recu-
 perare, nam & communis patria, & nostra amoris uicissitudine ab
 ineunte ætate, tuaque prudentia, & doctrina, ac vitæ integritas
 apud me tantum valuerūt, vt nihil existat licet difficile, quod pro
 meis viribus præstare non teneat, tuaque honestæ uoluntati mo-
 rem geram, quare ex corde accipe hæc pauca deprompta, quæ de
 essentia, & tuorum affectuum præter naturam curatione pro tua
 salute cogitauit.

Variæ ac multiplices affectiones existunt quæ V.P. infestat, &
 has omnes ad octo tantummodo reducendas esse sum arbitratus,
 ad febrem létam, capitis dolorem, ad oculorum destillationem,
 & sic oculorum fit lachrymatio, ad pectus, & sic oritur tussis, ad
Destillatio lugulam, & ita inflammatio eiusdem cum vocis amissione, adeſt
quot mala præterea continuus ferè ventriculi dolor, ac tandem fortassis
accidit. periculosior alijs, adeſt quædam melancholia hipocondriaca, Mi-
 rachiale. Arabes appellant, quæ adeo te cōturbat, vt timore quo-
 dam, ac mœrore quasi continuò detentus videaris, horum igitur
 symptomatum omnium causas indagare oportet, vt ijs inuentis,
 & debellari, & auferri possint, ne in posterum actiones tuas of-
 fendant,

fendant, ne ue affectus præter naturam deinceps generent.

Statuo primo temperamentum calidum esse, & siccum particeps tamen multi humoris melancholici, nec quisquam mirari debet, si dico totius corporis temperamentum a prædominio esse calidum, & siccum, quod ventriculus frigidus appareat, & caput frigidum, & humidum, nam cum Galeno non licet ex tempore vnius, vel alterius partis, totius temperamentum arguere: 2. de temp. licet enim ventriculus, & cerebrum frigidum redditum sit, ex im cap. vlt. pari tamen duarum partium temperamento, aliarum natura minime arguenda est, de venarum potissimum, & arteriarum generre quod valde calidam, & satis sicciam esse ostendit, & latitudo venarum, & durities arteriarum, necnon earundem, totiusque corporis calor, color præterea capitis, & capillorum ad flauum vergens, propensio ad iram, vna, cum alijs signum est temperaturæ habitus huius corporis calidæ, & siccæ, supposita itaque temperatura, naturam perpendere incipio, & causas horum prædictorum affectuum, & primò quantum ad febrem illam, quæ quandoque Febris intermitit, non est verendum esse putridam, modumque seruare termittens duplicitis tertianæ nothæ per admixtionem pituitæ, necnon multo potest estæ portionis humoris melancholici, non est tamen continua quia se putrida, neque unus proximus superuenit alteri, nec in venis vget putredo, sed potius a ijs corporis partibus, mesenterio præsertim iecinore, & partibus lienis.

Tres igitur humores illi bilis, pituita, & melancholia sunt huius febris subiectum, pituita ab imbecillo ventriculo & capite generatur, bilis utraque in nimis calido iecinore, nam cum ventriculus humorum crudum ad iecur demandet, caliditate sua partem tenuorem adurit, crassiorem autem magis incrassat, sive inquinatam per corpus distribuit, vnde ab eius lentore fiunt obstructiones, quæ liberam caloris transpirationem prohibent, vnde calor fit non naturalis, & putredinem inducit, & pro varietate humoris subiecti, quem ita corruptit, ita diuersæ febrium putridarum species generantur atraq; bilis, & pituitæ, varius ab hac effectus est desyllatio falsæ rheumæ à capite ad oculos, ad guttur, & ad pulmones, quæ falsa reddita est propter humoris portionem adusti, pituitæ admixta in iecinore genitæ ex supercoctione, ac per venas ad caput delata, ibique per venas resudans cum humiditate illa copiosa, & excrementosa miscetur, ac illi falso distinetum impartiatur, pars huius humoris in capite residens, membranas, & reliquias sentientes partes distemperat, distendit, & vellicat, vnde con-



tinui solutio oritur, quæ doloris immediata causa supponi debet.

Huius humoris determinata portio ad oculos, lachrymationemque deffluit, seu potius humectationem cum rubidine producit aliquo pruritu propter acuitatem quam habet, alia portio in laringem, & fauces imbibitur, ac inflammatione sua, & humectatione partes infiat, & inhabiles ad vocem edendam reddit, vnde quandoque anginosus euadere visus est, reliqua per tracheam arteriam, ad pulmones descendens spargitur, & aeris exitum liberum impediens excitat expultricem facultatem, ad excernendum illud quod nocuum, & praeter naturam videtur, vnde oritur tussis, quæ laesio est respirationis depravatae a morbo in via.

Præter dicta distillationis symptomata conqueritur de dolore ventriculi, quem non aliunde originem ducere existimandum est quam ex eiusdem frigida intemperatura, & humida, necnon ex ingenti copia humorum pituitosorum tunicis infixorum cum flattum copia ob laesam facultatem essentialiter, scilicet calorem concoquentem ipsius ventriculi, necno propter errores commissos in viscere: porrò hę omnes malae affectiones non leues, nec sphenndae sunt, sed quod non minori consideratione est opus, melancholia hypocondriaca inest, cuius duæ sunt differentiae.

Melach. duplex differētia. Altera quæ oritur propter vitium venarū mesentericarum nimis assantium, & incrassantium sanguine, ex qua assatione, & incrassatione plurimæ obstrunctiones generantur, & flatus, qui ad caput deinde feruntur, spiritus animales conturbant, teque timidum & metuentem reddit; de hac Gal. locutus est.

3. Deloc. affectis. Altera ob lienis vitium oritur, vt tanta humoris terrestris copia generetur, quæ per lienem non expurgetur, ac proinde icores ad ventriculum effundantur, & vapores ad caput, & hoc continet obstructio liene, vt humor per consueta loca expurgari non possit, de hac Gal. 5. eiusdem operis locutus est, non negarim lienem hoc malum admodum souere, sed quod vel solus vel principalis sit in hoc affectu, sanè non auderem affirmare, cum præcipue & evidentes de liene quærelæ non sint, plurimi tamen melancholici humores in lienis regione adiungunt, qui nisi augent, saltē melantholicum fouent affectum.

Humores melach. sūt in liene. Credo itaque hoc contingere ob multas mesenterij obstrunctiones, & potissimum illarum venarum quæ sunt propre hepar, quarū crudus humor à iecinoris caliditate assatur, ibique detentus facit obstrunctiones, vnde evaporationes continuae sunt, ex quibus per con-

consensum in capite, variæ spirituum agitationes, & falsæ imaginationes fiunt, & licet morbi huius origo, ut refert ex Dioclet. Gal. sit mala temperatura calida sanguinem assans, dum tamen calor ille ex afflitione, & vstione impressus difflatur, & euaporat; materia, quæ remanet fit frigida, sicut in carbonibus extintis contingit, & ab illa ventriculus & intestina refrigerantur.

Hæc est morborum & symptuatum natura quibus V. R. affectatur, quæ omnia ad duo præcipua capita sunt reducenda, alterū est venarum, & iecinoris intemperies calida, cum obstructionum, & crassorum humorum melancholicorum copia, alterum est in-temperatura frigida ventriculi, & intestinorum, cum multa pituita insurgunt, videlicet euacuandi materiam, & temperandi in-temperaturam partium potissimum principalium, sed quod materia nisi ablatis obstructionibus euacuari non potest, ita illæ nisi materiae copia auferatur nequeunt remoueri, itaque prius est mi-nuenda multitudo, & extat illud Hipp. oraculum. Corpora vbi quis purgare voluerit oportet fluida facere, id verò fiet, vt ibidem docet Galen. si crassos humores inciderimus, lentoſ at-tenuauerimus, & detergerimus, ac si meatus per quos oportetducere aperuerimus, quæ omnia an possint præstari necne quidem sum anceps, cum omnes affectus isti inueterati existentes, ac natu-ra ferè coeui, si quid tamen sperandum est, illud in præsidiorum materia positum est, & præsertim in recta viuendi norma, nam si quid aliud potest in diuturinis morbis ex Gal. lib. de atten. victus ratione, & ex omnium Medicorum consensu est recta viuendi re-gula, de qua primò loquendum est, mox de medicamentis, alijq; instrumentis Medicis.

Sint igitur alimenta, cibus scilicet, & potus talia, quæ probum sanguinem generent, panis sit recte confectus, bene fermentatus, cum feniculo, aut aniso, carnes sint tales, vt sanguinem clarum, & tenuem, non crassum, & turbidum efficiant, aues galinaceæ iuuenes, pullorum, caponum, & galinarum iuuenum, aues quoque sil-uestres non damnarem, vt sunt perdices, attagene quas francoli-nos appellant, turdi, meruli, & auiculae in montibus viuentes, hæ-dina similiter, & vitulina caro non est recusanda, & præsertim la-stantis vituli.

Omnis reliquæ carnes veterū animaliū vitandæ sunt, s. bouo-
rū, leporū, cuniculorū, omniumq; auium in stagnis degentium, tandem.
fercula sunt ex hordeo, farro, pane iure cotto, ouis in iuribus pulli
con-

*Quæ indicat
iones à sym
ptomatibus
hauriū pos-
sunt.*

*Nisi fluidū
reddatur
corpus ex-
purgari non
pot, & quo
fit.*

*Carnes eli-
genda.*

Casei, et latitatis mala qualitas.

conquassatis, & vituli cū omphacio in estate, & in hyeme cū cinnamomo, acetosa sint in estate, cicoriū coctū cū vuis passulis, in hyeme caparis, pisces ferè oēs sunt fugiendi, legumina omnia abijciēda caseus, & lac caput replēt, ac destillationē augēt, & multiplicat obstructionem, ita salitis est abstinentū, fructus horarios euitet, si tamen quāq; ex illis aliquid degustare voluerit, sint modicæ quantitatæ, & ex illis sint qui minus nocui sunt, & ante caetera cibaria sumātur, post cibū laudo, ut vel cotonea faccaro cōdita, vel pīra cocta adstringēta sumātur pro stomacho corroborando, & ne vapores ascendant, vinū sit oligopharū, clarū, maturū & potens, nō dulce, nec acidū, vel austérū, vel si ad nigrū verget sit tenuis substantię, & tale qđ minimè caput petat, & si febris non dimitteret, sed vgeret, abstinentum esset a vino, cuius vice vel brodia pulli laudarem, vel aquam cinnamomo, & coriandris præparatam.

Recta vi uendi regula.

Aer in hyeme eligatur calidus, in æstate frigidus, tēperate tñ, à matutinis horis caueat, nō sit tñ in siccitate admodū excedēs: Mōtus animi & corporis sint moderati, oēs curæ abijciēdæ, otium fu giendū, & nimia exercitatio, moderate est dormiendū, ac vigiliae potius illi proderūt: de venereis non loquar, non n. me latet vitæ probitas, & quantū ab huiusmodi rebus animus purus abhorreat.

Ad crudites, & feces educandas.

Quare viū medicamentorum aggredior, quæ duplicis naturæ solent existere, alia n. sunt quæ humores purgant alia quæ nostra corpora alterant, & viscera corroborant, ab omni acri medicamento, insiniterq; in principio purgante iudico abstinentum esse, aliquid benedictū medicamentū non damnarē cui potius leniendi quām purgādi vis esset, vt cruditates, & fœces quę in uētriculo, & intestinis ressident educantur, ut deinde ea quę ad alteran dum, & corroborandum exhibentur transitum habeāt faciliorē.

Casia, & tammar. Stoma cito.

Ad hūc vsum utilissima sunt mel, ros, sol, syr, ros, sol, mel etiam violaceum, sol. & syr, viol, sol, elect, lenit, diacathol, casia, manna, decoct, tamarindorū, ego tñ ob stomachi frigiditatem à casia, & tamarindis abstinerem, & ex his eligerem mel, ros, ad quantitatē iiiij. vnciarum, ac adderem 3. iiij. diacathol, cum decoct, borag, beton, q. 5. potum his conficerē: hac facta lenitione sequēti die inciperē obstructions aperire, lēta incidere, & crassa attenuare, ut ad purgationē humores præparētur, ac vię per quas sunt educandi, libere, & expeditæ euadant, ideo hoc decoctum mihi quammaxi, Decocc. ad mē probaretur si frequenter eo utaris, quod iecur ventriculum, & corrig. uēt. cerebrū respiciat, & eorū int̄perficiencias corrigat, nā ab ijs & pituita, & cerebr. humor exustus, & destillatio procreātur, & ideo sic paretur.

Acci-

Accipiantur fol. cicorij, & absinthij ana. partes duæ, fol. beton. pars vna, in iure pulli decoquantur galinacei iuuenis, & summo manne vnc. 4. cum mel. ros. fol. aut fyr. de agrim exhibeantur, mē suram quoque soleo variare, prout magis, vel ventriculus, vel iecur, vel caput indicat, nam si ventriculus magis indicat, comam ab sinthij augeo, si iecur cicoreum, si caput beton.

Interim dum, hæc sumuntur hanc inunctionem laudo ieiuno ventriculo factam illius corroborandi studio, accipere itaque folio æstate oleum amigdalarum dulce, hyeme amarum, ad vnc. 3. vini alibi stomachalis tantundem, absinthij comæ minutum incisæ quantum humor ille capere possit, atque demergo: quibus cinnamomi drac. 5. & mastic. drac. 5. addantur, omnia buliant ad vni consumptionem, pœstea oleum excolando exprimatur, & parum ceræ adhibetur, hoc enim est præstantissimum ad corroborandum ventriculum linimentum sic igitur vijs, & humoribus præparatis hoc purgans medicamentum debebit sumi.

Linin. ad
ventr. corra
bor. and.

Rec. rhab. elest. scrup. 4.

fol. senæ. vnc. 5.

spicæ

cinnamomi-

Gariofillorum-

} anag. 3.

Infundatur in decoct. cord. q. 5. factaque forti expressione addâ eur mel. ros. fol. vnc. 4, & miscet. Plurima alia capiti apposita præsta ri possent, quæ destillationem exsiccare valent.

Inter cætera ablutio parari posset ex lxiuio non acri ex cinere iuniperi facto, ipsi nanque ingens vis inest fluxiones sistendi, in quo coqui poterunt folia roscarum siccaram m. 2. mirti. m. 1. cinnamomi, beton. ana. m. 1. puluis quoque singulis diebus in mane in loco suturæ coronalis inspergi potest, & vt adhæreat melius, vsi lissimum erit prius masticino oleo summam illam capitii partem idem. inungere, puluis talis conuenientissimus erit.

Accipiantur roscarum folia siccaram, mirri, sandali citrini, rubei, coralorum rub. præpar. portionibus æquis, quibus adderetur vtriusque celticæ, & nardi, & gummosi iuniperi, quam scriptores vernicem appellant, apothecarij sandaracham, & non mineralem græcorum, hæc omnia in tenuissimum pulucrem reducantur qui munido capiti inspergatur, & cum secundus puluis inspergendus erit caput prius pectine mundetur.

Si morbus iste cõmuniорibus remedij soluerit cedere, laudare sumopere cinnę decoctū p quindecim dies cū aliqua leui salē por-

Puluis ad
idem.

tione, ita ut sumi possint salsa vnc. i.s. cinnæ vnc. 2.s. in l. i 2. aquæ communis infusis primum per naturalem diem, mox decoctis ad consumptionem medietatis in fine huius decoctionis adderem ad bullendum in sacculo fol. enduiæ, cicor. beton. ana. m. s. facta; colatura forti pro syr. seruarem, cuius sumendæ erunt vnc. 6. in mane, & in sero totidem in lecto stragulis bene cooperto ut sudor exeat, pro potu autem concederem dilutum vinum tamen hac aqua, quam in hunc modum pararem, residuum salsa acciperem, & cinnæ, aquæ communis lib. 16. bulliant ad tertiae partis consumptionem, & facta colatura.

*Conserua
utiliss.*

His omnibus habitis utilissimus erit cofectionum usus, & conseruarum, quemadmodum est conserua beton. cicor. roris mari- ni, salviae cum mirabolani, chebulis, & emblicis saccaro conditis, saccarum quoque boraginatum praestantissimum est; haec omnia, & perse & cum alijs mixta sumi poterunt, & haec sint dicta quantum ad fontem pharmacorum.

Remanet ut videamus an in chirurgico fonte sit operatio aliqua, quæ tibi utilitatem afferre possit, sed duo statim occurunt quæ tibi summopere opem allatura videntur, alterum quod in principio, alterum quod in fine curationis agendum est.

In principio siquidem cum summa utilitate est faciendum post alii lenitionem, & sanguinis detractionem per haemorrhoidales venas ad quinque vel sex vncias, nam huiusmodi euacuatio sine vi- rium iactura succedit, ac iecinoris euacuatio fiet humoris terrestris, & euentatio, obstructionesque, & putredo facilis auferetur, quod ultimo loco praestandum erit, fonticulus unus fiet in brachio dextro, quod erit praeservatio, ne in posterum noua oriatur de- stillatio, per fonticulum enim quasi per riuulū, portionem illam humoris pituitosi, ac serosi natura deriuabit, quæ in futurum for- sitam sine illo possit generari.

Haec sunt quæ mihi oportuna visa fuere ad ferendam opem ti- bi familiari meo dilectissimo, cui Deus omnium bonorum largi- tor, salutem ac sanitatem impertiri dignetur.

De hernia. *Ad Illustrijs. Comitem N. pro eius puerulo quinque annorum hernia in testiculis laborante, quæ oui galina formam refferebat.*

MUltum tibi debeo Illust. Vir, cum plurimum in me confi- dere videaris in cura tui dilectissimi filij, de cuius ægritu- dinis scientia, & curatione pauca haec minime spernenda ex to- to corde a me accipere ne graueris.

Sup-

Suppono primum tumorem illum non etiam durum, nec herniam aquosam, nec ventosam, nec verucalem, aut carnosam, sed vt ex tuis literis percipere potui, haec hernia sit à *Hæc hernia* siphac relaxatione, & apertura, & vt rectius loquar fractura, quod *unde fiat.* intestina ad testiculorum tunicam descendere finit, cum enim dicti siphac, sic ab Arabibus appellatum zirbus, à latinis sit colligendi, ac retinendi intestina in suo loco sit quoque peritoneum *Hernia intestinalis que* disruptum, intestina non retinentur in suo situ collecta, sed in se- rotum nempe ad testiculos descendunt iccirco proprio nomine *sit.* intestinalis hernia appellari meretur.

Ad cuius morbi curationem, prius necesse est exactissimam vivendi regnum constituere, quæ cibis optimi nutrimenti, paucissimi excrementi, & bonæ distributionis continetur, res omnes flatuosas, ac pituitosas fugiat, vinum rubeum esse debet cum aqua feniculi, non sit album neque crassum, sed coloris subrubeti, non valde nigrum, toto curationis tempore puerulus egregius in lecto iacere debet, & priusquam ad localia medicamenta accedam, vniuerso corpusculo erit consulendum, leui igitur purgatione, & conuenienti emundetur, ætatis, temperaturæ, & ceterorum habito respectu, aluum itaque hoc pacto lenirem.

Rec. mannæ electæ. vnc. 2.

iuris pulli cum sem. citri. q.s. m. f.p.
humores verd his decoctis factis in iure pulli cum capili. ven. acetosa, & petrosel. rad. disponantur, & signis coctionis apparentibus, iterum eisdem duabus mannæ vncijs, quæ dicta est purgatio reiteretur.

Hac vniuersali facta purgatione, alicuius peritissimi chirurgi opera intestina, & zirbus ad suum locum sursum reponantur, deinde ligaculum fiat, & super herniosi scissuram reponatur spōgia omnem locum scissus ipsius contegens, hoc decocto imbibita, & modice exprela.

Rec. vini nigri austeri lib. 2. S.

rosarum	{	ana. m. S.
balustiorum		
mirtillorum	{	ana. m. S.
sumach		
fol. plantag.	{	X
Ipericonis		
matr. sylvae.		radic.

Decoct. ad
herniam.

radic. & fol. consol. maior. & min. } ana. m. s.

Altheæ

Nucum cupressi num. 6.

hipocistidis

alumnis rupei } ana. vnc. v.

aceti rotati.

vnc. i.

licij

vnc. i. s.

mirrhæ } ana. scrup. r.

thuris

glutinis piscium. } vnc. v.

Bulliant omnia simul in prædicto vino ad medietatis cōsumptiōnem, & hoc decocto imbibatur spongia bis in die, & optimo cīngulo adligetur per octo dies: quo facto fouetur locus prædicto decocto per hebdomadā, deinde hoc puluere inspergatur, & cīngulo ligetur cum spongia, puluis hic est.

Puluis ad
herniam. Rec. Thuri-

mirrhæ } ana. drac. i.

mafticis

aloes

sang. drac. } ana. scrup. z.

farcocolæ

mumiæ

boli armeni } ana. drac. i.

terræ sigil

draganti albi triti } ana.

glutinis piscium

} ana.

balaustiorum

nūcum cupressi

} ana. scrup. 2.s.

mirab. citrini

hipocistidis

ladani minutum triti misce & omnia in puluerem sub-

tilissimè redigantur.

Post verò huius spongiæ applicationem, & per vsum per multos dies prædicti pulueris, gerat cīngulum solum cum hoc ceroto, quod erit continuo gestandum.

Rec. pulueris prædicti vnc. i. s.

succi radicis consolidæ maioris, & minoris. drac. s.

terrebinthinæ claræ drac. 12.

olei mafticini

} ana. d. i. s.

Olei terrebint.
mirtini. ana drac.ij.

Litarg.auri,& arg. ana drac.iij.

Axungiae hirci. scrup. s.

Bulliant prædicta olea cum litargirio, & modico aceti, donec acetum fuerit consumptum, deinde S. A. imponatur consolidae succus, & iterum bulliant, mox terrebintina, vltimo loco pulueres adjicantur, & cum cera q. 5. fiat cerotum satis durum, semper cū spatula S. A. agitando.

Sperarem Illustrissime Vir hac curandi methodo, facta à viro præexistente, & dexteritate prædicto, egregium puerulum sanitatem consequi posse, & si amor erga te meus quem à pueritia suscepisti, & hucusque fideliter conservavi immo auxili, me in afferendis remedijs diligentissima indagatione inuentis minime decipit, inspe sum te cum puerulo dilectissimo voti compotem euasurum quod Deus benignitate sua ex animi tui sententia succedere faciat.

*Pro Clarissimo Domino N. annorum sexaginta sex
febre dupl. tertiana correpto.*

Q Via recta curatio, & methodus curativa quæ est vltima in executione, & prima in intentione, est cuiusq; morbi remedia adinuenire vt salus ægrotantibus comparetur, vt Gal. testatur, & hæc ex cognitione ipsius morbi, & naturæ ipsius ægrotatis capiatur, vt remedia cōuenientia inuestigare valeamus.

Primo igitur consideranda venit natura ipsius morbi, qua inuenta considerare postea conuenit vtrum eius natura remedijs fit capax, & quæ nam convenientia existimetur: Morbus quo vir Clarissimus afficitur, est febris in genere putridarum, & ex putridis in genere tertianarum, & ex speciebus tertianarum notharū tertianæ nothæ aliæ sunt intermitentes, aliquæ sunt assiduae, continuæ vero aliæ sunt continuæ propter putredinem intra venas, aliæ vero per subingressum paroxysmorum.

Hanc non esse eiusmodi patet, quia nulli ferè sunt rigores, & adiuc perdurat accessio superueniente alia accessione, vrinæ quoque sunt rubæ, crasse, multumque ignis in venis ostendunt, itaq; credendum est hæc febrē esse in humero tertianarū notharū maioris famæ, quæ per essentiam est continua ob putredinē in ve-

*De febre du-
pli. tercia.
na.
2. Met. 7.*

*Febrē ter-
cianæ nothæ
diuersæ.*

nis, non adhuc valde magnis, nec in tenuioribus, sed in ijs qui secūdi rami vocantur existens, non circa cor, quia saeuiora symptomata haberemus, sed circa iecoris, & cauæ venæ propagines: an verò adsit excellens gradus putredinis malitiā proeluentis non est credendum, cum adhuc simus in initio, quia peiora ut dixi symptomata haberemus, sed quandam dispositionem adesse, tantamque ebullitionem, & agitationem in venis, ut non inepte timendum sit ne sequatur: Causæ huius febris quanvis variæ possint extere, ad duo tamen causarum genera reducuntur.

*Cause hu-
ius febris.* Altera est procatarctica, constipatio scilicet porrorum facta ex vestimentorum mutatione, & ex ambiente frigido quia bis in aurora frigidiss. non consuetus surrexit ad aerem, & iter confecit loquim, ex quo factū est ut aer frigidus, & crassus vniuersæ cutis porositates constipauerit, motuque insueto ebullitionem induixerit in humoribus, quæ cum sit quædam humorum inflammatio, nec eventationem inuenerit, tum ob humorum crassitatem redundantiam in toto corpore, tum etiam ob cutis constipationem ex aere frigido febris est orta.

Altera est interna primitiva, quæ nūli aliud est quam dispositio ipsius patiētis ad putredinem, apparatusque humorum, & multæ obstrunctiones ex humoribus heterogeneis crassis genitæ.

*Scopi hu-
ius morbi.* Quo igitur ad scopos primo meatus totius habitus cutis aperiendi sunt, materia in vniuerso corpore peccans est educēda, & priusquam educatur est preparanda, preparabitur autem si attenuetur, incidatur, & detergatur, quia vero calor extraneus qui febrem efficit calidus, & ficcus est, ideo refrigerandus est, & humectandus. & quæ putrida sunt educenda, quæ vero quotidie putrefieri possunt, prouidendum ne putrefiant.

*Indicatio-
nes huius
morbi.* Cum itaque præcipua causa efficiens febrem sit caloris transpiratio impedita, impedita autem transpiratio partim putredine in iam fecerit, partim factura sit, ratione putredinis factæ oritur indicatio euacuandi, ratione vero futuræ nascitur indicatio putredinis causæ tollendæ, causa est prohibitio transpirationis caloris, hæc autem sit ut diximus à duplice causa, nempè ab humoribus pituitosis, & melancholicis, partim à porrorum constipatione, humores sui euacuationem arguunt, & quia vniuersales & particulares existunt, illi vniuersalem expetunt purgationem, isti particularem: hi sunt principaliores scopi huius morbi, circa quos, quid sit præsa- giendum, agendumque videre est.

Sic cor-

Si corporis plethoram, & cachexiam respicio, si continuatatem febris, si ætatem natu grandem, sex supra sexaginta nempe annorum perpendo, quod magnus est morbus magnis indigens remedijs venæ scilicet sectione, & purgatione, quod in hac ætate difficius admitti debet, addo timorem mortis ingentem quo iugiter afficitur ægri spiritum debilitantem, ac resoluentem, profecto mihi aliquantulum timendum est de illius salute, & eò magis quia *Etio non est longè abest à ciuitate, & reperitur ruri, ubi necessaria exhiberi nō admittēda.* poslunt.

Quia tamen medicina præstantissimum, & diuinum quoddam est, cum nullum auxilium expertus fuerit, fortassis præsidij adhibitis sanitatem recipiet si Venetias redire aut non potest, aut non velit, hæc sit curandi ratio: cum sumus in principio, & vires sint satis robustæ, de eius salute non est omnino desperandum quæ agenda sunt in medium afferam. Tres sunt in vniuersum fontes, ex quibus remediorum, præsidia haurire solemus, chirurgia, phar-macia, & diæta, circa chirurgiam non est dubitandum quod cum putredo in venis adsit, quæ sunt sanguinis vasa, sanguinem per venas extrahendum esse, sed quia ætas prohibet, timendum est vires statim decidant, quæ in senibus fere irrecuperabiles sunt ergo a venæ sectione abstinerem, sed per sex cucurbitulas ab inferioribus partibus sanguinem extraherem, erit postea cogitandum an ulterius ad nouam sanguinis missionem sit procedendum, hæc si perpendo in progressu morbi decernenda erunt, senes enim largam sanguinis missionem non admittunt, qua propter cum senes non multum sanguinis habeant, nisi necessitas cogeret ulterius sanguinem non extraherem, sed si morbi augmentum, & aliqua emergerent symptomata, quæ sanguinis reiterationem requirent, nullus alius locus conuenientior est, quique minus spiritus, & virtutem dissoluat, quam saluatellæ vena dextræ manus, siquidem hæc est ramus venæ cauæ quæ per lienem progreditur, & subter omentum, & postea auriculam humeralem, mox per brachium descendit ad manum, & habebitur euacuatio tum iocinoris tum diatur salua lienis, in quo potissimum loco febriles materiae residere solent.

Quantitas autem ea esse deberet quæ & etati, viribus & morbo proportionata esse videatur, oportunitatem tamè expectarem, & prout res sece haberet de hoc remedio cogitarem, quod si eius vice hirudines hemorroidibus applicare placuerit, huiusmodi

*Qua progre-
diatur salua
tellæ vena-*

modi quoque euacuatio rationi mihi consentanea esse videretur,
frictiones etiam leues in aurora cum oleo dulcium amigdalarū,
ad de obstruendos cutis meatus opportunæ esse poterunt.

Quantum verò ad pharmaciam attinet impossibile est sanitatē acquirere nisi multitudinem prauorum humorum euacuemus, ideo aliquod medicamentum cōueniens eligamus, quod tum primas vias, tum vniuersalem illam plenitudinem euacuet, quale est manna, casia, elect. lenit. diacathol. mel. rof. sol. syr. rof. fol. & huiusmodi, quod tamen mihi conuenientissimum esse uidetur, est mel. rof. sol. & manna, nam præterquam, quod vniuersos humores mel. rof. rese euacubunt, hoc etiam peculiariis habent, ut ratione mel. rof. & manna pituitosos abstergat humores, ratione verò manna biliosos euacuet, aliquam insuper vim nutriendi habent, hoc autem eras in mane facerem, quia dies minoris afflictionis est: reliqui vtro humores in primis vijs existentes, qui obstrunctiones gignunt, ad purgationem hoc modo pararem, cum his quæ incidendi, aperiendi, & abstergendi vim haberent, adderem tamen, & ea quæ vim attemperandi calorem febrilem habent.

Ad absterg. Abstergunt, incident, & aperiunt syrupi plurimi, sed quia non melatet, illū magis iura alterata appetere, quæ nil aliud sunt apud Auic. quam apozemata, ideo eligerem agrimonium, buglossum, capil. Vener. acetosam cum quibusdam cicoraceis, & ius paruæ pullæ pararem, cui portionem adderem vel seminū citri, vel pentaphili ad corroborandum cor, donec apparentibus signis coctionis, aliud quoque simile medicamentum lenituum exhibendum esset, & interim si alius non sponte flueret, clisteribus mollem seruarem, factis cum decoctionibus herbarum lenientium, vel brodio, vel etiam communi oleo, & mel. rof. vel saccaro rubeo, & huiusmodi ita progrederer.

Ad resist. Si verò quod Deus auertat noua emerſerint, ac febris malignitatem præferret, ad bezoartica, cornu leonis, lapidem bezar scorzonerae aquam, cordiales bolos, epitemata cordis, & ad alias quæ cordi potissimum opitulantur, & resistunt putredini transfundum esset.

Circa dietā ea debet esse regula. vi. & viii. vt sit boni succi, paucissimi excrementi, & facilis distributionis, oua sorbilia, iure disoluta cum omphacio, aut succo citri, aut aurātiorum panatellæ, & panis in iure, ptisana hordacea bene parata cū portione carnis, vel vituli, vel pulli incocata, & euulsione seminū melonum, pro potu conuenit ius paruæ pullæ, aqua coriandrorum, destillatum illud.

illud longum vocatum aqua borag. cum iuleb. hora autem conuenienti cibus debito tempore est exhibendus, vt scilicet ante accessionem sex horas sumat cibum, & in alijs rebus non naturalibus sit regulatus.

Hæc absens tibi tradidi protuarum literarum responso, vt consulam quid agere possis circa clarissimum tuum patruum, qui iam nudius tertius dupli tertiana continua laborare cepit, euentus enim accidentium nouissimorum curam variare cogit, quare vt in pauca conferam Venetas cum eggroto reuerte, nam ibi ruri multis necessarijs destitutus periculum imminebit ne intereat, quod absit, utriusque auctor Deus omnipotens, in columitatem dignetur concedere.

Per Illust. & Excellen. Domino Hieronymo Mercuriali Praeceptoris suo Amantiss. Horatius Guarantus S.P.D.

Quaritur an in Melancholia flatuosa, muliere ventriculi magna frigiditate laborante, conueniat vsus aquarum sulphurum Patau.

Vtex tuo profundissimo iudicio quasi ex arcano Medicinæ *An aquæ aerario gemmas depromam, decreui à te expetendo scire, sulph. Pat. an tibi consilium meum arrideat, de sulphureis aquis sumendis Thermalibus Patauinis in melacholico affe^ttu flatuoso, in subiecto habitus admodum frigidi, iecinore quoquo modo excepto, improbandus enim omnimodè non videtur eius vsus, ex parte siccitatis minimè conuenire non ignoro, sed ratione caliditatis conuenientissimæ sunt, & respectu flatuum in hypocondrijs existentium, alijsque corporis regionibus, obstructionibus Mesenterij, frigiditati, & humiditati stomachi, item sunt utiles transpirationi prohibitæ totius corporis, non solum naturabibus partibus, verum etiam spiritualibus, in quibus insignem oppressionem sentit, insuper frigiditati membrorum omnium, corporis potissimum extremorum utiles existunt, quæ frigiditas tanta est, vt in æstate diebus canicularibus ad tactum frigidissimæ sint, præterea frigida omnia illi sunt nocentissima, calidis autem, summa iocunditate atque utilitate afficitur, siue humidis siue siccis, licet fortassis non sit præter rationem opinari ab humidioribus aliquam maiorem utilitatem persentire, & hoc non solum de aere est intelligendum, & simul de cibis, sed de quancunque alia re caliditatem inducente.*

Vtilitates aquarū sulph. Put.

In

In hoc corpore non esse insignem siccitatem aquarum usum prohibentem, tum ex corporis habitu, tum ex fecibus iugiter humidis effluentibus percipitur, qui enim siccii sunt temperamenti, siccias itidem fæces egerere solent, hunc quoque suspicor affectum non esse capiti essentialiem, quia sanguis in toto corpore redundas.

Sanguis me non est melancholicus; nam quotiescumque fuit sanguis eductus *lanc. quo di* tum per hemorrhoidas, tum per saluatellam sinistram manus, tangoscatur. tum absuit ut apparuerit niger, ut etiam rubicundus & floridus exierit, quod fuit signum Gal. ad cognoscendum utrum sit toti corpori essentialis necne, quæ sanguinis rubedo in iecinore non adesse ingentem excessum caliditatis, aut siccitatis adurentis arguit, non vereor tamen quin affectio ista cordi, & cerebro aliquo modo essentialis facta sit temporis diurnitate, qua ab hoc affectu detenta est.

Horum omnium malorum causa, præcipiusque fons est ventriculi, & Mesenterij dispositio mala, secundario autem, & consequenter aliqua caliditas distemperata iecinoris, quæ à continuis Mesenterij obstructionibus fouetur, & hepar ita constitutum, inelaboratum chylum recipiens à vetriculo, probum sanguinem non potest confidere, sed fœculentum, quod à caliditate aliquem adipiscitur nigrorem, & à fœculentiâ alij mixti spiritus eleuantur, qui cum flatibus ad cerebrum ascendentis puros in ventriculis existentes obtenebrant, & intellectus operationes confundunt, ac *Vnde timor* & mæstitia deprauant, vnde timor vanus, & mæstitia absque causa nascitur; *abre nasca-* ad cor autem delati oppressionem, & quandam cordis notham palpitationem referentem quandoque producunt, his ad expurgandum humorem sanguinis fœculentum, lienis impotentia accedit quæ in causa est ut non solum haec symptomata foueantur, sed etiam augeantur.

Cum itaque res ita se habeat, statui necessarium esse corpus hoc venæ sectione expurgare, & purgationibus repetitis, & cum anno elapsso per hemorrhoidas sanguis eductus fuerit, hoc anno per venam manus saluatellam vocatam missionem sanguinis fieri iussi cum hic in tali affectu sit locus proprius ex Hip. lib. de loc. prius ad curan. melac. in homine cum à caua vena oriatur, & subter splenem fertur, vñ de splen propagatur, & potius per venam manus sanguinem educi iudicauit quam brachij ob debilem eius virtutem ad tolerandum, postea verò facta præparatione humorum cum proportionatis syrups de borag. fumo terræ, lupulis, de pomis cum eorumdem decocto, ex polipodio medicamentū præbui, & fuerunt

vne. 5. syr. de polipodio cum decoct. cord. polipodij, & senæ, à qua purgatione vifa est melius tene habere.

Hanc eandem purgationem iterum atque iterum repetendam esse existimauit, repetitis primo consuetis alterantibus, aliquid de eorum virtutibus augendo, ijs peractis maximo pere ei prodesse sum arbitratus, si per quatuor, vel quinque dies, aquas thermales sulphureas sumpsisset in potu ad calefaciendum, corroborandum que ventriculum, & Mesenterium, ad dissoluendos flatus, & remo uendas obstructions, ad palpitationem sedandam, & totius corporis frigiditatem remouendam; neque obstat iecinoris caliditas, non enim est tanti excessus, vt prohibentis locum suscipiat, cum magis valeat causæ principalis indicatio, & aliorum tantorum bonorum consequitio, quam vnius prohibitio, nam fex sanguinis non à iecinoris sola adustione prouenit, sed etiam à crassitie inelaborati chyli.

Quare ijs de causis motus consului, vt Clarissima Domina ad te Virum in arte Medicinæ peritissimum veniret, vt eas aquas sulphureas eligeres quæ in caliditate, & siccitate temperatores existerent, vt iecinoris caliditatis aliqua haberetur ratio, & eo magis has fore utiles iudicauit, sumpto à iuuantibus, & lèdentibus argumento, easdem enim aquas sulphureas pro eodem affectu per aliquot dies elapsis annis sumpsit, quæ ipsi insignem attulerunt utilitatem.

De vomitu, dolore intestinorum, obstruzione iecinoris, & febricula in muliere 62. annorum.

Symptomata quæ hanc nobilem mulierem exagitant cognitu haud difficultia sunt, vt inam sic illorum existeret cura, in primis enim adest nausea, quæ nil aliud est quam motus depravatus, a natura quidem factus. Sed non a naturali sua propensione, & dispositione sed irritata, & molestata, à causa aliqua morbifica quæ est humor frigidus, & pituitosus, qui sua copia ipsum aggrauat, & cum in defecsum cibi mouetur, & in fine digestionis commotio nem efficit in ventriculo, vnde natura sentiens quod sibi molestiā infert ad expulsionem insurget, ita quod hoc symptoma mixtuū sit rei præter naturam, & naturæ eius stimulata quapropter id reposui in genere actionis depravatae expultricis scilicet ut fecit Galen.

Præterea dolorem ventriculi patitur, & intestinorum quod causis.

Y symptoma

3. de sympt.

*De vomitu
dolore, &
obstruc-
tione.*

*Nausea est
motus de-
pravatus.*

symptoma est reponendum in genere actionis lœsæ, sensus tactus, nam dolor est molæsta sensatio quæ concurrit in genere symptomatum animalium in genere sensus depravati, hæc autem pendet à lœsione membra principalis, scilicet à lœsione propria ventriculi, porrò ventriculus frigidus, & humidus est, & propterea concoctio quæ illius est operatio, non est eo modo, quo deberet fieri, sed fit aepepsia, quæ cruditas est symptoma in genere actionis naturalis scilicet diuinatae propter morbum intemperie dictum frigida, & humida ventriculi.

*Aepepsia est
ventriculi
cruditas.*

Præter hæc enarrata adest non leuis obstrutio in iecinore, vt tactu percipitur quæ est morbus in uia, hæc ab heterogeneis pituitosis humoribus generatur qui ui caloris iecoris excedentis attractu in lecur ibique incrassati, repleuerunt infarctus, & recessus iecinoris, vnde durities illa genita est, quæ transitum prohibet optimi nutrimenti ad alias partes, vnde illa oritur macies, quæ in toto corpore non est leuis: febricula quoque illa sèpius insurgit eo quod ab obstructionibus, & à pituita transpiratio prohibetur, ex qua tamquam primo somite naturalis calor euadit febrilis.

*Durities vē
triculi tran
situm prohi
bet nutri
menti.*

Hæc igitur mala sunt quibus Magnifica hæc Domina torqueatur, quæ vt carentur omnes scopos ad duos tanquam ad principales causas reducendos esse arbitror ad humorum crudorum copiam tolendam, & ad corrigendam ventriculi intemperantiam, vt in posterum facultas concoctrix valida facta, possit concoquere alimenta eo modo quo conuenit exigentiae naturæ.

*Scopi buius
infirmita
tis difficiles.*

Quos scopos assequi valde arduum ac difficile esse opinor multis de causis, primò quia sumus iam in senili ætate, viresque non sunt validæ, affectiones sunt inueteratæ, insignis est recessus à naturali statu, copia humorum pituitoforum est magna, & tandem (quod in assequenda sanitatem plurimum aduersatur) ipsa intemperans est, & parum obediens; hæc omnia maximam mihi de sanitate consequenda ambiguatatem afferunt, & ut uerum fatear quod sentio unico verbo inquam, quod arbitror nos potius incassum laborare, oleumque & operam vt in adagio dicitur perdituros: sin autem obtemperans ipsa se se medicorum preceptis præbuerit, in exequendis remedij fortassis fieri poterit, ut ad meliore statum reducatur.

Ad præsidia igitur quæ ex tribus illis fontibus decerpni solent deueniens, circa chirurgiam; cum nec vires, nec ætas satis superqr; sint, vt ullam modo sanguinis euacuationem ferant, & eo magis cum iam proximo mense ab hemorrhoidibus fuerit eductus, si

quid

quid aliud conferre posset duo fonticuli essent, alter in brachio sinistro ratione capit is, alter in crure dextro propter iecur, sed illud intellexi eam omni exprobratione respuere, & hoc præsidij genus abominari, sed illud proposuisse sufficiat quod est ex arte, & nostra interest, si vero pertinax, & inexorabilis sibi ipsi manus consilcere voluerit, hoc illius criminis, non nostræ incuria erit verendum.

Circa pharmaciam, in primis leniens aliquod medicamentum *Leniens me-*
exhiberem quale est mel. ros. sol. vel diacat. vel elect. lenit. cum spe dicam.
ciebus hieræ. 5. vel ex hiera, logod. propterea præpararem medic.
hoc modo.

Rec. elect. lenit. vnc. 1.

Specierum hieræ. 5. Gal. drac. ij.

*Elect. Indi maior. drac. j. 5. cum faccaro
 fiat bolus.*

Postquam leniens, & suaue hoc medicamentum sumpserit, materias phlegmaticas minuens, in stomacho, & intestinis existentes, ad præparationem quoque reliquorum humorum accederem, cum iusculis alteratis boragine, betonica, agrimonio, Pentaf, capillo venoris, addito oximelle, s. melle rosato, s. syrupo de agrimonio, vel betonica, aut bisantino, aut consimilibus. Deinde ubi facta fuerit in humoribus conueniens dispositio ad euacuationem, & corpus fluidum redditum fuerit, aliquo tuto medicamento erit quanto cius expurgandum.

Optimum erit Rhabar. infusum & correctum cum sena, & seminibus citri addito melle rosato solut. post cuius assumpt. quietat per duos dies, deinde incipiat sumere drac. v. huius infusionis per 40. vel saltem 30. dies, se vult duritiem iecoris auferre.

Rec. Rhabarbari electi. scrup. 5.

Agarici optimi. drac. j.

Aquarum capilli veneris.

Absinthij.

Agrimonæ. ana. lib. j.

Spicæ, cinnamomi.

Zinziberis.

Gariofillorum.

Salis gemæ. ana. g. 5.

Ligentur in petia, & infundantur in aquis prædictis, & semper nodus insideat in aquis.

In aurora sumat vnc. v. calidas: si dolor ventris facefferet ne-

Y 2 gotum

Medic. ma-
ter. phleg.
minuens.

gotiu ante omnia ratio eius habeatur id ipsum semel aut bis exhibendo, clisteribus anodinis, & carminatiuis eam curando, vnguentibus oleis anodinis & resoluentibus, ut est oleum caam, anethinum, rutaceum, & similia, sine victus ratione impossibile est quicquam boni posse efficere, ideo haec stricte illi iniungatur. Incontinentes dicebat G. sunt a remedij medicis reiciendi.

De deprauato auditu secundum aurem dexteram, & di-

minuto secundum vtranque in iuuene

24. annorum.

De deprauato auditu.

De prauo auditu secundum dexteram aurem, & diminuto secundum vtranque conqueritur nobilissimus patiens, deprauato quidem auditu detinetur, siquidem perpetuo sonitum quandam audit, ac etiam diminuto, cum perfecte audire nequeat: quo ad sibilum nos inde prouenire putamus ob externum error, qui est aer ambiens aurem ingressus quippe qui non recte vnitur cum calido nerui expansi, nec potest assimilari vt euadat instrumentum idoneum; cæterum haec assimilatio fieri nequit ob lesionem facultatis alteratricis illis nerui expansi, laeditur autem facultas propter frigidam intemperiem à capite impartitam, & innatum calidum secundum qualitatem refractum, siquidem patiens caput frigidum, & humidum habet, vt ex illius profundo somno patet, ob eandem quoque frigiditatem fit, vt vtriusque auris auditus imminuatur.

*Quare auris
auditus im-
minuat.*

Verum cum in sinistra ita intensa frigiditas minime reperiatur, hinc fit vt non persentiantur sibilus, & sonitus ille, sed solum fit actio auditus imminuta, cæterum quomodo fieri potest cum haec vitia originem trahant ab externo aere æqualiter vtranq; aurem petente, quia sonitus, tinnitusque ille vndique persentiantur? hoc fieri nequit quoniam auris sinistra nerui expansi alterutris non est ita debilis quin aerem illuc delatum alteret, similemque cum calido innato reddat, haec mala à vapore augmentur, caput, meatusque illos anfractuosos petente, quare huius species est pituitosus vapor, qui prout iusto copiosior redditur, & imminuitur, ita consequitur, vt haec vitia modo minuantur: frigidus enim, & humidus est vapor iste, quiescit quoq; in aurium an fractibus, ac mouetur à capite ad aures, & à ventriculo ad ipsum caput, quod vt humidus facile recipit, vt robustius ad has debiles partes transmittit copia grauatum.

*Vitium au-
ditus unde
origatur.*

Generatur hic vapor à calido innato, tanquam ab efficienti causa, a materia vero pituitosa ut à causa materiali quæ in cerebro *tosis unde generatur*, & à laesa facultate ob humidam, frigidamque cerebri *generatur*. intemperiem, ob errorem autem externum scilicet succum pituitosum qui in ventriculo generatur, laesa eius alteratrice, ob frigidam humidamque intemperiem.

Quapropter non est mirum, si aquosa materia in ventriculo reperitur, & ob malam viuendi regulam, quibus forsitan maior occasio datur ad caput euaporandi ob iecoris caliditatem: hæc cù ita sint, remedia per indicationes inuenienda sunt, partim à continentibus, partim à contentis desumptas, cōtinentia sunt partes ipsæ affectæ, contenta vero humores noxii.

Indicationes huius morbi.

Caput itaque & neruus expansus, atque etiam ventriculus non modo remedia postulat proportionem eorum reseruantia, sed etiam calefacentia, & siccantia, materia noxia euacuationem sui indicat determinato præsidio, in primis vero sua vitia oportet corrigere, & quatenus depravate mouetur retrahenda, haec non dubitamus quin aliqua ex parte præstari possint, licet enim pro certo habeamus inueteratam illam nerui expansi debilitatem, plane nunquam auferri posse, ob vehementem illius a naturali statu recessum; siquidem habitum contraxit, licet prorsus desperandum non sit, quin à natura progreſſu temporis illa frigiditas minuatur, tamen & euacuari materias noxias, & nobilem patientem præseruare, ne in huiusmodi alterius auris affectu, quod absit, aliquando dilabatur, non difficile factu dicimus.

Quapropter ad auxiliorum materias descendamus, & eas si despiciatui habebit, incurret periculum, ne auditum vtriusque auris amittat: & primum quoad chirurgicas materias.

Præseruatione labatur in affectu alterius auris.

Quoniam sanguis rationem habet causæ sine qua non, & adiuvantis, siquidem aliquando ex narium fluxione non parum emolumen consequitur, extrahatur itaque sanguis ad vnc. 5. vel 6. per venam internam dextri brachij, fonticulus administrandus est vnu in sinistro brachio, ut materia retrahatur à capite per derivationis modum, alter in crure dextro, ut materia ab hepate retrahatur, & ventriculo per reuulsionis modum.

Quoad materias pharomaticas primo leniatur alijs mel. ros. sol. syr. ros. sol. cum casia, manna, & elect. lenit. præparabuntur præparatio. humores oxymel. simp. mel. ros. syr. de menta, & cicor. in primis absque dilutis, postmodum cum dilutis proportionatis cum syr. de beton. stecad. compos. hisop. & alijs purgabuntur humores, poſtea

stea verò prima præparatione facta pillulis de agarico Mes. vel de tribus, & masticinis, post verò secundam præparationem pillulis cochijs, aut Arabicis, aut masticinis quas etiam singulis decem diebus in decocti assumptione capiat.

Corpore autem euacuato, capiat quoque patiens caput euaciandi causa masticatorum ex masticē, & cera, in eundem finem conueniunt etiam sternutatoria sed mitiora ex succis scilicet bete, & foliorum hederæ cum manna, quoniam acrioribus sanguis qui alias sponte effluxit à naribus, facile in magna copia eo incitatetur.

Decoct. ad deprauatū anditum. Post hęc decoctum exhibeat ex ligno, salsa, sassafras, & china cum beton. stec. menta, cicoraceis, & huiusmodi, ex ijs quoque parentur pillulae ante decoctum exhibendae, verum cum aeris caliditas decocti assumptionem prohibeat, accipiatur atumni futuro tempore diebus quadraginta mane, & vesperi.

Probantur item confectiones ex Diant. menta, beton. & cicori hyeme magna laudantur anthidota, extra laudamus euaporationem in aurem, sibilum patientem ex coloquintida, vtroque verato, euphorbio, cinnamomo, guriophyllis in vino generolo omnia decoquantur, fiatque euaporatio in aure.

Euaporatio ad deprana tū auditū. Probantur similiter olea in aurem stillata ex euphorbio, castoreo, ligno sancto, & iunipero, ex sassafras, cepam, alliumque sub cineribus coctum probamus.

In ventriculo stillicidium fiat ex oleo masticino, spica, menta, absinthio, guriophyllis additis, nuce muscata, cinnamomo, macis, montano calamento, menta, absinthio, & vino generoso ad vini consumptionem in dupli vase fiat decoctio.

Cerotum et lixium. Cerotum ex masticē paretur, & cera in vino lota generoso, gratia lotionis capitis fiat lixiuum cum betonica, assara, baccara, calamento, stecade, agarico, & huiusmodi, & caput saepius abluatur si illi proderit.

Cibi uitadi. Quod vero attinet ad dietam, cum malum sit diurnum, & à pituitosa materia profecto foueatur, nemini dubium est quin vitus conueniat mediocris, & moderate attenuans, quare vitandi sunt omnes cibi crassæ substantiae, & viscidae, quales sunt carnes bubulæ, agninae, pisces, lac, caseus, legumina, olera, fercula ex pasta vt dicunt, potus hoc tempore sit vinum mediocre.

Hoc autumno paretur medicamentum ex salsa, ligno calamento, betonica, stecade, rore mar. & alijs, somni mediocres procurentur, & omnes animi molestiae fugiende,

cætera verò tanquam omnibus nota consulto prætermit-
timus.

*Pro nobili iuuene Triestino melancholia ad maniam vergente la-
borante annorum 21. suè etatis, inceperat autem affectio iam
præteritis 18. mensibus.*

EX relatis ab ægrotante ex ijs, quæ vidi, & ab alijs intellexi ex
continuo timore, ploratu, mœrore, & imaginibus falsis quæ
fere semper animo deuoluuntur ægrotanti ex habitu gracili to-
tius corporis, alijs que plerisque signis firmiter, ac resolute in eam
sententiam deuenio, hanc melancholiam esse affectionem non so-
lum per totius corporis consensum, sed etiam per essentiam in ip-
so cerebro, & ipsum affectum est ut similaris, vt Gal. scriptum re-
liquit, quo fit ut neque citò eueniat, nec affatim soluatur totius nā
que substantiæ cerebri temperies mutata est. De mania.
3. de loc. af-
fect. 4.

Est autem symptoma in genere actionis animalis principis lœsæ
depravataæ scilicet imaginationis, non discursus neque memoriaræ,
quia ex suppositis bene raciocinatur, & memoratur, sed falsa ima-
ginatione deceptus ea cogitat quæ non sunt, & aliter quam sunt,
mæret autem, & timet ob vitiatum temperamentum, terti enim
vapores ex humore melancholico spiritibus animalibus commi-
scetur, & puritatem detur pates, facultatem animæ virtiant, quo-
minus possit res prout sunt imaginari & apprehendere, sed falsæ
imagines ex illo animæ temperamento representantur, quæ ob ta-
le prauum temperamentum, bilis nigra, & vapores atri particula-
ria symptomata producuntur.

Excitata est igitur in hoc iuuene nobilissimo melancholica de-
mentia cerebro intemperato, ac simili tenebris redditio propter
melancholicum humorem ibi per cerebri vénas effusum, nec non
etiam per exsiccationem, & refrigerationem propriæ substancialiæ
cerebri.

Verum enim uero præter hunc melancholicum succum frigi-
dum, & siccum qui est sanguis niger redditus, & tamquam eiusdem
fæc., vereor ne simul insit affatæ bilis non leue fermentum aliquod
maniam portendens, nam vt audiui quedam ferina inceperant de *A quo ma-*
liramenta, cupiditatis scilicet tum' alios, tum præsertim ipsos pa-
nia proce-
rentes percutiendi, vnde signum efficax, & suspicio non sprenen-
dat.
da venit, ne ex dementia melancholica in maniam deueniat, supe-
rassata nempe aliqua portione flauæ bilis.

Dixi etiam melancholicam esse ex toto corpore, hoc autem tri-
2. de arte plici de causa euenit ut patet ex Gal. 1. quia illius iecur ad hanc ge-
cur. ad Gla. nerandam superfluitatem fuit aptum, secundo quia victus ratio-
cap. 10. per tales adhibita fuerit cibos, qui crassum, & foeculentum humo-
rem procreare natura apti sunt, tertio quia ipse splen natura sit
imbecillior, ut quicquid generatur de illo ad se minimè trahere
valeat, quo sit ut huius iuuenis corpus sit macrum, hirsutum, ni-
grum euadens, & lata venas habens.

Re itaque sic se habente de affectus natura præter naturam quo
iuuenis noster affligitur, necnon causarum internarum, quæcun-
que & qualescumque fuerint cum procataracta, considerandum
est quid sit præfigendum, & quid agendum.

Apho. 56. Quantum ad prælagium dicam talem affectum semper pericu-
losum extitisse, quia vel apoplexiam, vel conuulsionem, vel furo-
rem, vel cœcitatem significat, ut inquit Hip. aliquando in comitia-
lib. 6. lem morbum cadit, ut patet, & valde vereor, ne hæc prauum for-
Idem 6. de tiatur finem, quia iam est aliquo modo inueterata, & in habitum
mor. vulg. affectus conuersus est: vnde ut Alex. Tralianus ait, incurabiles hu-
iusmodi affectiones esse solent, & eo magis suspicor, quia per re-
media præstatiſſima summa cum ratione adhibita à Viris Excell.
nullam opem percepit, quod est signum dispositionis prauæ in
naturam fere conuersæ, & quod valde illi timeo est, ne ex melan-
cholia dementia euadat maniacus, eo magis quod æftas accedat,
quæ adiunctionem flauæ bilis coadiuat, quod certe secuturum cre-
dendum est, si prædictus humor non euacueretur, ut Galeno vi-
sum est.

6. Aph. 53. Quapropter præcauendi gratia ne in maniam deueniat, & ten-
tandi causa an ope iuuentutis possit per medica remedia præsi-
dium salutare in tanta ægritudine recipere, ad præsidiorum mate-
Scopi duo. rias deueniendum est quæ ex suis scopis hauriri solent, scopi autē
duo sunt generalissimi, alter est ut humor malencholicus genitus
euacuetur, alteretur, & à nobilioribus partibus reuellatur, alter ut
attemperetur membrum generans, & dimandans tale genus hu-
moris, tertio ut alteretur, corroboreturque caput, & cor, ne in fu-
turum recipiant: ut hæc experiamur ex Medicinæ fontibus reme-
dia petenda sunt, chirurgia, nempe pharmacia, & dieta.

Primo de dieta loquar cum in hac, melancholicorum præcipua
spes salutis consistat, aer ad mediocre calidum & humidum ver-
get, sit lucidus, & serenus, locus in quo est habitaturus sit situs io-
cunditatem, & lætitiam afferens, somnus paulo consueto longior
conciiliandus

conciliandus est, ad eorum nanque curationem summopere somnus conductit, per loca amoena, & virida ducendus est, vt mediocri v:tatur exercitio, excretis prius per aluum excrementis vel natura vel arte, quæ diu detineri nullo pasto debent.

Ab omni re cauendum est quæ metum, aut tristiciam illi ingrat, & ea semper secum agenda, quæ hillaritatem, lætitiam, & gaudium possint inducere, vnde musicæ, & cantus, fabulis, ludis deletabilibus iocunditas illi erit paranda, laudanda semper sunt illius opera alias facta, ad indignationem eum ducere non oportet.

Cibus sit boni succi mediocriter humidi cōcoctū faciles, flatus expers, qui nullo modo sanguinem melancholicum queat generare, conuenit panis clibano cōctus probe præparatus, carnes galinarum, caponum, pullorum, perdicum, phasianorum sternarum iuuenum, hædorum & vitellina, galinarum oua recentia sorbilia: petrosi pisces, & bonaē carnis, & huiusmodi boni nutrimenti.

Ex oleribus conuenit borago, buglossum, laetitia, intubus, Plinius secundus maluam comedam commendat, ptisana sæpe est illi danda prædictarum carnium consecta iuribus, ex fructibus, vua quandoq; concedatur, poma dulcia, & vua passa, vino vtatur tenui, albo, non valde veteri sed diluto.

Vitet tandem ea omnia quæ succum generare possunt melancholicum quæ à Galen relata sunt luculentissimè quæ breuitatis studio prætermitto.

Instituta hoc pacto victus ratione ad curationem accedendum est, & principium a chirurgico instrumento petendum, nempe à venæ sectione ex præcepto Gal. & omnium proborum auctorū, *Lib. 3. de loc. affect. cap. 9.* venaque media communis appellata secunda est, & tantum sanguinis detrahendum, quātum illius vires, & corporis habitus suffere poterit, circa x. vncias, neque hac sola euacuatione contenti esse debemus, sed viribus recuperatis, iterum hirudinum appositione alia reuulsoria euacuatio erit molienda, & quinque aliæ vnicæ, vel sex erunt extrahendæ, sed si præfenti medico videretur, alias quoque duas hirudines fronti apponere vt exugerentur tres aliæ sanguinis vnicæ, illud summoperæ allaturum opem sperare, sed tamen cum præmeditatione agendum, & intermissione temporis vnius extractionis ab altera, & cum recollectione vt dixi viarium, & vt me ab hoc fonte chirurgiæ expediam, laudarē vt post purgationes duo fierint emissaria fonticuli appellata alterum in brachio dextro, ratione capitis, alterum in crure sinistro ratione lienis.

Pisces petrosi optimi.

Remanet tertium præsidij genus quod est medicamentorum v-
sus, & ut ordinem feruem agendorum, probo ut post primam diē
syr. mirab. sectionis venæ alius leniatur syr. illa mirabilis de polipodio hoc modo.

Rec. syr. de polipodio. vnc. 5.

Aquaæ Boraginis. q. 5. m. & f. potio.

Emollita & soluta alio syrūpis alterantibus, & disponentibus
ad purgationem agendum erit, & inter cætera eligerem hunc per
septem dies.

Rec. syr. de pomis. vnc. j.

de succo fumar. }
de lupulis. } ana. vnc. v.

Aquaæ lupul. } ana. vnc. ij.

buglossæ. }

misce pro syrupo.

Vt aliud Interim dum syrapi sumuntur, si aliud quotidie non fluat agen-
fluat. dum erit alternis diebus hoc euacuare.

Rec. Decoct. malu. bete, mercur.

fumoter. furfurum interdum polip.

& senæ parum. lib. j.

olei violacei. vnc. 5.

elect. lenit. vnc. 5.

mel. ros. vnc. iiij. salis parum.

misce & fiat clister.

Humoribus præparatis purgari debebunt prima vice hoc medi-
camento.

Rec. florum violarum.

boraginis. }

fumariae. }

Capil. Vener.

Rec. hordei mundi. drac. iiij.

Senæ.

epitim. }

Mirab. Ind. drac. j. 5.

Vuæ passulæ recentis vinaceis extractis. vnc. 5.

prunæ. num. iiij.

fiat decoctio secundum artem in sufficienti quantitate aquæ com-
munis, & facta colatura, adde.

Syr. de polid. vnc. iii.

confest. Aimech. } ana drac. ij. f. p. parua.
diassenæ }

Facta hac prima purgatione, si morbus non cederet, ad aliam iterum preparationem accederem, & purgationem, syrupum autem talem exhiberem per quinque dies.

Rec. syr. de epitimo. vnc. j.

de succo borag. vnc. 5.

aquaæ borag.

fumi terræ. ana vnc. i. S.m. pro syr.

Postea pillulis purgarem de lapide lazuli, uel cochijs cum elleboro hoc modo.

Rec. pillarum de lapid. lazuli ana scrup.ij.
cochiarum cum eleboro

misce, & fiant pillulæ quinque, & deaurentur.

Sumptis his pillulis statim ciathum seri lactis caprini bibat, vel drach. iiij. seminum maluæ contritarum cum ciathis tribus aquæ borag. ut præcipit Actius ad siccitatem tollendam quam relinqueret medicamenta solent: post purgationem ut membra principalia corroborentur, & cor exhilaretur, aliqua huius infra scripti me dicamenti portio quotidie erit exhibenda & ita fit.

Medic. ad corrobor.

Rec. conseruae florum buglossæ }

fumariae } ana vnc. j.

lupulorum

violarum

Saccari rosacei vnc. ij.

Syr. de pomis. ana vnc. i.S.

de cortic. citri.

confec. diambræ. drac. ij.

diamargariton frig. drac. iiij.

fol. auri. num. iiiij.

conditum paretur.

*Balnea vti-
lia.*

Balnea aquæ dulcis approbo, capiti tamen potius tepida quam calida erit superfundenda, caput quoque sepius inungendum erit oleo uiolaceo, amig. dul. camamil. etiam addito, odoramenta item summopere prodeesse poterunt ex aqua rosacea, florum citrang. vnc. iiiij. in quibus florum nimphae, violarum, mélisophili, maluæ rum, & altheæ ana drach. ij. coquantur, & addito aceti parum, & per nares uapor attrahatur.

*Inuntio fa-
cienda.*

*Odoramen-
ta vtilia.*

Pro Magnifica Vxore Domini N. Vertiginem patiente, capitis confusione, gonorrhœam, ventriculi debilitatem, flatus, rugitus discurrentes per totum corpus, vteri ascensum, menstruorum quasi omnimodam suppressionem, inapetentiam, mesenterij obstructionem, & suppressionem, totius corporis debilitatem, cum non leui macie.

Multiplices sunt affectus præter naturam quibus Magnifica hæc Domina conflictatur, vertigo scilicet, vteri uagantia hoc, & illuc, gonorrhœa, flatus, & rugitus per corpus discurrentes, De diuersis ventriculique debilitas, inapetentia, suppressio menstruorum quasi morbis si- omnimoda, circa unumquemque; affectum breuiter, sed mature discurrere licet.

Vertigo *Est vertigo ex Gal. læsio facultatum animalium principum, & sensibilium, leſa enim est primo imaginatio, quia depravatè imaginantur, & obiecta in girum verti arbitrantur, laeditur discursus quia dum sunt in paroxismo, neque discurrunt, nec memorantur, sepè male videt, malè audit, ita ut manifestè apparent omnes animales actiones laedi, imaginatio, & discursus depravatè laeduntur, memoria diminutè auditus laeditur depravata, sic etiam visus, & motuia facultas.*

Lib. de diff. symp. cap. 4 *Quia autem Gal. in fine scripsit actiones omnes laedi ab aliquo morbo, quis erit morbus à quo omnes hæc actiones laeduntur in vertigine? proculdubio non est morbus medius idest cōtinui solutio, & hoc clare patet, neq; intēperies immediate, & formaliter, quia*

Species morbi in via, & in numero. *licet mediate intēperies causet materiam, & vapores à quibus deinde fit vertigo, tamen intēperies primò, & immediate non producit vertiginem, sequitur ergo morbum in compositione, & illam morbi speciem quæ est in via & in numero, in uia, quia uiae cerebri nō sunt expeditæ vt cōueniret id qđ ab Hip. 4. acut. 27. tacitū est ubi dicebat in vertigine occludi vias, quominus spiritus penetrare possint, est etiā in numero, quia materia inest vijs cerebri, quæ inesse non deberet: immediate igitur sequitur morbum in uia, & in numero, mediatè verò frigidā & humidam intēperię, est ergo leſio facultatum animalium principū, & sensibiliū, primario, à morbo facta in uia, & in numero, secundario uero ab intēperie.*

Quo primò, & secundò fit leſio facta. *Fit autem hæc leſio quia spiritus in cerebro agitat, ac vertitur in girum varijs permixtus vaporibus, & humoribus, & vapores cum & in capite possint generari, & aliunde ad caput transmitti, varias arbitror esse corporis partes à quibus humores huiusmodi transmittuntur, ventriculus scilicet, hypochōdria, & omnia fere viscera in his contenta, vterus præsertim à quo tanquam insi-*

gni

gni minera excrementorum retentorum, variæ humorum & vaporum ad varias fiunt partes transmissiones, sum autem huius sententiae, vertiginem hanc à melancholicis flatibus, & vaporibus gigni ob multitudinem humoris melancholici in ambitu totius corporis & præsertim in vtero redundantis generatur autem in iecinore ob facultatem alteratricem depravatam ob intemperiem calidiorum, quæ duabus de causis orta est cum hæreditaria quadam participatione, tum etiam ob calorem auctum eiusdem iecinoris: hoc rationale est, eo quod vterus continuo solet menstruas purgationes recipere, & expurgare, recipit autem & non expurgat, quia in vtero propter sui crassitatem retinetur replendo, & obstruendo venas, & hæc quantum ad vertiginem.

Conqueritur secundo de vteri vagantia, quæ est motus inordinatus ipsius vteri, modo ad vnam, modo ad aliam partem vergens, nolo tamen vos arbitrari me in sententiam Platonis incidere existimantis vterum abesse, ac succensum per corpus vagari, quam opinionem Gal. confutauit sed cum Gal. opinor, & sursum, & ad latus retrahi vterum propter vasorum ad ipsum pertinentium, & vinculorum plenitudinem, plenitudo enim cuiusvis rei facit hoc ut per longum res abreuientur, per latum autem, & profundum dilatetur, hæc autem plenitudo ex menstruorum retentione oriri solet, nam quidem peruenit ad vterum sanguis, sed ad interna ipsius ingredi non potest, aut quia crassior, quam aut per ora vasorum possit penetrare, aut quia clausa sunt ora.

Cum igitur Mag. Domina mensium diminutionem perpesta fuerit, retenta sanguinis menstrui portione, qui lege naturæ expurgari deberet, nemini dubium videri debet, si in huc affectum erroris vteri quandoque incidat: tertius affectus, à quo cōflictatur est gonorrhœa, quæ est inuoluntaria, & assidua seminis excretio, & est symptoma in genere excretorum immodice, non toto genere præter naturam, sit autem relaxata vasorum seminalium facultate retentrice à mala qualitate seminis putrefacti, & corrupti, hæc vasorum inæqualem sequitur intemperiem.

Quarto de insigni totius corporis conqueritur debilitate, quæ meo iudicio non aliunde dependet, quam ex resolutione virtutis, eo quod virtus membra non regulat propter eius imbecilitatem quæ oritur, eo quod per gonorrhœam continuo debilitatur, & præfissimi languinis spermatis scilicet euacuatio fit, nam seminis evacuatio affert maiorem damnum in pauca etiam quantitate quam sanguis ipse, vnde dicit Hip. semen quid fortissimum appellabat, signum

*Vertigo &
melanch. o-
ritur.*

*6.de loc. af-
fec. cap. 5.*

*Plenitudo
rei quid a-
gat & vn-
de oriatur.*

*Gonorrhœa
quid sit.*

signum autem ita esse dicebat quod cum emissum est debiles redduntur qui emiserunt.

Huc quidam alui fluor accessit, ex quo fuit euacuata per plures vices, ex his ergo illa totius corporis debilitas mansit, cibi etiam fastidio detinetur, nec appetit quicquam quod à facultate dependeat debili redditum à facultate scilicet concoctrice, quae non concoquit, ut concoquere deberet ob frigidam intemperantiam, & humidam, multæ itaque generantur obstrunctiones parientes, multi quoque efficiuntur flatus, ex quorum eleuatione caput iam distas ærumnas patitur, uter ab eodem fiat sæpius agitatur, præterea hypochondria tensa, & murmurantia habet.

His partibus ita se male habentibus quid cogitandum est de iecinoris statu, & splenis, proculdubio valde suspicor iecur, & spleenem male affici utrumque quod in sequentis affectus consideratione patebit.

Quinto melæcholico appellato affectu detinetur, nam semper merget, & timet, que duo sunt caræcteres melancholiæ, & hæc cum triplex esse soleat vel per cōfensem inferiorum partium tantum, vel à toto vel ipsius capitinis essentialis, hanc esse arbitror per cōfensem quidem partium inferiorum propter vapores atros ad cor, & caput per arterias, & venas delatos, sed quoque à toto hanc esse melancholiam opinor, & frigidioris humoris abundantiam, & melancholici in toto venarum genere, qui sanguis non aliunde generatur quam in iecinore, crassus enim & melancholicus sanguis in ipso ob quandam individuali temperiem generatur à nativitate acquisitam, & ob contractam luem ex matris uisceribus, quæ ut audiui cum malis morbi Gallicæ ægritudinibus defuncta est, & ego si licet uniuicique suam liberam pronunciare sententiam: hos omnes morbos suæ originis traxisse radicem à mala qualitate impreßa in morbis principalibus à morbo Gallico contracto ex sanguine menstruo à quo in utero nutrita est.

Satis ergo manifeste patet horū morborum series à quibus nobilis. mulier conturbatur, patent quoq; horū causæ tum antecedentes, tum cōiunctæ, nec signis demonstrationis indiget, reliquū modo est ut cogitemus quid sit agendum, quidque præsagiēdum.

Duo scopi uniuersales sunt, alter ut materiæ nocuæ, & excrementiæ euacentur, alter vero ut membra distemperata ad temperiem reducātur, particulares vero indicationes sunt, ut cerebrū & ventriculus calefiant exsiccētur, & corroborētur, obstrunctiones Mesenterij tollātur, uter obstructus aperiatur, iecur attēperetur ne tan-

ne tantum humorem gignat melancholicum , vosa spermatiuia *Iecur humo-*
ab humore corrupto sunt emundanda , mox corroboranda , vlti- *rem gignit*
mo qualitas luis Venereæ benefica si fieri potest omni cum indu-
melanch.
stria demenda est , & denique tot scopi existunt , quot sunt causæ
morbificæ.

Quos omnes absoluere posse non solum arduum sed pene im-
possibile mihi videtur , tum ob indicantium contrarietatem , tum
propter longitudinem temporis quo ipsa hos sustulit morbos , tū
etiam quia idea , seu forma nonnullorum horum inorborum su-
pre natura medicamentis solet esse rebellis , auget etiam dubium
quod à celeberrimis viris fuit medicata , ipsi tamēn sui finis metam
non tetigerunt , non ob aliam sane causam , nisi quia affectus hi pra-
ui , & rebelles existunt , quia tamen Magnifica Domina adhuc in
ea ætate est constituta , quæ omne remedij genus ratione conue-
niens poterit sustinere , nec remedia illa fuerunt administrata , quæ
virtute & excellentia nostra hac ætate priorem sibi vendicant lo-
cum , quia etiam symptomata eo usque malignitatis non deuenie-
runt , vt omnem spem à nobis possint auferre : ideo aliqua spe con-
cepta alicuius melioris status , tractu tamen longo temporis acqui-
rendi , ad curandi rationem respondeo .

Remedia ut clare procedam ex tribus chirurgiæ , pharmatiæ ,
& diætæ fontibus ut sepius dictum est hauriri solent , cum morbi
itaque magni sint , & vires consistent , ac in futurum sint conseruā-
dæ , & sanguis prauus sit ille qui plurimos hos affectus generat , &
fouet , cum cætera consentiant iniecto prius clistere , si aliud non
fluxerit absque cunctatione deueniendum erit ad venæ sectionem
quæ dicitur iecoraria brachij dextri , & sex vnciæ educantur , in-
specta crassitie , colore , & impetu ipsius sanguinis , habitaque viriū
ratione , & hæc euacuatio cum hoc scopo est facienda , vt sanguis
prauus in vniuerso corpore exuberans minuatur , cuius vice rege-
nerari deinde possit alias probus .

Hoc etiam scopo est educendus , vt iecur , qui copiam fœculenti
sanguinis gignit continuo in futurum sanguinem utiliorem pro-
ducere valeat , sed neque hac sola sanguinis euacuatione contetus
esset , verum ratione diminutorum mensium , uterique affectuū ,
per saphenam aliam sanguinis portionem educendam consulo ad
septem vncias .

Interpositis deinde sex vel octo diebus refectisque viribus , ab
hemorrhoidibus sanguis etiam hirudinibus eliciatur ad quinque
vncias , sic enim sperandum est humores prauos , ac tetros vapores
nos

*Remedia ex
tribus fonti-
bus hauriū-
tur.*

*Scopi in hoc
morbo conse-
derandi.*

Lib. de cur. rat. per vter. sect. nos posse à partibus superioribus auertere: Itaque prius à brachio, mox à pede mittatur, deinde ab hemorrhoidibus, interpositis tamen sex aut octo diebus, quia si quid aliud plenitudinem vteri, & venarum ipsius expedire potest est saphenæ sectio, ut Gal. adnotauit.

Duos item fonticulos necessarios esse opinor, alterum in brachio sinistro ratione capitis, alterum in crure dextro ratione iecoris, vtque summatim dicam quæ vsu veniunt in actu chirurgico sunt frictiones, ligature & cucurbitulæ siccæ, quæ omnia semper inferioribus partibus sunt facienda, laudo autem summoperè frictiones coxis, & cruribus ad venas inferiores replendas, & ad euitandum calorem in illis partibus, tum ut menstrua irritetur ad purgationem regulatam, & conuenientem, tum ut a superioribus partibus reuulsio fiat.

Circa pharmaciæ fontem, eadem quoque prudentia est procedendum qua in sanguine dictum est, quapropter à leuioribus inchoandum, quæ cum sint alia lenientia, alia præparantia, alia purgantia, alia corroborantia, & hæc similiter cum varias latitudines habeant, in omnibus temperate agendum est, & circa lenientia, ego nullum aliud leniens anteponerem syrupo de polipodio cum decoct. cord. quia si benedicta medicamenta ipsum componentia respiciamus, profectò nullum aliud melius esse potest isto; adeò etiam elect. lenit. syr. ros. sol. mel ros. manna, & huiusmodi, syrpus tamen de polipodio prærogatiuam habet ad omnes hos morbos, eoque magis tutum est cum iterum illud sumpserit, à quo nō solum nullam molestiam, sed insignem utilitatem percepit.

Medicamen ta humorē melanoch. se parantia. Lenita alio, ad purgationem erunt humores præparandi, qui cum frigidi, & melancholici ex maiori parte existant licet heterogenei, ideo medicamenta alterantia eligerem quæ humorem melancholicum ab optimo sanguine separare valeant, vt sunt iu- ra alterata boragine, buglossa, lupulis, fumo terræ, betonica, capillo Veneris, melissæ, cicoraceis, epatica, & huiusmodi, portione addendo syr. de buglossa, epitimo, cum prædicto iure mixta, vel etiam solum, vt meliora stomacho appareant, mel quoque ros. syr. de corticib. citri, oximel. simp. etiam ad aperiendas obstructions utilis erit.

Præparati humores expurgentur, si non perfectè saltem aliqua ex parte, & hac prima vice transcendatur infusio Rhab. in epithimij, polipodij, senæ decocto cordiali, addito prædicto syr. de polipodio, hac autem prima purgatione facta, ad ulteriore iterum purga-

purgationem, penitiores humores præpararem cum syr. sobor. Regis & iure alterato prædicto, postea pilulas vel de fumo terræ, vel lapide lazuli, vel de tribus cum Rhab. vel similia exhiberem.

Expurgato itaque optimè toto corpore, ad internas intemperies vifcere corroborandas oportet descendere, in promptu na-¹³⁴ temp. in- que varia ac famosissima veniunt remedia, ius enim galli conuenientissimum videtur, item huiusmodi sunt aquæ Patauinæ thermæ sulphureæ, aqua Tectutij, quæ mirum in modum intestina ab infarctis flatibus, & cruditatibus liberant, ventriculum corroborant, aliaque multa beneficia præstare valeant, sed quia non perficiunt nostrum opus, nec eueniunt, ut radicem morborum euellere possint, ideo his omnibus prius peractis, & expertis, ad decoctum ligni sancti, & benedicti per quadraginta dies est accedendum, eo quod illa totius corporis intemperies totam originem suam à lue venerea duxit quam à principijs sui ortus in materno utero contraxit.

Quapropter nisi hanc habuerimus intentionem omnia vana, & irrita esse arbitror: hæc enim flatus dissoluit, humores frigidos colliquat, & resolut, obstructions aperit, putridos humores absunt, omnia viscera, & præsertim ventriculum corroborat, calefacit iecur, cerebrum, cor, intestina, & reliqua omnia mundificat, & quod magis interest, qualitatem illam malignam, quæ temperamentum deturpat adeo potenter extinguit ut nihil efficacius reperiatur.

Ad huius itaque usum tanquam ad sacram anchoram cum debita cibi, & potus abstinentia euenire: mane, & vesperè sudando, & vellem fieri decoctum ex ligno, salsa, & cinna, cum suis correctiis, & his quæ vim habent humorem melancholicum respiciendi; sudet per triginta dies vel quadraginta ad plus, minusve, pro ipsis tolerantia, quo etiam tempore ventriculo inunctio fieri poterit cum oleo masticino, absinthino, de menta, & rosato simplici; vel supra ventriculum gerat stomaticum ceratum Gal. vel aliud arte paratum ex daçtilorum pulpa, absinthio, menta, cinnamomo, mastiche, gariophyllorum, oleo masticino, de menta in unum coactis cum modico ceræ, & terebinthæ fiat ceratū quod semper super ventriculum gestetur.

Post hanc viuferalem corporis renouationem, vtatur quandoque conserua boraginis beton. capil. Vener. cum sp̄ebus lœtificantibus Gal. Rasis, necnon vtatur dialacca, elect. Alchermes, confectiones etiam aromaticæ erunt utiles, vt confectio in rotulis,

*Decoct. lig.
Guaia. mirabil. effect.*

*Inunctio.
Cerat. Gal.*

pliris arcoticon, diacimini, diamisi, aromaticum quoq; gariophylatum, & rosaceum, & alijs similibus vti poterit, ex quibus, & ex recta viuendi norma, in spe sum ipsam non leuem sanitatis gradum adepturam.

Viatus ratio talis esse debet ut proptore respondeat prædictis in omnibus sex rebus non naturalibus, sit temperans, & obtemperans, bonis vtratur cibis optimi nutrimenti, pauci extremitati, facilisq; digestionis & distributionis, in modica tamen quantitate sumantur, & oportuno tempore, vino odorifero vtatur, subesse debebat rufo, optimo, ac tenuis substatiæ, in reliquis aut se tēperate gerat.

Hec sunt quæ diligentia animaduersione dici cogitaui pro salute Magnificæ Dominae, literisq; mandaui, ut tibi viro in arte Medicina præstantissimo responderem, qui tuis a me literis consilium expostulasti, Deus opt. Max. re in columnen seruet, et grotam autem ad meliorem salutis statum restituere dignetur.

In casu Magnifici Domini. N. febre duplii tertiana continua, malignaque laborantis, cum vigilijs, delirij, capitis gravitate, & papulis in dorso.

De febribus plici tertianam malignam. Quo hæc febris continua facta est. **L**Abitur iam octauus dies qua vir hic nobilis febre biliofa correptus est, primo duplii tertiana continua, cum rigore, mox absq; eo, vnde statim à prima, vel secunda die continua facta est, & hoc fortassis propterea quod ipse laborans febre fese ad forum contulit, ac sua perfecit negotia, magnum in actionibus incommode sentiens temporibus his frigidioribus, ac ventosis, in loco valde humido habitans, & frigido.

Symptomata quæ illi adnexa sunt, à principio fuit leuissimus alii fluor biliosissimus qui statim cessavit, vigiliæ continuæ, per tres enim naturales dies somnum non cepit, quedam obtusio causarum febri pitis, neconon totius corporis inquietudo : hanc febrem quatuor continua mansustulit dies, nunc quarta vocatus bis eodem die inuiso, febrem iæ ligna efficia malignam effectam reperi, & ad hoc credendum me induixerunt tur. Effectus mando, & vitalis virtus non valde constans, vnde facile fuit supicari, lignitatis febris. hæc omnia propter febris malignitatem contingere, eq; magis in hac sententia confirmatus sum, cum quasdam in dorso maculas inspexerim, quæ & apparuerunt, & facile etiam delituerunt.

Huius itaq; morbi cause quamplurimæ existunt, sed duæ præcipue quæ, & vniuersales, & particulares possunt appellari, altera humorum est interna dispositio, presertim sanguinis biliosi ad præredinem

ptredinem, sine qua impossibilis fere esset generatio non solū mortuorum, sed cuiuscunque actionis, & passionis, actiones nanque in agente bene disposito fiunt, & vt Gal. docebat, nisi membrorum dispositio & humorum ad sit ad febres, impossibile est febricitare homines sic inquiens.

De diff. feb.

cap. 3.

Nam hi qui humores iam habent vitiatos, ac male difflant, aut intempestiue laborant, aut balneis superfluis vtuntur, hi faciliter febribus corripiuntur; at qui bonos habent humores, ac bene difflant, & quieti sunt, & quæ circa ventriculum sunt, & hepar souent, hos febrice est impossibile, quasi velit dicere dispositio-

Quos febri-

Itaq; dispositio quedam quam habet ad ptredinem, causa est re est impossibile. vt non optimè conficiat quæ circa hepar sunt, vnde in hepate quæ plurimi praui humores generantur præsertim biliosi qui deinde conclusi putrefescunt.

febri-

sibile.

Altera causa est prohibita transpiratio facta ab insigni frigiditate quam ipse patiens perpessus est, quia & domi, & in foro, vbi proprium munitus exercetur loca frigidissima inhabitabat, vnde meatuum, & foraminum constipatio facta est, ex qua facilime putredo generatur, promptissime enim putrefescunt calida, & humida, quæ sunt vel in locis calidis dixit Gal. lib. supra citato, nisi difflentur, & refrigerentur.

Nihil itaq; mirū si in plerico corpore, quo nō equa vietus rōne v̄sus est, nō valēte calore difflare, si febris cōtinua fuerit accēsa, & acquisiuit malignitatē, quia fortis occlusio fortē ptredinē generat, & ebullitionē, & eo facilius q̄a suapte natura cōplexio hæc calidior & siccior est, vnde nihil est si in tā insigni ebullitione interius facta, materia propellens à centro ad circumferentiā, & etiam sursum, si inquā, & ex hautemata apparuerunt, & etiam caput eodē sanguine, vaporibus repletum, accidentia relata p̄fetulerunt.

Occlusio pu-
tredinem ge-
nerat ..

Oriuntur vigiliae quia improportionatis acutis vaporibus caput tētatur, nam somnus cum sit quies animalis facultatis facta à vapore suauī ascendentē à ventriculo ad cerebrum, vbi vapor sua uis non fuerit, & proportionatus, sed acutus, biliosus, & siccus, nō solum somnum non conciliat, sed cum vigilijs plerunque deliria afferre solet, grauitas verò illa capitīs, à multitudine grauantis sanitas subiuganis oritur, & à vaporum multitudine, vrina autem subiugalis lis vnde fit. fit per excessum insignē humorū ptredinis natura non regulāre, Quid sit urinæ prauos humores segregāte, in illis venis prope iecur existētes, na subiugalis & ideo subiugalis dicitur quia natura est subiugo; pulsus itē sunt lis.

Aa 2 parui.

parui, quia copia materiae malignae virtutē obruit, inæquales quia ad sunt obstrunctiones in arterijs, & canales non sunt liberi, vnde contingit illud quod in riuulis contingere solet, vbi vnda vndosa fluit, & he sunt causæ symptomatum prædictorum.

Modo remanet, ut secundū propositū referā, scilicet ea quæ acta sunt, & ea quæ agenda erunt pro ægregio ægrotante recuperādo.

Cum accersitus fuerim, naturæ euacuationem per corpus tentare prospexi, quia sincera bilis, & ardentissima exibat sed paucissima, vnde illud oraculum Hipseruans, ducendum quo natura vergebatur (si conueniens est locus) existimauit eō maxime locum convenientissimum esse, valde vtile fore, si syr. ros. sol. vnc. 5. cum sero caprino exhiberem, postea somnum cōciliare, & malignitatem arcere curauit quia vires admodum vigilijs, & morbi malignitate resoluuntur, ad vigilias itaque tollendas, censui emulsionem papa ueris iure paratam somnum inducere posse, si post cænam superbibatur, & pulsus temporum vnguento populcone inungeretur exterius ex aqua florū citri, aranciorum, rosata cum speciebus cordialibus, aceto rosato, & modico vini cretici, & speciebus galæ muscatæ adiunctis, epitima cordi fuit adhibitum lapis bezuar, cornu leonis, & pentaphilonis, puluores in vsu fuerunt habitæ, & cum aqua melis, & scorzonera ad pondus caraci exhibitæ singulis diebus de mane per horam ante prandium.

Recta etiam victus ratio fuit instituta ex lacte contusi pulli, ex ouis iure dissolutis cum succo citri ex panatella cum emulsione feminum melonum cum ptisana cordeacea: potus fuit stillatum longum aqua acetosa borag. cum iuleb. acetoso, & quandoque aqua decoctionis tamarindorum: Sexta autem die melius sese habere vi sus est, qua diu de aliqua sanguinis missione cogitavi, & tutius naturæ motum insectari volui à centro, ad circumferentiam per curbitulas dorso applicitas illum trahendo, quam sanguinem per sectam venam extrahere, tum quia papulæ apparuerunt, tum quia venæ sectæ virtus in posterum posse deficere sum suspicatus, & quia etiam sanguis non antea (nec adhuc quadraginta transierant dies) sanguis per venas est extrahē- sectas missus est cum fuerit purgatus occasione bubonis in inguis ne dextro.

Hoc peracto præparat syr. sumebat de succo acetosæ, de acido citri, aceto. s. cum aquis proportionatis, & usque ad septimam reūtius sese habere videbatur, nec morbum augmentum aequisuisse: die tamen septima omnia peiora euaserunt, nam & vigilijs persequerarunt, & febris aucta, nec non quidam inordinati rigores ap-

parue-

paru erunt, ipso tamen ad tactum non calescente post rigores, licet interius diceret se insignem ardorem sentire, & vri, deliria quædā leuia visus est habuisse, pulsus etiam adhuc debiles.

Qua propter reiterata fuerunt illa eadem auxilia, quæ ante se-
ptimum iuuare visa sunt, nec non clistere, & frictionibus, & Aetij
inunctione ad reuelendum vi suimus, octaua nocte fere sex ho-
ras continuas obdormiuit febrisque remissa est, deliria ex toto ab-
lata sunt, pulsus satis æquales, & conuenienter virtus cōsistit, vri-
næ ad manifestam incipientem coctionem in bonum mutarunt,
& vniuersum corpus moderate calefieri incepit, octaua vero die,
hora vndecima, omnia prava accidentia remissa sunt, coctionis si-
gna in vrinis apparuerunt, interim usque ad quartamdecimam cli-
steribus, & sero caprino actum est Dei opt. max. auxilio, qua die im-
munis euasit à febre, & post ipsā purgatus est rhab. manna, & mel.
ros. sol. cum decocto cordiali, & tandem pristinæ sanitati redditus
fuit, quam desperatam semel atque iterum signa clarissime dem-
strauerant.

Pro Ecc. Marchionissa M. Brix. Laborante ventriculi imbecillitate inq-
petentia leui apostemate capit is, sonitu auris tumore lienis, et ie-
coris, colore splenitico, mirac biali mel. mensium suppressione,
cordis morsu, & febribus inordinatis.

De diuersis
morbis s-
mul.
Licet pleraque sint nostri corporis membra, quæ cum lœdun-
tur accidentia sœua, & symptomata inducere solent, ventri-
culus tamen, & vterus duo sunt quibus affectis rarò aut nunquam
sanitas conseruari potest, ad quorum offendam ærumnæ & clades
sequi confueuerunt, id ex ventriculi offendâ maxime contingit,
quia non solum prout peculiarem in se ipso recipit offendam ob-
peculiares morbos quos ille patitur, sed propter opus toto corpo-
ri commune parit, cum sit velut promptuarium cōmune omnium
corporis particularum ut Gal. appellauit.

4. de v̄sia
par. cap. p.
Similiter de vteri ærumnis loquens Hip. inquit. Impossibile es-
se mulieres quæ non purgantur aut diminute purgantur, statutis
menstruorum temporibus incolumi sanitatem frui posse, quare non
est mirandum si Mag. Domina male se habeat, cum hæc duo
membra multum in ea labefactata sint.

Primo itaque mihi consideratione videtur dignus morbus ven-
triculi, quem ego suspicor omnium ferè aliorum malorū prima-
riam

riam fuisse causam, mox de symptomatibus ab illius ægritudine procedentibus.

Laborat ventrallus Mag. Dominæ intemperie frigida, & humida, ynde facultas concoctionis, quæ est prima illius virtus de bilis facta, læsionem in diminuta coctione efficit, ex cuius coctionis diminutione indigestio sequitur, quæ pituitæ fiboles est, ergo chylus pituitosus sublequitur, & inconcoctus ex quo plurimi flatus generantur. Hi itaque humores, & flatus partim ad varia membra descendunt, partim ad caput feruntur, in capite autem debili non amplius concoquuntur, sed modo per nares, aliquando per palatum descendunt, ex quo non est mirum si aliqua portio putrefacta in saniem conuersa sit, & leue aliquod apostema pituitosum cum sanguine forsitan mixtum inibi genitum fuerit; quod ex eo arguitur, quod relatum mihi est saniæ, & sanguinem è naribus frequenter remisisse.

*Leue aportem
main capi-
te genitum.*

Ex eadem pituita flatus generantur, & ad aurem dexteram delatati sonum in ea inducunt, eadem pituita in magna copia in ventriculi tunicis impacta, fundoque innatans in appetetiam inducit, portio autem delata extra pilorum ad intestina, mesenterium, caeteras que naturales partes defertur, obstructiones parit, tum circa iecurum præsertim circa lienem, quod saepè tollitur in tumorem, ibique cum melancholico humore commixta speciem scirrosum tumoris generare videtur, qui tamen reuera scirrosus non est, cum humor non sit permanentis, neque durus, sed modò increbat, modò decrescat, & mollis ad tactum appareat, ex qua lienis obstructione color spleniticus sequitur, ob impedimentum ipsiusmet attrahendi facultatem propter externum errorem, ob humorum nempe in lienem receptum, portioque fæcis sanguinis in iecinore, quæ expurgari solet, colorem illum spleniticum à Gal. appellatum contraxit, ex quibus obstructionibus in hypochondrijs multi retinentur flatus, multique humores melancholici, qui principium mirachialis melancholæ minatur, & forsitan iam incepit, cum melancholica, & timorosa sit ab re.

*Color spleniti-
cicus. Unde.
Mirachialis:
melanc.*

Aliud patitur malum, & est symptoma in genere retentorum excrementorum immodice, menstruorum scilicet quæ retinetur, & statim temporibus expelli deberet: hic menstrualis sanguis cum non possit per uterum expurgari ad caput, & ad eorū ascendit, & morsum generat cordis, & melancholicam passionem adauget: huic accedunt quædam febres modo magnæ, modo leues, inordinate, erraticæ, quæ habituales esse nolo ex tempore suspicari, cum signa

*Menses. re-
zenti.*

*Crodis mor-
sus. & mel:*

signa talis febris nōdum mihi relata fuerint, sed potius putridam
eſſe opinor, ex prædominio quodam bilis in iecinore genitæ pro-
fecto calidore cum miscella tum pituitæ tum melancholiæ, quæ ^{Inordinatæ} febres.
ex corruptis dictis materijs oritur, ob prohibitam transpiratio-
nem natuui caloris ab existentibus circa partes naturales obstru-
ctionibus factam.

Sic itaque ijs existentibus quinam scopi curatorij esse debeant ^{Scopi huius}
manifeste apparet, nam primo ventriculus curādus est, obstructio ^{morbis}
nes partium naturalium, & præfertim vteri, & lenis aperiendæ
quæ cum ab humorib⁹ fiant melancholicis, crassis, lentis, & visci-
dis, oportet aperire atenuantibus, incidentibus, & abstergentibus
menstruaque ducenda, humores ad caput, & ad cor repentes re-
uellendi sunt, & tandem partes debiles corroborandæ, ventricu-
lus calefaciendus, & exsiccandus, similiter cerebrum, & cor corro-
boranda, & iecoris caliditas attemperanda: difficilis proculdubio
curatio est, arduamque eſſe arbitror ob excellentiam partium affe-
ctarum, ob multitudinem symptomatum, & contrarietatem indi-
cationum, impossibilem tamen non iudico: immo si Mag. Domi-
na obediens eſſe velit, spero fore vt illa sanitatem conuenientem,
& forsitan perfectam cōsequatur, quibus autem remedijs hoc eſſt
faciendum?

Primo totius corporis ratio habenda eſt postea verò particula-
res partes affectas oportet respicere, circa chirurgicum opus, cum
proxiniis diebus vena tali bis ſecta sit, & ſumma cum ratione, nec
tamen multum profuerit, bis iterum ſanguis extrahi opus eſt, ſe-
mel per ſectionem ſaluatellæ manus ſinistræ, quæ propter lenis af-
fectionis ſecatur, & iterum hirudinibus hemorrhoidalibus appofitis
& quinque aut ſex ſanguinis vnciæ ſingulis vicibus educantur, ſi
autem hirudinum vice viro Excell. curam illius gerenti potius vi-
ſum fuerit cucurbitulas ſcarificatas coxis, & cruribus, tribus die-
bus ante aduentum menſium applicare, hoc quoque eſſet ex arte,
illique ſperarem magum auxilium allaturas eſſe, frictiones inferio-
rum partium præcedere debent ab vtero: duo fonticuli parentur
in cruribus in parte interna, hæc enim duo reuulſoria erunt emiſ-
ſaria per quæ ſuperfluitates, quæ continuo in corpore generantur
emanabunt.

Quod ad medicamenta pertinet aliud lenienda eſt, ſi ſponte non ^{Medicamen-}
fluat aliquo blando medicamento, quod eſſe poterit ſi bolum, ſu-
ſtu pro alui
mere vellet.

Rec. ele&t. lenit. diacathol. ana. drac. 5.

Spe-

Spetierum hieræ simp. G. drac. 2.

Misceantur, & cum saccaro fiat bolus.

Si verò in potu maluerit sumere vnc. 5. syr. de polipod. mercu-

rialis exhiberi poterunt cum decoct. cord. & fol. senæ.

Preparandi postea erunt humores si febris non aderit, syr. sine

diluto de menta, capil. vener. mel. ros. cicor. lupul. borag. fumaria,

& huiusmodi.

Præparatis itaque humoribus, quod semper per hebdomadam

fieri poterit expurgandi erunt conuenienti medicamento diluto

rhab. agar. cum decæ, mirabolorum nigrorum, philopodij, se-

næ, & huiusmodi cum vnc. 3. syr. de polip. & drac. 2. confect.

Amech.

Expurgato hac prima vice toto corpore, per tres dies quiescat,

quod si purgatio ista sufficiens videbitur præstantissimo viro qui

illius curam geret, ad alia remediorum genera transeundum erit,

quod si iterum præparare, & iterum etiam corpus purgare volue-

rite eisdem syrups compositis uti poterit per tres dies, pillulis po-

stea vel de agar. vel bdel. vel hiera picea expurgabitur: his peractis

duo magna remedia ex arte facienda sese offerunt, alteri est aqua

thermalis vel aquarij, vel tectutij si quid enim est quod rectius pos-

fit ventriculum, intestina, iecur, & cæteras vicinas partes à pitui-

tosis humoribus, putrefactionibus flatibus expurgare, deinde ve-

rò corroborare, proculdubio est vsus harum aquaruin, ut cotinua

expirientia comprobatur.

Effectus mirabilis a que therma lis, et tettutij.

Modus su-

mendi aqua

aqua, superbibat postea alias libras septem leuiter ambulando,

tettutij.

Sumat ergo p tres dies mel. ros. sol. tres vncias in primo ciatho

alterum remedium tñt cinnæ decoctum cum aliqua leui por-

tione ligni, ita vt quælibet anc. 1. cinnæ drac. 1. ligni assūmat, su-

mat autem hoc decoct. per triginta dies de mane, & in sero cum

dexteritate infudando non cù tenuissima illa victus ratione, qua

vtuntur passim in affectibus Gallicis, sed mediocris sit, ex bonis

edulij assis tamen, cum vino paucifero, odorifero, & tenui; his pe-

ractis dum vires reficere tentabimus gestet super ventriculum ta-

le ceratum.

Rec. pulpæ dactilorum
citoniorum

{

ana. vnc. 1.

Offæ panis in vino cretico intinctæ q.s.
 cinnamomi }
 masticis } ana. drac. 5.
 gariophyllorū }
 thuris }
 olei masticini }
 de menta } ana part. æqual. q. 5.
 citoniorum }
 ceræ, & terebintinæ ana. q.s. misce, & fiat ceratum flomaticū,
 & super corium distendatur.

Vtatur quandoque conseruis ex floribus boraginis, capil. Vener. calidioribus temporibus etiam saccaro rosato, frigidioribus autem, vtatur magnis anthidotis, vt theriaca, mitridato, & similib.

In regula viætus se moderate gerat, comedat, & bibat alimenta boni nutrienti, paucissimi excrementi, quæ potius ad attenuationem vergant, somnus sit moderatus, motus omnes, animi præfertim sint mediocris, & in reliquis rebus, quæ ad viætus rationem pertinent iuxta Hip. sententiam 6. epidemiarū moderate se gerat, sparetq; perfectam salutē, quæ D. O. M. ipsi impertiri dignetur.

Pro Illust. D. Barone Germano, apud Archiducem Austriae residente, hydropœ, Ascite laborante propter hemorragiam hemorrhoidum.

*De hydrope
et ascide ob
hemorra-
giam.*

Secundo de

facul. nat. c.

8. & 5. de

loc. aff. c. 7.

Lib. de hum.

com. 3. tex.

26.

Quod Gal. pluribus in locis scriptum reliquit, sed præsertim diuturnis scilicet hemorrhoidibus suppressis vel immodica profusione homines ad extremam frigiditatem inducen tibus, sœpè aquam inter cutim colligi, illud in Illust. Barone nuuc clarè, & evidenter conspicitur, cuius effectus præter naturam, ori ginem ad hanc solam causam præcipuam referendam esse exist in oculum eodem Gal. & vt melius hæc appareat ægritudo, & conspi cua symptomata fiant, quæ consequuntur ordine incedendum est ad eorum inuestigandam naturam.

Nobilissimus itaque Baro conflictatur, (vt ex relatis conspicere ascitis plus potui) hydrope Ascite, & multorum copia flatum, ita ut possimus dicere hanc hydroponem esse ascitem tympanitidemque mix tam ex aqua & flatu intra peritoneum collectis, & est morbus in plus magnitudine aquæ, tumor est nanque toto genere præter naturā, tuus habet. vt Gal. scriptum reliquit, collecta est autem aquosa materia, & flatuosa in illis locis ob frustratam coctionem non solum ventricu li, & materiei, & intestinorum, sed etiam iecinoris, ledunturenam

cōctiones vell lāsa earum facultate essentialiter, vel ab aliquo extero errore impedita, in hoc casū per essentiam facultas lāsa est, lāso partium temperamento, propterē quod calor nativus, qui in sanguine optimo, & spiritu temperamento in iecinore consistit, ventriculo, intestinis, reliquisque alijs vicinis partibus est adeo diminutus, ut proprium munus concōquendi, & sanguificandi obire minime valeat.

*Quare dimi
nutus sit ca
lor.*

4. Meth. c. 3

Est autem diiminutus calor ex nimio hemorrhoidū profluuo, venis enim iecinoris inanitis, spiritibusque refrigeratis, caloris febre extinc̄tio est consecuta, vnde nō est mirandum si non solum debilis coctio, sed cruditas ferè absoluta emerserit: cum enim incoctio imperfēctio sit ob propriæ caliditatis indigentiam frigiditas, ut Arist. clare determinauit in fine quid mirum si frigiditate dominante humores, qui in probum chylum, mox in vtilem sanguinem deberent conuerti, aquosi, aut ipsamet aqua remaneat, eo facilius ad priuationem cum tali effluxu hemorrhoidum deuenit II lustris. vir, quod iam in aetate in qua nativus calor declinationem perpeti solet, quinquaginta scilicet annorum sit constitutus:

*Hemorroi
des dupli
citer hydropē
inducunt.*

Solent hemorrhoides ad hydroponem dupli modo corpora deducere Gal. teste loco citato com. drac. uno modo si hemorrhoides quis occluserit, quæ sint solitæ totum corpus à crasso sanguine, & melancholico expurgare nulla seruata aperta, tū srrhum, iecur cōtrahet, tu m multitudine, tum crassitudine grauatum redditur, vnde illis calor paulatim minuitur, & quasi extinguitur, & ita bonū sanguinem generare non potest, ex quo sequitur aqua inter cutim & ad extremum tabes.

Altero modo si hemorrhoides adeo profluant, ut longiori effluat cum sanguine calor nativus, & spiritus extinguatur, qui modus secundus viro nobilissimo contingit; ventriculo itaq; intestinis, mesereo, & hepate imbecillibus factis, refrigeratisque, quid mirum si hydrops, cæteraque relata symptomata subsequuta fuerint; eiusdem scilicet ventriculi languor, & eximia imbecillitas tensiones in omnibus partibus subcostalibus, præsertim post cibum assumptum, aut pōtum, ventris dolores ob solutionē continui facta a flatibus distendentibus intestina, sed quomodo sitis in tanta fit membrorū frigiditate? quia ut dicit Aetius talis humor tenuis, & sensus, qui ascitis causa existit, falsus & putrefactus est, ut propterea longiorem pōtum exoptent quam deceret, hæc ita clara sunt, ut quam clarissima appareant.

Illud verò cunctatione arduaque inquisitione dignum, est quomodo

*Quomodo
sit is in
frigiditate
membrorū.
lib. 10. c. 20*

modo sit credibile iecur esse refrigeratum, si vrinæ sunt rubet cum signis euidentissimis coctionis, immo excedentis, & colliquantis caliditatis signa apparent, pinguedo nanq; telæ araneæ similitudinem referens in vrina supernatat, fæces quoq; compactæ, & citrinae egeruntur, calor quoque in ambitu totius corporis appetet, quæ omnia, aut seorsum, aut simul congesta, & considerata argumētum præbent in iecinore non adesse caloris extinctionem, sed potius excedentiam.

Sed hæc repugnant hydropicum esse, & calidius, aut temperatum habere iecur, cum ex Gal. sententia s. de loc. affec. c. 7. & Aetij lib. 10. cap. 20. omniumque medicorū clarum sit hydropicū quemquam minime euadere posse nisi iecur refrigeratum sit.

Pro cuius dubitationis solutione dicendū est duplīcem esse posse hydropem ascitē, recentem scilicet, & consumatam, in ista impossibile est vrinas non esse crudas, & iecur penitus non esse refrigeratum, quia iecur frigiditatem iā habitualem cōtraxit, in illa autem quæ in quadraginta dierum spacio facta est, non est impossibile iecur adhuc tantum caloris conseruasc, vt vrinas coloratas, & digestionis formas referentes potuerit generare, præsertim facta refrigeratione per consensum, hæc magis in subiecto sua natura calidum, & siccū iecur habēte, quæ temperies in caliditate, & sic citate non ita facilis est dissolutionis, porrò credendū est quotidie crudiores, & aquosiores euasuros, nisi medicamētis cedat morbus.

Quantum ad calorem illum febrilem in omnibus mēbris expansionem continuam febrem efficientem, dicendum est vt iudico prouenire illud putredine facta ob nonnullas obstrunctiones circa vasa ad iunctas quæ continuo, & fouetur, & augetur ab aquoso humore propter eius putredinem, & falsedinem, in ceteris vero sese habet nē pe in somno, & apetitu, fortasse quia affectus præter naturam hydrops scilicet, & febris sunt recentes, nec adhuc suarum dispositio num alijs partibus affectiones communicarunt.

Cum igitur hydrops ascites quæ detinet nobiliss. virum sit huius naturæ, vt frustratam coctionē sequatur ob introductam refrigerationem in mēbris naturalibus, ventriculo præsertim, mesero & iecinore, scopi principales erunt tres, primus vt obstrunctiones tollantur, secundus vt membris calor nativus restituatur, tertius vt quot. concoquendi vis restauretur.

Primus igitur est, vt materia, flatusque hunc morbum facientia evacuentur, omniaq; membra corroborētur, qui tres principales, & vniuersales scopi, an ad optatum finē perduci possint sic absolu-

*Argumētū
calidi tatis
iecoris.*

*Hydropem
ascitem du-
plīcem.*

*Hydrops a-
scites, &
eius natu-
ra.*

te pronunciare non valeo, si enim principales viæ, & conuenientiores considerentur, per quas humores noxijs essent euacuandi duæ sunt, alius scilicet, & hemorrhoides.

Si enim per supressias purgationes, hemorrhoidales subsecuta est hydrops, curandi ratio diligere videretur, vt hemorrhoides aperirentur, illarum autem apertio non solum periculosa, sed etiam lethalis existit, nam ob harum effluxū nimiū, naturales partes refri gerate sunt, vnde postea coctio frustrata, est à qua tādem hydrops subsecuta est, quare hemorrhoides iterum aperire, valde timorosum esse iudico.

Alia via est alius, per quam etiam ducere, neque ita facile erit, nec ita tutum, non facile quia facultates omnes naturales, & præsertim expulsiva sunt debilitatæ, ita ut si vti velimus efficacib. purgantibus remedijs, periculum sit, ne cum purgationibus, vitalis vir tus simul deficiat non ita tutum, nam crebrae euacuationes per aluum facillime hemorrhoides aperiunt, quibus apertis vt dixi extre mam hydropem, & tandem tabem subsequi debere credēdum effet.

*Hydrops
vnde oria-
tur.* Quod autem ad tollēdas obſtructions attinet, hoc quoque per difficile multis de causis esse existimo, & vt cæteras quæ sunt notis simæ p̄t̄teream ob insignem ventriculi imbecillitatem qui si non potest vix alimenta conficeri, quomodo remedia medica sustinebit, quæ potius relaxandi, & aperiendi, quam corroborandi vim habere deberent.

Tertium tandem scopum omnium difficultissimum arbitror, qui est vt membra labefactata ad debitam temperiem redigantur: nō enim vnius membra solum calor, ferè est ad priuationem deductus sed corpus hoc cachexiam contraxit, vt alijs humoribus scatens, sanguine ægenus ad senectutem iam declinans, eo minor curatio chexiorum spes remanet, quod curatio à clarissimis viris tentata sit, per remedia conuenientissima, & generosa, illustriaque auxilia fuerunt exhibita, parum tamen aut nihil profuerunt, qua propter rem in discrimine maximo positam esse animaduerto, quia tamen quandoque video artem medicam ope naturæ Deique prius auxilio miraculosos aliquos effectus produxisse, denuo cum aliqua curationis spe noua remediiorum administratio est aggredienda.

*Difficilis cu-
ratio hydro-
pis.* Cum igitur sit difficilis omnis aquæ inter cutim curatio, plurimo artis auxilio indiget, recta prius virtus regula opus est, quam cum iam ab excellentissimis viris recte institutam fuisse intellectum, & ab ill. viro obseruatam, nihil est quod eam describam, illud solum

solum in vniuersum seruandum est, vt vniuersus victus facilis cōcotionis, & sit sufficienter coctus, ex solutus enim facilis est, vt in aquositatem commutetur, vt Celsus, & Aetius testantur ex Gal.

Deueniens itaque ad alia præsidia, circa chirurgiam, nil aliud consideratione dignum mihi sese offert, quām hoc, vt scilicet viri qui eius curę prærerunt perpendant an sit possibile hemorrhoidam solam apertam alijs clausis conseruare, quod si hoc fieri posse arbitretur absque iactura virium, aut periculo ne ceteræ aperiantur, essem huius sententia, vt vna seruaretur aperta.

Quantum ad materiam in corpore existentem purgandam attinet, laudo vt vsu pillulae habeantur illæ de laureola à Mesue vocatae, quæ ex thymelhea conficiuntur, ex horum vsu in plerisq; ego sum mam utilitatem consecutus fui, vsus autem fit talis, vt modo vna sumatur pillula, modo tres aut quatuor dies interponantur, & renuntiatur iterum eger conuentibus edulij, & interim sumat quæ externuandi, & incidendi, & meatus aperiendi vim habent, vt est syr. de eupatorio, bisatutijs, absinthio, oximel. s. scillinū, syr. de hysope, quæ exhibeantur modo sine decocto, modo etiā cum his quæ vim habent attenuandi, & incidendi, denuo postea exhibeatur pillula, & ita per dies quindecim progreedi, donec humores, hydropē efficienes fuerint euacuati.

Mihi etiā summopere probaretur si aqua testutij vteretur per quinq; dies, sumendo libras quinq; singulis diebus in mane, in primo aut aquæ ciatho prima vice tantum dissoluatur vnc. 3. syr. ros. sol. vel mel. ros. sol. & hoc oportebit facere singulis diebus in mane, donec Ecc. viris visum fuerit virtutem euacuationis sufficere, hæc enim aqua quasi animata suo calore, aliam aquam mortuam in ventre contentam calefacit, atque viuificat, & secum per aluum eam educit, & Deum opt. max. testor, me paucis diebus elapsis hoc auxiliij genere puerum iam deploratum ad sanitatem pristinā Dei omnipotentis auxilio perduxisse.

Habet præterea hanc virtutem aqua testutij, cum corpus euacuauerit, vt omnes naturales partes corroboret, calefaciat, & exsiccat, quæ operationes in nostro nobiliss. Barone desiderantur, illa etiam præbenda sunt quæ vrinam cire possunt, vt est radix asparagi, trifolium, cardamomum, daucus, sem. viticis, & alia quæ sunt notissima, brodium quoque cum sassafras, ad hydropem paratum, & ad malos habitus vsu habentur per vigintiquinque dies mane loco syrupi cooperiens se, & sodorem eliciens, clisteres quoq; laudo, & ea quæ in vsu fuerunt habita ab Excellentissimis viris

Aquatectu
tij ad Hy-
dropem.

Aquatectu
tij virtutes

præ-

præsertim emplastrum ex cochleis vstitutionem non expertis, hoc emplastrum est admirandum nec vlo pacto prætermitti debet;

Emplastrū admirabile. Rec. caricarum fermenti ana. vnc. 1. farinę hordeaceæ, loliaceę, fabaceę, feni græci, sem. lini, erui ana. m.s. radicum, & foliorum ebuli, absinthij, ana. 1.s. hislopi, origani ana. dr. iiiij. sulphuris. dr. 4. misceantur cum posca, mumia, & oximele, q.s. fiat emplastrum, & super ventrem ponatur.

Cum vero à medicamentis sese abstinebit laudo vsum theriacę, Mitridati, antidoto, dialacca, diacurcuma, cum absinthij decocto, aut vino albo, Clisteres acres. vt Paulus inquit conuenientissimi sunt, nisi alius sua sponte fluat, ex decocto ex Mercuriali, hyssopo, pulegio, polipodio, floribus camomelli, ebuli, accipiendo lib. 1. istius decocti, olei anethini, rutacei ana. vnc. 2. ele&t. de da&tis, drac. 4. aut benedict. laxat. salis drac. 4. m. & fiat clister, quandoq; etiam valentiora addi poterunt, vt est agaricus, illud tamē semper præ oculis habendum est, quod Gal. scripsit de aqua inter cutim, cum febre complicata verba faciens, habendam esse semper rationem febris si aderit, ac si vehemens fuerit conuenientem curacionem habendam, ac illis remedijis vti oportere quæ vtrunque respiciant morbum, ad illud tamen semper oculos, & mentem diri-gendo, quod magis facessit negocium altero minimè neglecto.

Et hęc sunt illa quæ mihi in difficillimo morbo pro salute Illu-strissimi viri visa sunt proponenda Deus humanæ salutis auctor dignetur clementia sua medicamentis exhibendis tales ac tātam præbere vim, sine cuius ope remedia humana creduntur inutilia, vt valida, & sufficientia existant ad salutem condonandum nobis-simo supradicto viro, de omnibus ferè Principibus christia-nis optime merito.

De conuul-sione, palpi-tatione, & capitis dolore.

De cordis conuulsione, palpitatione, & capitis dolore.
Ad Illust. Comitem N.

Coitus horū morborum causa.

CVm Illustris Comes ita commodè atque fœliciter corpus vniuersum constitutum obtineat, vt ad bonam valetudinem nihil desiderari posse videatur, est proculdubio statuēdum, ipsius mala non aliunde prouenisse quam ex erratis quæ in nimio vene-ris vñ commissa sunt, ea nanq; symptomata quæ præteritis men-sibus perpetuis est, motus nemp̄ finistræ partis conuulsivus, & quædam cordis palpitatio, & dolor quin etiam capitis, qui statim eos affectus subsecutos hucusq; perdurauit, à nim. coitu, paruo temporis

temporis spacio orta sunt, quemadmodum ipsem nobis patefecit, à quibus malis cum dominatio sua Illustris præseruari, ac liberari cupiat, in medium remedia sunt afferenda quæ huic negotio idonea, & accomodata esse censemus.

Verum cum omnis curandi ratio, & methodus, ex naturæ cognitione affectuum proficiscatur, ideo prius causæ inuestigandæ erūt quæ hæc symptomata peperere, postea curatio instituetur: Propteræ quod ad motum conuulsuum spectat, deprauatus fuit, cuius causa cum multiplex potuerit esse, fuit à nobis statutum, quan-
Causa con-
dam materiam flatulentam extitisse, quæ cerebri, necnon spinalis *uulsioneis multiplex*. medullæ substantiam ipsius expultricem peruadens, ad expellendam eam materiam noxiā prouocans, sic ad suum principium nerui attracti conuulsio excitata est.

Hæc autem flatulenta materia, ex pituita fuit eleuata, quæ nō aliunde quam ex ipso cerebro, humida intemperie affecto ferebatur, ea etiam procreata ratione, propteræ quod in actu venereo vñā cū semine insignis spirituum copia excernebatur, tunc enim temporis factum est, vt calor viscerum præcipue cerebri debilis redditus, cum alimentum haud regulare potuerit, ipsum in excrementum pituitosum conuertit.

Huc accedit quod in ventriculo multæ sunt procreatæ cruditates, à quibus ratione iecinoris calidioris, vapores ad cerebrum eleuati, magis, ac magis illos humores adauxit, à quibus postea fatus eleuati, illud produxerunt symptomata; pari etiam ratione palpitationem contigisse perspicuum est, sicut enim antea diximus ex illo coitu multi spiritus, & præsertim vitales sunt inaniti, quorum præcipua fides, & proprius fons, cum ipsum cor reperiatur factum est, vt tunc temporis ipsius spiritibus insigauerit fuerit destitutum, aliqua frigiditate contracta non potuerit vt par erat humores in agitatione ad ipsum confluentes regere, ex his oras sit fatus, qui deinde palpitationem, & anxietatem effecit.

Ille vero dolor qui cerebrum iugiter vexat, cum potius grauius sit quam pungitius ex eadem pituitosa materia, quæ suo pondere in infimas vique partes dilabitur trahit originem: cuius generatio materiae, humidæ capitis intemperiei est tribuenda, vt superius a nobis est explicatum.

His igitur sedulò examinatis videndum est quinam agendum scopi, ac intentiones existere debeat: est enim perspicuum *Scopi horū* cerebrum aliquo pacto exsiccandum esse, & corroborandum, po-
morborum. stis materia præua in ipso existens euacuanda ac deruanda, pre-
persa

terea iecoris feruor attemperandus, quibus scopis satisfacere minime impossibile ducimus esse, cum haec mala ex erroribus potius, quam ex visceribus perperam constitutis originem traxerint, & quamuis ille capitum dolor qui à praesidijs vehementibus auferri non potuit, negotium aliquod nobis faceſſere videatur, nihilominus nobis pollicemur, vt cum res agatur cum prudentissimo viro qui in omnibus ſe obſequenteſt ostendet, priftinam adepturum eſte ſanitatem.

*Ad capitum
dolorem.*

Et cum multa ſint remedia quę rebellem hunc capitum dolorem extingueſt ſpe curationis concepta, ad praefidiorum matrinas descendantēs: ſtatuiimus horum quædam hac æſtate, nonnulla verò & haec præcipua hoc autumno eſte adminiſtranda, æſtate lactis caprini ſerum per dies qui indecim ſumptum non improbamus ſed prius erit lenienda alius ſyr. roſ. ſol. quo tempore non eſſet inconueniens ſi leuibus vteretur maficatorijs, nec non mitroribus naſalijs, quæ ex ſaccari aqua, & amaraci ſucco confici poterunt, ſeri autem quantitas ſingulis vicibus futura erit lib. vna, & in eo imponatur modo endiuiaſe ſuccus, vel cicoreæ, modo ſeminis peponiū emulio, preterea dum iſta peragentur optimum erit nares butiro vel amigdalarum dulciuim inungere oleo, vt natura per illam partem, pituitofam materiam euacuare aſſueſcat, quo etiam tempore per interualla, ablutio capitum cum lixiuio in quo ſalix, & betonica bullierint non improbatur.

Quod ſi malum perſeueraſet, noſtrum iſtitutum eſt, autumni tempore ægregiam medicationem moliri, cuius cum variæ exiſtant materiæ, nempc chirurgica, pharmaceutica, & dietetica, circa primā laudamus, vt aliqua fiat à vena ſecta iecoraria cubiti dextri euacuatio ſanguinis moderata ramen, affectus nanque eſt potius frigidus quam calidus, venam autem ſecamus propterea quod cum calidiora medicamenta ſint ministranda, ueremur ne ſanguis calefiat, & inflammetur.

*Humorum
præparatio:* Purgato deinde corpore, & capite duo erunt fonticuli preparandi, alterum in brachio ſinistro, alterum in crure dextro, quoad medicamenta ſpectat primò alius leniatur mel. roſ. ſol. & manna, poſtea humores præparentur cum ſyr. de cicor. beton. ipſiusque decoctionibus, & cicor. borag. &c. expurgentur diluto agarici, rhab. & ſenæ addito mel. roſ. ſol. rursus etiam præparandi erunt humores cum ſyr. de beton. cicor. & decoct. beton. cicor. iuæ, atque peoniæ, pillulisque cochijſ expurgandi, & de agar. mesues, quo tempore maficatoria, & naſalia nullo pacto omittenda erunt.

His

* His itaque peractis ad aliud generosum præsidium erit deuenientium, cuius merito caput exsicetur, & materia dissipetur, id circa falsæ, & chinæ decoctum per triginta dies sumptum probamus, quod valde suæ Ill. Dominationi pro futurum confidimus, præser tim si attenuans viuendi ratio sit adiuncta: præterea in vsu habeat oximei scilliticum, & frigidioribus temporibus magna antidotum cum conserua, cicorea, & faccaro rosato mixta laudamus, item paretur lixiuum, in quo stcchas, salix, beton, bacchara, & agaricus bullierint, quo caput frequenter abluatur.

His Illustriss. vir procurare debet, vt equa viuendi regula adiungatur, vt ab aere frigidiore, & nimis calido caueat, vtatur cibis boni succi, & nunquam à mensa recedat satur, vinum sit pauciserum à quo dum falsam potabit erit abstinendum, autumni verò tempore medicatum vinum sibi erit parandum, in quo salsa, & betonica bullierint, somnus sit moderatus, nec statim à cibo illi dormiendū esset, itē motus, & quies sit mediocris: alius seruetur fluida, & quod plurimū refert pro viribus veneris voluptates deuiter, aliter nāque in eadem mala laberetur, quod esset error peior priore: insuper læto animo degat vitam, & moestas cogitationes abiiciat, in domino sperans fore vt ipse pristinam sanitatem recipiat, quam deo dante nobis se adepturum pollicemur.

Somnus capitis doloris noxius.

*Pro Nobili Domino N. Florentino, utriusque Curiis dolore
Gallica Laborante.*

De dolore Gallico.

Affectus à quo mag. & Nobilis. patiens conflictatur est dolor circa genu sinistrum in exteriori parte circa articulum, & cruris dextri circa medianam eius partem ad talum descendendo, huius non est admodum vehemens, nec actionem motus animalis nimium laedit, sed quo magis molestia afficitur est dolor sinistri genu, cuius læsio actionem ambulationis offendit, cum dolore nanq; & difficultate incedit, & est symptoma in genere actionum anima lium motricis voluntarie debilitatæ.

Fit autem ob morbum tum in compositione ob tumorem, tum in intemperie propter frigidam, & humidam materiam ibi conté tam, tum ob aliquam continui solutionem ab humore distendente factam, & acrimoniam: hic humor est pituitosus ex prædomino, sed acrimoniam, & malam qualitatem adeptus est ob luis ve-

Hoc symptoma quo sit.

nereæ infectionem, qua laborare clarissime patet, cum isti dolores non circa acetabula apparent, sed circa partes medias ab uno articulo ad alium, vlcera quoque oris maligna, & curatu difficultia, quæ alias percessus est, conieeturam satis efficacem efficiunt Gallico hos dolores existere.

Pituita à capite fluit. Fluit hic pituitosus humor, & tenuis à capite cum quo aliqua portio humoris acris, & adusti in hepate geniti coniuncta est, & ad illas debiliores corporis partes defluit, ibique impactus, dolorem, & diminutam deambulationē efficit, sed quemadmodum humor exustus Gallicus generetur, à iecinore male affecto, & efferuentiore, ita abundantia pituitæ in ventriculo frigidore, & humidiore producitur, quæ prius ad caput, deinde ab ipso in subiectas partes desertur, & ad crura descendit, & cum sit superabundans, nec in bonam frugem conuertatur ibi impactus dolores prædictos generat, & eo vehementiores produceret si maiorem acrimoniam obtineret.

Cause horū affectuum. Horum affectuum causæ fuit inordinata viætus ratio à qua debitatus fuit ventriculus, & iecur mala luis qualitate affectum est, articulique debiliores ob malam nutritionem redditæ sunt: pro hac igitur ægritudine curanda quinque præ oculis scopi præcipue habendi sunt, primus est ut totum corpus emundetur, secundus ut ventriculus & caput calescat, et exsiccat, tertius ut materia quæ fluit definat, quartus ut articulus ab infestate humore liberetur, & corroboretur, quæ omnia nunquam obrineri poterunt nisi quintus habeatur scopus, malignitas scilicet luis Gallicæ semper ante oculos habenda: ideo iecoris Gallica qualitas est corrigenda.

Quos scopos assequi difficile esse opinor, non tamen impossibile, immo cum obtemperantem se futurum pollicetur ægrotans, sperandum ope diuina est, & remedijs generosis, quæ hodiernis temporibus à nobis satis commode subministrantur, ipsum sanitatem pene perfectam consecuturum; non est facilis hæc curatio, nec ita citò acquireti potest, quod ex eo apparet quia nōnullos pulueres huic morbo appropriatos assumpsit per triginta dies absq; ferè vlla utilitate, & hoc euénit quia morbus non multum recens est, & malam qualitatem coniunctam habet, tum etiam ob nō leuem principalium membrorum distemperantiam, & contrarietatem, opus tamen salutis supponitur. Ex chirurgica igitur ope, prius sanguinis missio sese offert quæ necessaria est, tum quia morbus est magnus, tum quia massa sanguinea infecta est humore pituitoso heterogeneo, & malam qualitatem Gallicam habente, vnde renutritione indi-

Renutritio quid sit.

get

Get quæ noua est boni sanguinis generatio, per basilicam vtriusque brachij fiat sanguinis missio ad quantitatem libræ in duabus vicibus, & his omnibus absolutis duo fonticuli fiant, vnu in sinistro brachio ratione capitis, alter in crure minus debili; quod est dextrum.

Quantum autem ad medicamentorum usum, aliud prius lenitur mel. ros. sol. clest. lenit. manna & huiusmodi, deinde præparatur humores acres exusti pituitæ commixti, decoct. beton. borag. fumo terræ, & cicoraceis, addito syr. de beton. mel. ros. & syr. de menta, quibus per hebdomadam acceptis, hoc medicamentum exhibetur quod recipit agar. & rhab. ana. drac. 1. cum suis correctiis spica, cinnamomo, zingibere, & sale gemmæ facta infus. per octo horas in decoct. postea addendo mel. ros. sol. vncias 3. mannae vnc. 2. & fiat potio, & hoc quinque horis ante prandium sumere debet, facta hac purgatione quæ sufficiens est iudicanda, quia per triginta dies prædictum puluerem sumpsit zerbinæ nuncupatum cum victus lobriestate, tum etiam quia vires vteriore purgationem perferre non videntur, aliquantus per refectis viribus ad aliquid præsidium magnum deueniendum est, quod vim habeat, caput, ventriculun, & massam pituitosorum humorum euacandi, exsiccandi, & demum malignitati luis Gallicæ in hepate existentis occurrenti.

Quare nullum præstantius remedium reperiri existimo, quam falsæ decoctum cum portione chinæ, & ligni guaiaci, & cicoraceis ratione iecinoris, hoc est beton. & iua ratione capitis, & articulorum sudorem mane, & vespere excitando, addendo aliquid cardui benedicti, ut excitentur sudores, vel in hypocausto, vel instrumento huiusmodi, quo communiter vtuntur morbo Gallico infecti, & est bibendum decoct. ad vnc. 8. in mane, & totidem in fero, per triginta, aut quadraginta dies, plus minusue pro ægroti tolerantia.

Nec erit abre antequā huiusmodi decoctum assumat, per tres quatuorue dies aquam Tectutij bibere ad naturales partes emundandas, & calefaciendum ventriculum, & exsiccandum, quod si tēpus idoneum pro assumptione aquæ prædictæ non aduentarit, ad decoctum statim erit deueniendum falsæ nempe, & prædictorum singulisque octo diebus à syrapi assumptione abstineat, & tunc pilulæ de agarico & de tribus erunt sumendæ, ea die carnes elixas bonæ substantiæ comedendo, & panem iure madefactum, & ouum recens forbile.

Calidioribus autem temporibus vti poterit conseruis rosarum

Cc 2 borag.

*Præparatio
humorum.*



*aqua tectu
tij vis.*

borag. beton. & similiūm, frigidioribus verò cum prædictis misce
re poterit anthidota, vt theriaca, mitridatum, ancardinam confe
ctionem, & huiusmodi.

*Ad corroborandó etiam ventrículo solet auxilium magnum af
boran. ven- ferre ceratum exterius gestatum, confectum ex dactilotum pulpa,
tric. citoniorum, mastiche, cinnamomo, garyophyllis, thure, cum oleo
masticino, de menta, absinthino, addita cera, & therebinthina q. 5.
pro conficiendo cerato.*

In his omnibus peragendis diligentissima vietus ratio seruanda
est, quæ neque plena, nec tenuissima sit, sed sit modus in rebus, à vi
no abstineat non toto curationis cursu, sed dum sumit decoctum,
tunc enim temporis vescatur pane biscocto, vuis passulis, amigda
lis, pistachijs, ouo vnicō sorbili, & carne vituli assat in parua tamē
quantitate, in reliquis se temperate, & mediocriter gerat, vt me
minit Hip. 6. Epidemiorum.

*Ad Illustriſ. Dominum Federico Contareno D. Marci
Procuratorem.*

*De diuersis morbis si-
mul.* **C**VM de affectibus præter naturam Illustrissimum virum tur
bantibus sim tractaturus vt admueniantur remedia, quibus si
non perfette, saltem maiori ex parte curetur, & præseruetur cum
illi sint varij in animum induxi, prius de capitis confusione, & gra
uitate, postea de reliquis qui scitu dignissimi sunt verba facere.

*Causa dupli-
citer cognoscitur.* Duo sunt quæ scienda veniunt adhoc vt quænam sit causa co
gnoscamus, cur flante noto, & zephyro ventis, vir ill. tantam capiti
s grauitatem & cōfusionem Venetijs solummodo sentiat, in alijs
verò regionibus non item, vt cum moratur Patauij. Vincentie, Ve
ronæ, & alibi, quibus in locis cum reperitur flantibus ijsdem ven
tis nullam omnino persentit molæstiam.

Alterum itaque est quænam sit horum ventorum natura, quæque
proprietates, & effectus: alterum cuiusnam temperamenti, & com
plexionis sit viri Ill. caput: his duobus quæsitis cognitis, nō erit val
de difficulte causas grauedinis, & confusionis capitis inuenire.

*Natura no-
ti, & Zephi
ri.* Prædicti duo venti natura sunt meridionales, calidi, & humidi
pluuiarum congregatores, porositates corporum aperiunt, humo
res intus commouent, humidorum corporum substantiam replēt,
& inflant, & ideo ægritudines inducunt, optimum colorem de
munt, & multatum ægritudinum sunt origo, fluxiones efficiendo
imò diuinus Hip. scriptum reliquit hos ventos seminaria conta
gionis,

gionis, & pestilentiae in se continere, & huius ratio est manifestissima, eo quod sua caliditate, & humiditate aerem corruptunt, cū putredinis origo, vis, & fundamentum sint duæ illæ qualitates, caliditas scilicet, & humiditas, vt docuit Arist.

De his item uentis loquens ingeniosissimus Cardanus dicebat, inter omnes ventos, notum id est austrum alijs grauiorem existere, multisque affectiones producere, autumnali tempore frondes ex arboribus cadere ex illa parte, qua auster flare solet, & his flantib. semina à verinibus comeduntur, & fructus marcescunt, & rationē reddit, quia venti calidi, & humidi natura sunt, qui graues crassi, impetuosi, validi, omnia concutere valent, nec semina solum fructus, plantas, hominesque sua corruptione, sed uasta quoque ædifica, turres ciuitates, & montes sua commotione discerpere ac simul euellere possunt.

Hos affectus tamē plus, minusue pro locorū uarietate producūt qua transeunt, imdum montuosa permeant per siccum aerē subtilem, malam suam qualitatem amittunt, uel saltē adeonō sunt nocui: hoc itaque supposito, causa patet cur sit quod Venetijs, nec alibi uir Ill. detrimentum recipiat, & hoc est quia alibi dum flant australes uenti attenuationem ex aeris puritate acquirunt, quæ siccata, & subtilis est, crassitiemque in uicinos montes rumpentes subtiliantur, qualitatesque prauas nocuas amittunt quod Venetijs haud contingit ob aeris superabundantem humiditatē paludif- que situm atque crassitatem.

Huc accedit quod Venetiæ australibus, & meridionalibus uentis maxime subiacent quibus prædictæ Asia ciuitates minimè sunt obnoxiae, quare austro, & garbino non est alibi ea uis, & potentia quæ Venetijs, & iccirco leſionem sentit Venetijs permanēs, in alijs uero locis minimè, quandoquidem uenti ab hinc nonnullos annos peiores euaserunt, postquam lacuna arida pluribus in locis remansit ob maris debilem fluxum, atque refluxum, nec solum prædicti duo uenti peores euaserunt, sed magister, tramontana, & Græcus qui contrariorum uentorum offensiones corrigebant, itidem & ipsi peiores Venetijs euaciuitatem minimè ingrediantur, eo quod antequam in urbem perueniant per palustria loca, canedos, & lacunas transeunt, uetus uero accidentalis qui unicum urbis Venetiæ refrigerium esse consuevit per pestiferum Botenicum, & uicina loca pertransiens plurimum suæ bonitatis amittit.

Si igitur uenti isti qui potiores ciuitatis erant, & salubriores prauam

4. Meth.

Quare his
ventis fruc-
tus marces.
Effectus ho-
ru ventoru.

Venetijs his
ventis val-
de obnoxia.

Hi vēti cur-
peiores Ve-
netijs eu-
acuunt.

prauam qualitatem contraxerunt, quid arbitrari debemus de illis duobus superiori nuncupatis qui suapte natura pessimi existunt? & licet venti omnes natura sint exhalationis calidæ, & siccæ ve docet Arist. varias tamen, immo contrarias recipiunt qualitates, diuersas iutensiones, & remissiones, & nominum differentias, vel ob materierum diuersitatem ex quibus sunt vel locorum, seu coeli differentem situm, & regionum varietatem per quam trascunt, ut ex Hip. habemus secundo de Dieta circa initium.

*Auster, &
Garbinus
junt vent
calidi.*

Cum ergo priores venti Auster scilicet, & Garbinus sint venti calidi, humidi, crassi, graues & turbidi per mare transeuntes, aquosunt venti calidi. sa loca, mortua, paludosâ humidissima & vaporosa, vbi barenz bulliunt, canedique maiorē excessum prauæ qualitatis acquirunt, & maiori vi effectus ab Hip. & alijs naturalibus descriptos producere possunt; clara igitur horum ventorum natura in situ Veneto remanet, hoc est ventos hos calidos, & humidos, crassos, nebulosos, grauatiuos, & repletius existere.

Alterum quæsitum quod cognoscendum venerat est cuiusnam temperamenti sit caput Illust. viri quod credere iuuat, immo credo in caliditate, & humiditate fuisse temperatum ob signa relata, quia virtutum eminentia, & intellectus vis non possunt diu in prouo capitum temperamento consistere.

Causa debilitatis auditus.

Quod si superioribus annis varias capitum clades perpeccus est ob apostemata, & alias quamplures ærumnas, mihi pro certo habendum est caliditatem, & humiditatem causam fuisse, his etiam addendo texturæ ipsius capitum raritatem quæ aptitudinem facit ad ingrediendum quodque externum, eò magis quia ab inferioribus partibus inflammatis vapores calidi, & superfluæ humiditates ad caput ascendunt, quæ ea producere mala, & fouere potuerint, diurno tempore ab Illust. viro perpeccas sunt, sed nunc temporis sum huius sententiae, temperamentum cerebri Illust. viri aliquantulum à calido temperato discedere, & paulum ad frigiditatem, & humiditatem declinare, dixi paulum, quia insignis excessus non est, de humiditate nemini est dubitandum, si enim destillationes non adcessent addentes, & alias corporis partes, auditus vnius auris debilis, & alterius pœnitus ablatus esset, sola pituitæ copia quæ abundantissima est, per se satis superque potest esse signum certum, & demonstratiuum, caput valde humidum esse, quod postea sit paulo frigidius symmetro, mihi signa demonstrant à Gal. nota ta in arte parua, cap. proprio de signis capitum frigidi, & humidi, ubi dicit, cerebra frigida, & humida esse destillationibus, grauedi- nibus,

nibus, repletionibusq; valde subiecta pati à frigido, & excremētis
valde abūdere, quib. oib. signis Illustr. viri caput maximè affluit.

Duo autem sunt in illo Gal. cap. quæ in viro Illustr. esse non
videntur, alterum est inquit Gal. quod sunt somnolenti, & in sen-
sibus torpidi, cui respondere licet de duobus sensibus eum non so-
lum pati torporem, sed omnimodam abolitionem, in altera siquidē
aure diminutè audit, in altera autem ablata, sic etiam visio de-
bilis est, quæ symptomata omnia per se loquendo de mente Auic.
à causa frigida dependent, vt deprauata à causa calida producun-
tur, at non est mirum Illust. virum somnolentia, & aliorum sen-
suum torpore non detineri, eo quod ad hos affectus præter natu-
ram inducendos, insignis excessus frigiditatis, & humiditatis in
capite requiritur, quem non suppono quamuis dixerim paulum
ad frigiditatem inclinare.

In super addo spiritus calidos, subtilemque sanguinem, & fer-
uentem à corde, & iecinore prodire, qui per venas, & arterias fe-
runtur ad caput exsiccant, calefaciunt, subtiliant crassum illum
vaporem qui somnum profundum inducere solet: Quapropter
cum excessus temperamenti capitinis paulo frigidioris non sit in
gradu excedente, cumque à calore, & subtili spiritu venarum, &
arteriarum per substantiam cerebri dispersarum attemperetur, &
calefiat, hinc est, vt vir Illust. longiori somno non detinetur, nec
sensuum patiatur torporem.

Præter rationes allatas adest usus quo iamdiu ipse vigilantiæ
habitum, & viuacitatis adeptus, in actionibus suis honorificen-
simis admirabiliter semper, & heroicè fæsi, forsitan propter
cordis nobilissimum temperamentum, quod cum Arist. vellemus
dicere, si esset animæ sedes, (nec dicit omnino falsum) nulla re-
maneret occasio dubitandi de cerebri principibus operationibus,
sed possemus dicere cerebrum aliquantulum frigidius esse, &
tamen ingeniosum, & prudentem quod etiam experientia com-
probatur, multos caput habere frigidum, & tamen ob cordis ca-
liditatem, excellenti ingenio præditos, prudentesque ac sagaces
in actionibus suis existere. Sed vt reuertamur ad id vnde digressi-
sumus; dico Illust. virū tunc claritatē virtutis imaginatiue, & in-
tellectus acumē, stabilitatēq; profundæ memoriae tunc annis viri-
dioribus, & floridioribus illā eminentiā symmetriā tēperamenti
cerebri obtinebat, qua longo tempore vīa est; sed si regula quæ tor-
laudibus à Gal. extollitur eodem lib. Ars medicinalis quæ desumi-
tur à iuuantibus, & laudentibus valere debet, cum Illust. vir ex
calefa-

*Quare diu
dormire uō
potest.*

*Cor anima
sedes.*

calefacientium visu, præsertim ex pannis lineis calentibus maximam utilitatem percipiat, quæ calefacientia calida & sicca sunt. & non solum hanc persentit utilitatem flantibus illis ventis, sed etiam quiescentibus cur concludendum non est Illust. viri caput aliquantulum esse frigidius, & humidius?

Præterea iam primum senium ingressus est, quo tempore calor nativus capit is præsertim remitti, ac debilitari solet; cum ergo caput parum frigidius, & humidius habeat, sitque rarae texturæ, porosum cum Venetijs habitat, vbi aer crassus est, & humidus, rationi valde est consentaneum ab Austro, & Garbino præter naturam affici, qui venti sunt calidi, & humidi, non tamen præcipue vt calidi officiunt, sed vt hi qui sua natura grauitatem, surditatem, deßillationem, sanis quoque & temperatis corporibus, sed complexionibus ad dispositiones istas malas recipiendas, aut ratione temperamenti, vel causa rareris texture, eo magis in locis paludosis, vbi aer crassus, & valde humidus reperitur vt est præcipue Venetiarum situs.

Nec istud admirationem alicui afferre debet, nam ita est constantissimum hos ventos Venetijs prædictas malas dispositiones.

Prediti inducere, vt non solum Illust. viri casus non sit rarus, sed ferè infinitus illorum est numerus qui illis flantibus, de graui auditu, caliginoso visu, cōfusione, & capit is grauedine, & vitæ debilitate concidunt.

Humiditas d. capite descendunt. conqueruntur, eo quod à capite humiditates descendunt, & per nervos, aliasque corporis partes funduntur, de alijs quoque morbis,

conqueruntur præsertim illi qui delicatione temperamenti, magisq; alterabili prædicti sunt, & de hoc reddit rationem Gal. dicēs.

Illud contingere quia res calidores, & humidiores facilius caput replent, nec dicit tantummodo capita calida, quam frigida, & facilius humida, quam sicca; sed indefinite, & indifferenter loquitur, ne dubitandi locus relinquetur, ne scilicet aliquis arbitratur frigida capita calidis, & humidis non repleri, quia Gal. non solum respicit qualitatem, sed etiam corpus substantiae crassæ, & vaporosæ ipsius Austri, & Garbini qua mediante caliditate aperiente, & humiditate fundente facile quamlibet replet porositatem, magisque spongiosas, & raras, vt est capit is substantia Illust. viri, & haec breuiter circa cognitionem naturæ Australium ventorum, & notitiam temperamenti capit is. Illust. viri dicta sufficiant, & cur ab his tot clades, & ærumnas exanclauerit.

Causa surditatis. De surditate autem dicam ea supponendo quæ superius dicta sunt, quod cum sit affectus alter actionis ablata, alter vero diminuta.

nuntæ ab alia causa originem habere non possunt, quam ab intemperie frigida, & humida ipsius capitum, cui annexa sit aliqua humorum copia eiusdem naturæ, quæ temperamentum auditorij læserit quod in organo meatus interni positum est, vbi neruus a cerebro descendens anfractus vestiens vbi stat auditus se diffundit, auditus etiam debilis alterius auris ab eadem oritur intemperantia, & ab eadem materia frigida, & humida, quæ nihilominus non est tanta, quæ ex toto posit auditum abolere, ad aures autem ea defluit materia ob earum debilitatem contractam, ex longis, & vehementibus ægritudinibus, apostematum, & aliorum morborum, quos in alijs ætatibus passus est: descensus seu destillatio à capite ad dentes ipsa quoque trahit originem ab excedente, & superuacanea ipsius capitum humiditate, quæ tum à ventis, tum ab alijs causis tamen frigidis quam huimidis, tum calidis, & humidis, tum etiam humidis solum agitatur, à siccitate autem non item: hæc clara sunt cum patet à nulla alia parte fluere humiditatem ad dentes, præter quam à capite.

De obstructione quam passus est dum erat in ætate constitutus annorum duo de triginta in stomacho non loquar, nec minus de capitum apostemate quod per aurem erupit cuius affectus causa nepe opilationis non nutriebatur, & alterius apostematis scilicet que ab tabem virum ill. deducebat, quia amplius nec patitur, nec pati potest, siquidem nullum vestigium horum morborum appetit.

De erisipellate autem serinonem habebodum verba de ephemera faciam, & de bubone, de illa ergo palpitatione loquar quam in pectore, alijsque corporis partibus patitur, & ostendā cur sit quod eam sensibilius persentiat in pectore quam in cæteris partibus, accedam postea ad tractatum de ephemera, nec nō de bubone, mox vnde sit, quod erisipellatis facta sit obnoxia, quarum rerum consideratio satis erit curiosa.

Gal. itaque in lib. de tremore, palpitatione, conuulsione, & rigore c. 3. dicit causam palpitationis nil aliud esse quam spiritum crassum, & vaporosum qui exitum non habeat, quem necesse est colligi in cavitate nō parua si pars distendi debet, ita ut pulsatio, & palpitatione sentiantur; Hic vapor est substantia spirituosa quæ cito mouetur, & citò dissoluitur, et quid aliud tam citò generari, & dissolui potest quam spiritus? ideo Hip. vocat spiritum impetum facientem, quia statim facile sine ullo impedimento ad quamlibet corporis partem permeat.

Substantia igitur corporis quæ palpitationem efficit est spiritus

*Destillatio-
nis origo.*

*Palpitatio-
quid sit.*

*Spiritus pal-
pitationem
facit.*

Dd qual-

qualitas est humida, & crassa, si enim spiritus tenuis, subtilis, & purus esset qui sine impedimento permeat, & pertransit, nec replere nec euacuare partes posset, sed crassior ipsis meatibus in quib. colligitur factus, in illis conclusus exire nequiens cavitates replet, & commouet, & per carnosas cavitates, vel per cutim vel per alias partes transiens in quibus egressum non inueniet palpitationem producit.

Hic spiritus flatuosus generatur ex humidis superfluitatibus tanquam à materiali causa quæ sunt in naturalibus partibus a stomacho originem habentibus propter ventriculum suo labore non satis perfectum, & à pituita quæ a capite ad partes inferiores deicedit, & à calore debili qui eas humiditates dissoluere tentat, tanquam ab efficienti causa, cumque eas dissoluere nequeat, partim flatuosos spiritus connectit, partim per sudorem, partim per insensibile transpirationem, palpitationem autem manifestius, & sensibilius in pectore sub pleura, quam in alijs partibus persentit ob duas causas, altera est quia pleura est extensibilior, & ideo palpatio fit in ampliori cavitate, cumque in ipsa sit altius eleuator, altera causa est quia aliae corporis partes in quibus colligitur sunt transpirabiles, & magis porosæ, & facilius flatui exitum admittunt, sed pleura cum sit membrana durior, difficilius etiam spiritui flatuoso exitum praebet, & his duabus de causis magis, ac manifestius sub pleura sentitur palpitatione quam in alijs partibus in quibus tamē fatis sentitur palpitatione.

Sub. pleura: Causa vero cur sit quod aliquando à prandio Vir. Illustr. discurrentem calorem per totum corpus ad caput, ad coxas sentiat, qui ad manus, & pedes diffunditur, qui somnum tollit, quod clarus in sequentibus explicabitur, vbi de causis disputabitur quæ febrem ephimeram efficiunt, & ideo de illa tractabo ex suis motibus genita, simulque de bubonis origine & erisipellatis productione, & in his tractadis statim faciliter in cognitionem venire poterimus causæ caloris, post cænam accidentis.

Causæ febriæ ephimeræ: Multæ sunt causæ procatare tice incipientes primitiue, siue promotivæ appellatae quæ spiritus inflammantes febrem ephimeram excitare valent, hoc est perturbationes magnæ animi, tristitia, cogitationes graues & profundæ, timor, nimia lætitia, ira, vigiliæ, profundus somnus, labor, motus vehemens, excedens euacuatio, vel quilibet aliis magnus dolor, sincopis, famis, satietas, apostemata, vel aliud phlegmon, calor solis percessus, vel ignis, vel balnei, frigus itidem percessum, meatum constipatio, cibus vel potus valde calefaciens.

ciens, & quamplurimæ aliaæ causæ, quæ omnes sub predictarum spe-
cierum reduci possunt, de quibus omnibus & sigulis loqui absur-
dum esset, sufficiet tantum illas inuenire causas, quæ illi. Viri
ephimeram solent commouere.

Tres itaque præcipue cause existunt quibus ipse motum ephi- *Tres cause*
meræ patitur, cibi nimis calefacientes, ira, & frigiditas inguinum, *feb. ephim.*
frigiditas per antiparastasim dat motum spiritibus, & illos accendit
meatus constipando, & in constipatione duos effectus producit: al-
ter est quod fuligines quæ transpirare solent desistunt, alter quod
retrahantur ad intra reflectuntur, & postea agitationem, & motū
inducunt, motus autem calorem, calor verò spirituum, & humorū
accessionem producit: *Ebi* calidi ephimeram inducunt, quia totū
corpus calefacti sua vi calida, sed primum spiritus tanquam ma-
gis accensibilis, & naturæ igneæ infra verò & ipsa eundem produ-
cit effectum, quia cum sit ebullitio sanguinis circa cor quod est pri-
ma spiritus sedes facillimè accenditur, sed sicut hæc valde sunt cla-
ra, ita manifestus non appetit generationis modus bubonis ingui-
nibus: de bubonis igitur generatione pertractandum est.

Hip. Gal. cæterique omnes medici, rationales inter causas febrē *Bubo causa*
ephimeram producentis ponunt buboneum qui sub apostematis no- *est febris e-*
mine à me in procatarcticarum causarum catalogo nuncupatur *phimeræ.*
quamuis ipse non terminet in abscessum, qui ad suppurationem de-
ueniat, ad inueniendum igitur primum bubonis mouens, & febris
ephimeræ, oportet supponere unum quod est manifestissimum, nē
pe Illusts. viram internam dispositionem in partibus naturalibus
habere facile accensibilem que in humorum tenuitate sita est, &
in spiritibus igneis, & vt dixi cum de cerebro sermonem habui, ip-
sius temperamentum ad frigiditatem, & humiditatem aliquantu-
lum declinare, licet excessus non sit magnus, ita de hepate, & corde
loquens, dico illa duo membra temperamenti esse calidioris, & sic-
cioris, non tamen valde excedentis, siccirco eos prauos effectus non
producunt qui ab intensa intemperie calida fieri solent, & etiam
sicca: in iecinore ergo calidiore, & sicciore sanguis biliosus genera-
tur tenuis ad motum propensus, & facilis accēsionis, & ab hoc san-
guine spiritus naturæ sanguinis proportione respondentes gene-
rantur, scilicet tenues, mobiles, & accensibiles, qui sanguis aliquan-
do commotus à cibo, & à potu excalefactus vespere in cæna paulo
post per venas discurrit, spiritus agitat, & ambo cum sint calidi, &
dubiles, fere in oculi inictu ad corporis extremitates funduntur, ad
caput scilicet, & ad pedes, sed multo magis ad manus ampliores

habentes venas, & quæ cum hepate maiorem conspirationem, habent quam ceteræ corporis partes, hinc oritur sensus illæ molæstus, qui inæqualis sensatio appellatur, cuius proprium nomen nō reperitur, & forsitan appellari posset quædam adumbrata semi-daria.

Quid somnum prohibeat. Hæc excalefactione, & spirituum accensio somnum prohibet, illū vaporem suauem, & amicum cerebri qui animalem facultatem ad quietem & somnum solet deducere exsiccando: ad motū ergo spirituum mouetur sanguis tenuis, & spirituosus ob cōmune simbolum

& ideo dum spiritus vel ab ira, vel ab alia causa agitatur statim motū p̄ebet humorib. apprime dispositis ob calorem, & tenuitatem quam habent, & dum ad varias corporis partes mouentur, illic vbi crassas materias non inueniunt, nil aliud efficiunt, nisi illud quod ill. vir sentit, nempe calorificam molæstem sensationem, somniq; alienationem, sed cum ad eas partes mouentur, quæ ad receptionem excrementorum dispositæ sunt, quæ in hepate generantur, vt inguina substantię glandulosæ, & iecoris emunctoria, aliquam aliam materia m̄ crassiorem heterogeneam inueniendo secum illam rapit, & ipsam dicit ad illam partem quæ facile imbibitur, & ab huiusmodi humoribus tumescit, qui facile viciniores partes accendunt, humores aliosque spiritus successiū donec cor tanquam arx accēsum remanet, a quo facile deinde totum corpus incalscit, ob arteriarum propagationem, & cōspirationem venarū perdurat febris, & bubo, quo usque calefactionis vigor perdurat, & agitatio- nis genitæ à motu causæ procataracticæ, quæ est primum mouēs febris ephimeræ, & quo usque bubonis materia inflammata apta est plus minusue inflammationem conseruare, ideo augetur bubo cū febris incremento, & potest dici febrem bubonem mouere, vt etiā error non admittetur si asseuerabimus bubonem febrem efficere

Febris mouet bubonē, & econuerit. cum illius materia cum suo fomite, dispositione, & motu sit causa, vt suum acquirat vigorem, vt ignis incendium, & rogus magis incalescunt, & inualescunt nouo addito pabulo, ita febris absque bu- bone forsitan non esset febris, sed simplex calefactione, verum fomes allatus à motu, & qualitate materiæ bubonis, adeo spirituum calorē adauget, vt ab hoc augmento, & excalefactione febris euadet ephi- mera.

Cur ephim. non fit best. aut putrida. Ex his ergo patet hūc circulum, nempe ephimeram febrem bu- bonem excitare, & bubonem excitatū verā ephimerā producere. Posset etiam quæri ratio (& hoc dictū sit obuiam) cur sit quod cum in febre ephimera humores calefiant, & partes solidæ, febris

tamen

tamen putrida, & hectica non succedit? Huic quæsito facile respō detur, & est quia humores non putrefiunt, licet calescant, & in putridarum generatione necesse est humores maiorē putredinem acquirere: quare à generatione febris tertianæ putreficit bilis, à quartanæ melancholia, à quotidianæ pituita, sicuti ad generationem sy nocharum cum putredine in sanguine fit putredo quæ maior vel se fiunt fēminor est excedentem putredinem sequens: Vnde febres oriuntur bres. *E putref. hu-*
maligne cum papulis, & sine ipsis, qui sanguis vel solus, vel alijs hu-
moribus mixtus, aut icoribus, ex prædominio tamen sanguis cor-
rumpitur, qui cum sit vitæ thesaurus tantam clandestinum excidiumq;
*vitæ sæpè minatur & affert, ita ut si sanguis putrefiat, nec resudet *Sangnis vi-**
à venis, & fluat per carnes, & cutim], aut non secatur à vena prius, tæ thesau-
aut cucurbitulis, aut per aliam conuenientem viam non educatur, rus.
vel non erumpat à naribus, aut ab hemorrhoidibus, partes omnino internas nobiles liberando, vel saltem tam paucam quantitatē
relinquēdo, quæ paulatim à natura vinci possit, vel artis auxilio ab-
sumatur, omnes misere moriuntur, quod etiam aliquando è viuis
excedunt si papulæ exterius protrusæ fuerint, & eo magis si nigræ
quod quidem signum est supercoctionis validæ, & adustionis, &
*cum vitam cum morte commutant signum est maiorem copiam *Papulae si-**
*illius esse quæ interius putreficit, & adurit, quam illius quæ cor-*gnū mortis.**
rigitur, & expurgatur.

Cætera verò febrium genera varia sunt, composita prout diuer-
fa sit humorum miscella, de quibus nihil est quod in præsenti loco
tractemus.

Febris itaque putrida non succedit, quia putredo in humoribus non fit, similiter dico de febre hectica, febrem hecticam non succedere, quia ille calor in habitum non cōvertitur, cum ex multiplicitatis actibus, & perseverantia, qualitatisque afficientis diuturnitate habitus fiat: si illa spirituum accēsio diutius perduraret, proculdu-
bio habitualis febris produceretur, quod Gal. ostendit. cum inquit *2. de loc. af-*
quomodo febris hectica succedit: sed in viro III. febris citò finitur
& statim feruor cessat, vt nequeat nō solum alias absumente substau-
tias verū etiam ipsum ros, deinde refrigerium succedit à nutrime-
to allatum, vnde fit vt nullum periculum febris habitualis immi-
neat, & quamvis partes solidæ incalescant, & inflamentur
aut parum, aut multum in omnibus febribus, aliud tamen est di-
cere, lignum calidum est, & aliud lignum ardere, in hecticis so-
lidæ partes ardent, ardore tamen metaphorico, in alijs autem
febribus solidæ partes sunt tantummodo excalefactæ: & ideo
dum

f. & diff. fe-
br. cap. II.

In febri he-
ctica est ar-
dor,

dum febre ephemera febrif, licet per accidens humores calidores, & item partes solidas calidas habeat, in aliud tamen genus febris non incurrit.

Erit ergo manifesta, & clara hæc alia veritas, febrem ephemerali qualibet agitatione oriri posse, quæ motum & accensionem spiritibus afferat, qui accensi, & commoti humores itidem commouent, præsertim iecinoris ob eorum caliditatem, subtilitatem & ignis naturam, dumque versus emunctoria ipsius iecinoris mouentur, ad eas naturales partes, multas secum trahunt materias, quæ calcificatæ, & imbibitæ in glandulis inguinum, tumorem illum quem bubonē appellant efficiunt, à quo ipsa febris incrementum, perfectionem, & durationem recipit.

Fieri etiam potest, materia bubonis agitata in emunctorijs non detineri, nec tumorem in inguinib. producere, sed per femur descendendo, & ibidem eam sensus tactus inæqualitatem inducat, aliquando etiam dolorem in carnibus, & magis ad inferiora descendens, non solum eum leuem dolorem inducere potuit, verum ad aucta magis humoris copia ex inflammatione, causa potens extiterit illud phlegmon erisipellatosum generandi ab Illust. Viro maximo cum dolore, & perturbatione iam anno superiori perpetuum, qui malus phlegmonis euentus à materia calida in iecore genita originem habuit, deinde ad partes eiusdem naturæ inferiores transmissa, cuius illa fuit quæ bubonem produxit, & hæc erisipellatis cruris fuit in causa, quæ quantum ad causarum cognitionem ephemerali, bubonem, & risipillam producentium pertinet sat sufficere valent.

Cum igitur essentia, horumque morborum natura sit talis, ut arbitror dicendum est quemadmodum ex proprijs scopis legitimæ indicationes hauriantur, hoc est caput propter humiditatem qua affluit moderata expurgatione indigere, & get etiam mediocri calefactione, exsiccatione, & corroboracione, ne tam facile exteriores lœsiones recipiat, & præsertim ventorum: hæc indicationes conueniunt cum causis offendentibus auditum, quia eandem intentionem habent expurgandi, & intemperie humidam, & frigidam temperandi, & simpliciter corroborandi, & cum causis conueniunt quæ palpitationem efficiunt.

Scopi horū Scopi verò ab ephemera, & alijs consequentibus eliciendi sunt morborum. ijs, oportet primò ut primum mouens conquiescat, & cauendum ne spiritus accendantur, neue sanguis & bilis calefiant cum cibis calidis, aut motibus per antiparistasm à frigore, aut alio modo fa-

ctis,

Etis, postea opus est caliditatem iecinoris attemperare, tenues spiritus incrassare ne tam facilè accendantur, & moueantur hepar corroborando, prius tñ euacuatis, dñiuatis, & reuulsis materijs, à quib. bubo, & tumor phlegmonosus, & erisipellatosus pót generari. Harū omnium indicationum finem consequi velle, arduum admodum vel difficillimum censeo, eo quod primæ ad caput pertinentes contrariae sunt, secundis quæ ad hepar spectare videntur, etiam hi morbi antiqui, priscam radicem habentes: complexio Illust. Viri delicatissima est, & iam in ætate inclinantis primi senij constituta, cum qua non est validis medicamentis agendum, causæ præterea quæ ephimeram mouent adeo faciles existunt, vt licet Causæ ephimeram mouentes. Vir Illust. sit prudentissimus, nihilominus est impossibile etiam qualibet adhibita prouidentia, quin aliquando vel incautè, vel occasione ductus, uel necessariò coactus in aliquam prædictarum causarum incurrat.

Insuper hepar refrigerare, spiritus incrassare, huimores temperare calidos, euacuare atque digerere illas materias hetogeneas in partibus naturalibus abundantes, ac in habitum ferè redactas, quæ modo ad vnam, modo ad aliam partem fundi possunt magnum esse videtur opus, quodque multo negocio indigeat.

Sperare attamen debo ex recta uiuendi ratione quam seruabit, & ex nonnullorum remediorum vsu, quæ illi plurimum utilitatis afferre poterunt Illustris. Virum maximam beneficium esse recepturum, & præsertim circa capitum affectiones, quæ in præsentia offendunt, & insuper in spe sum se in posterum nauigaturum in portu quandoquidem amplius in ephimeram, bubenem, & affectus erisipellatos non incurret, tutius autem seruabitur, si paullatim cum patientia & dexteritate membrorum nobilium excessus corrigentur, & erit conseruatio quædam humidi radicalis, & naturalis caloris usque ad ultimum senium.

Ad remediorum igitur materiam quæ in usum venire possunt accedens dico, vt quemadmodum validis purgationibus non indigemus propter obseruatam adamussim uiuendi normam, absolute tamen nequimus procedere absque aliqua conuenienti, & tutæ euacuatione vniuersali totius corporis, ob superfluitates quæ continuò generantur in ventriculo præsertim, mesenterio, ac in alijs primis vijs circa hepar, & venam portam, quæ impedimento remediorum aliorum transitui esse possunt: transacto igitur veris æquinoctio, quindecim, aut viginti dies leuem purgationem incipiat hoc pacto.

Rec. mannae electe. vnc. 2.s.
mel. ros. fol. vnc. 2.

Decoc. cord. fact. in iure pulli q. s. misce, & f. p. sequenti autem mane assumat vnc. 8. iuris pulli cum modico saccaro, sequentibusque diebus tria cochlearia accipiat huius syr. vel per se, vel cum paucō iure pulli.

Rec. syr. de beton. } ana. part. æquales.
de cicor.

Post quorum assumptionem accipere debet benedictum hoc medicamentum.

Rec. rhab. elect. drac. 1.5.

spicæ }
cinnamomi } ana. g. 3.
garyoph.

Decoct. cor. q. s. fiat infus. per octo horas, deinde facta diligentius expressione adde.

Mannaæ electæ } ana. vnc. 2.
syr. ros. fol.

Medic. bi- Misce & fiat potio, quod medicamentum est nobile, & in ægris lem, & p- tudenibus quas patitur valde tutum, quia commodè bilem, ac te- tuuitā, ex- huem pituitam expurgat, quibus humoribus Vir Illust. magis purg. cæteris exuberat.

Hoc itaque modo toto corpore expurgato, mirabolani, chebulis, embliciue conditis uti poterit, chebuli nanque ventriculum firmant, apetitum conseruant, cerebri operationes excellentes redunt, visionem acuunt, bonum corporis habitum seruant, & multas alias utilitates afferunt quæ summo illi adiumento esse poterunt; item emblici præter virtutes dictas quas habent, cor, hepar, & ventriculum firmant, laudo etiam varia conseruarum genera, quæ licet diuersi temperamenti existant, diuersarumque virtutum, attamen simul contraria admixta temperamentum producent, & natura quod sibi magis erit conueniens elicet. ob sympatiam membrorum principalium cum medicamentorum simplicium facultatibus.

Sint ergo nonnullæ callidæ, vt capiti feramus auxilium vt est conserua betonicæ, laudulæ, salviæ, peoniæ, amaraci, nonnullæ verò frigidæ vt est conserua rosarum, borag. cicor. & acetosæ propter hepar partes æquales accipiendo, exterius verò reprobo balneum, siue lauacrum capiti faciendum cum lixiuio duleissimo, & temperatissimo, in quo fol. lauri, mirti, camomel. & rosæ sint in-

cocta : Profunditate curada mirabile remediū est balsamū naturale , quod legitimū in hac alma Venetorum ciuitate reperitur, præsertim illud germanum est quod à Cayro ab Alpino eruditissimo medico , & rei plantariæ intelligentissimo fuit deportatum, arte quoque varia balsami olea fieri solent inter quæ hoc est quod à me sepius fuit expertum.

Rec. Mirrhæ
aquaæ vitæ

vnc.6.

vnc.7.

*Modus fa-
ciendi balsa-
mum.*

In phiala simul includantur , & in simo equino per 10. dies se pelantur, deinde in balneo mariae destillentur, donec tota superna tauerit aqua, tunc in fundo botiaæ oleum remanebit, quod panno lineo colabitur.

Hoc oleum præ ter alias virtutes quam plurimas quas habet, præ rogatiuam hanc obtinet sanandi surditates, guttas duas cum gosy pio in auribus reponendo.

Quod autem ad Austrum, & Garbinū ventos attinet, sciendum est nullum modum potiorem ad euitandam illorum noxiam repe riri posse , quam ea in habitare loca , vbi non flant illi venti , vel saltem vbi tam nocuas habent qualitates , illi qui flant Venetijs.

Quia autem vir Ill. Reipub. utilitate tenetur Venetijs permanere, cum in eius prudentia, singularique iudicio tanquam in cardine quodam, res præstantissime Ser. huius Reipub. maiora que negotia sint stabilita, quæ totius mundi quædam Metropolis potest nuncupari, caueat inquam temporibus australibus saltem, & pluviosis ne ex suis ædibus profiscatur, & si illi fuerit exeundum, tempori bus siccioribus magisque serenis egrediatur quo tempore venti illi praui vel omnino non flant, aut minori cum malignitate erumpunt, tunc enim temporis biretum aliquod leue sericinum habeat *Ad cladem* quo caput tegatur, vt si non ex toto malum ventorum imperio pos sit euitare, & noxam, saltem aliqua ex parte ab acuta illa alteratio tandam. tueatur.

Nec enim arbitror ad cladem ventorum vitandam aliud posse remedium præstantius reperiri quam hoc à me narratum documē tum , quia nec vinci nec alterari possunt, nec prohiberi quin per istam regionem spirent . Sed cum aer duobus modis nostra corpora offendat , altero dum nos circundat , & ambiens vocatur , altero dum inspiratur , & à pulmonibus , & cerebro

Ee attra-

attrahitur, & spiritus appellatur, vt Hip. fuit oraculum; Quod extra nos est, aer est, quod autem intus, spiritus est. Ideo vbi omnis cura circa ambientem aerem habita fuerit, summopere probo, & hor aer, intus tor, yt ratione aeris inspirati, odoratam pilam habeat, arte ex aromatibus confectam, sequentia ingredientia habentem, manu gestam ad aerem inspirandum, & exsiccandum, quæ quidem Ill. viri Pila adoranda. odoratu non sit ingrata, & huiuscmodi esse poterit.

Rec. rosarum

Sandalorum citrinorū	} <i>an. scrup.</i>
Sandalorum alborum	
amaraci,	} <i>ana. drac. 1.</i>
storac calamite,	
laudani	} <i>drac. 2.</i>
garyophyllorum	
belgioini	} <i>ana. scrup. 1.</i>
nucis miristicæ	
ambræ	<i>scrup. 5.</i>

Fiat massa, & sint diluta aqua rosata, gumma arabica, & tragacant, cum modico oleo nucis miristicæ, formetur pila, quam secum gestet, ac frequenter odoret, temporibus præsertim australibus.

Balnea virtutia. Balnea quoque mineralia insignem utilitatem afferre possunt, Poretana scilicet, aluminosa cū paucō sulphure, sale, & nitro, quæ distant à ciuitate Regij Lombardiae vigintiquinque millia passuum, sed non erit necesse illuc conferre se se, quia Venetas portatur commodè huiusmodi aqua, & nullo negotio haberi potest, præter virtutes validas quas habet, hanc obtinet, quæ est corroborandi caput oculorum infirmitatem sanat, deperditum auditum restituit, ventriculum emundat, & pellit ventositatem, vnde cum flatus dissoluat, palpitationi maxime opitulatur, quæ omnia in Ill. viro reperiuntur, in cuius assumptione, singulari ipsi uterum erit industria, vt debito modo sumatur semper cum Excellentissimorum Medicorum suorum presentia, & cura: Cinnæ quoque decoctum laudo aliquantis per correctum, tanquam remedium valde in caliditate temperatum à quo sperare poterimus eas ferè omnes utilitates quas optamus.

Aqua portiana virtutes. Alterum tamen horum tantummodo exequatur, siue sumere velit cinnæ decoctum, siue thermales aquas, prout magis oportuno-

num videbitur debito tempore, & hæc remedia omnes capit is affe
ctus respiciunt.

Aduentante autem æstate iecinoris caliditatis peculiaris ratio
habenda erit, ijs viendo quæ excedentem caliditatem valeant tem
perare, ita tamen infrigidantia esse debent, vt modicè refrigerent,
ventriculo tamen alijque partibus non officiant, refrigerantia igi
tur temperata erunt eligenda, quæ vt Gal. Arist. & reliqui tradide
runt extremis comparata rationem habent contrarij.

Tria igitur propono pro hac occasione infrigidantia moderate, *Tria infrig.*
primò acetosæ succum clarificatum cum equali portione iaris pul *moder.*
li, & paucō saccaro, vel confectum ius cum feminibus quatuor in
frigidantibus minoribus, tertio cicoreæ succum clarificatum, &
iure dissolutum, & saccaro, sumantur hæc loco syrupi, mane ante
prandium, tres vel quatuor horas, hæc tria remedia vnum compo
situs efficere poslunt, ita vt emulsioni seminum addantur succi
clarificati hoc modo.

Rec. succi acetosæ clar. } ana. vnc. 1.

Succi cicoreæ clar.

emulsionis factæ in iuræ pullæ

4. feminum infrigidantium minorum vnc 3.

misce pro syrupu.

In æstatis feroore ad illos spiritus attemperandos, qui valde
ignei, & accensi redduntur ad hepar, & cor corroborandum, lau
do vt in meridie caloribus æstuantibus bibat vnc. 6. huius suavisfi
mæ potionis.

Rec. succi acidi citri vnc. 3.

aquaæ rosate vnc. 7.

vini odorati vnc. 2.

margaritarum præparum drac. 1. s.

misce & f. p. in duas partes diuisa.

Corvalide exhilarat, & eiusdem calorem, ac iecinoris attempe
rat, æstumque totius corporis extinguit, & prohibet ne spiritus ad
naturam igneam vertantur, & febrem accendant.

Ad eosdem spiritus tenues, igneos, & facile accensibiles incrass
fandos, & refrigerandos, hæc confectio in rotulis ad modum va
lere potest.

Rec. spetierum trium sandalorum drac. 2.

offis de corde cerui. scrup. 6.

margarit. prædarat. scrup. s.

fragmentorum zaphirum, & hiacintorum ana. scrup. 1.

Confect.
ad incrass.
& refrig.

Ee 2 Cum

Cum saccaro fino albiss. aqua rosata ref.
rotulæ confectiones.

Saccarum rosatum, acetosæ conserua, borag. vel per se, vel simul commixta ad eundem finem valent: Exterius verò pro iecoris refrigerio varia in vsum venire possent, sed ne longum faciam cathalogum illorum confiendo, sufficiat inunctio ex mirtino oleo, melino rosarum cum succo acetosæ endiuiaæ, & cicoreæ cum pauca cera ad consistentiam adhibendam, & modico aceto ad penetratio nem meliorem.

Pro ventriculo ut melius in suo naturali optimo statu conserueretur, æstiuo tempore sufficiet inungere oleo melino rosato, & masticino, hyeme vero cū oleo de menta, absinthio, alijs vero anni constitutionibus temperatis commiscere poterit utrumque & cum circa linimentum conficere.

Sed antequam à pharmatiæ fonte discedam, duo remedia pro alio lenienda, & fluida conseruanda in medium proponere staut, quæ memoriae mandanda sunt, nam pro delicatis, qui nec clisteres libenter admittunt, nec alia huiuscmodi ingrata facile tolerant, nil commodius summi potest, alterum in æstate, alterum in hyeme vsu erit habendum; æstate sunt pruna in vino albo preparata in prandij principio comedenda, vel cène, quæ præparantur hoc pacto.

Rec fol. senæ oriental.

vnc. 1.

cinnamomi eleæti

drac. 1.

vini albi maturi

lib. drac. infundantur

per 24. horas.

Deinde bulliant ad medietatis consumptionem, postea coletur, & impone prunorum damascenorum numero triginta, bulliant, iterum ad consumptionem medietatis, deinde extrahantur pruna, & in vase mundo cum multo saccaro reponantur, & superfundatur suum vinum in quo conseruantur, nec verenda est cinamomi aut senæ caliditas, cinamomi nanq; pauca est quantitas, & sena à frigiditate prunorum temperatur, & tam pauca quantitate sumuntur, vt singulis vicibus ferè insensibilis utriusque caliditas sit cogitanda, in decoctione hoc est in vino prunorū panis intangi potest, gratus est enim, & aluum facilius subducit.

Pillula ad
lentendum
aluum.

Hyeme autem si prunis vti noluerit, hortor ut his pillulis vtau tur duas horas ante prandium, bis in hebdomada, plus, minusue pro naturæ necessitate, quæ tali pacto præparantur.

Rec.

Rec.rhab.electi.	agar. prepar.	ana drac. i.
aloes s. trini		
Masticis	trocifcor.diarod.abb.	ana. vnc.2
Spicas		
cinnamomi	ana.g.5.	

Cum aqua Melissæ in qua dissolutus fuerit scrup. i. scammonæ, fiat massa, de qua vigintiquinque pillulæ formentur, medijs scrupuli, & aureentur, harum usus ab ægritudinibus præseruat, quia apparatus, & augmentum superfluitatum prohibet, ex quibus ut plurimum fiunt morbi.

De remedij chirurgiæ spectantibus nihil dicendum restat, sic enim hucusque nullam sanguinis missionem admittere voluit, cū modo in ætate fere septuagenaria sit constitutus, impos mentis medicus ille existeret, qui ullam sanguinis euacuationem molire tur, & præfertim per venam sectam, nisi aliqua magna necessitas urgeret, vt esset aliqua vehemens inflammatio periculosa, vel aliud morbi genus, quod omnino sanguinis missionem requireret, & quamuis in hepate calido attemperando, nullum oportunius auxilium reperiatur sectione venæ basilice, attamen non auderem in ill. uiro, ætatis, & uirium ratione hoc præstare, quia humores etiam sunt ualde tenues, subtile, calidi, & admodum resolubiles, & eo magis quia ipse hanc eandem sanguinis euacuationem summopere abhorret, quo circa proculdubio timendum esset ne in eodem sectionis aëtu uires deficerent, & in animi deliquium incideret.

Sed si forte fortuna eueniret ut caliditas hepatis in dies augmē tū susciperet, & aliquod periculū immineret, ne erisipella rediret, quid utilius, quid tutius quā p hemorroidas, sanguinis uncias qn que uex sex extrahere? de hoc itaque statu tempore post æquinoctiū uernale trāfactis qndecim, uel uiginti diebus decernēdū erit. Fonticuli quos habet diligenter sunt conseruandi, nam utilissimi erūt, & maximū adiumentū præstabunt, ille nanque qui in sinistro brachio situs est, à capite materias deriuabit excrementicias, q ue ro in crure dextro auxiliabit hepatis, acutos icores expurgando.

Quod ad viuendi regulam spectat quam diligenter eam describam, haec enim dimidium curationis obtinet, nec ullum tam præstans in Medicina remedium reperitur, quod eam opem quam pollicetur præstare possit, cui recta viuendi ratio aduerteretur.

Regula vi-
tus dimi-
dia est cu-
ratio.

præ-

Sex igitur sunt res à Medicis non naturales appellatae quæ re-
etam viuendi normam tanquam infuolabiles leges determinant,
Sex res non naturales. aer scilicet, cibus, potus, motus, somnus, & venus, quæ omnia mo-
derata debent esse.

De aere superioris locuti sumus cum de Austro, & Aphrico lo-
queremur, debet enim esse temperatus, nec valde calidus, aut fri-
gidus, non humidus, nec crassus, sed ad aliquam siccitatem tēdens,
nec sit subiectus prædictis ventis, nec meridionalis, siue australis,
sed potius ad orientem vergat, & quia superioris affatim locuti fu-
imus, ad cibaria veniam, De quibus loquens primum notabo illa
quæ sunt cauenda, deinde ea quæ eligi debebunt.

De aquibus sermonem faciēs a paludosis abstinebit, vt sunt ana-
tes, anseres, & reliquæ marinæ, qualia quoque sunt humidissimi
Quæ aues sunt fugiē. excrementi, ideo fugiendæ, est etiam ab agnis abstinentia, a car-
ne suilla, apri, a salitis omnibus, acetoque compositis, a farcimini-
bus, & a quacunque alia mixtura ex prauis carnibus composita,
aromatibus, alijsque ingredientibus quæ praui sint alimenti, &
sanguinem acriorem reddant.

Qui Pisces vitandi. Ex piscibus tincæ, anguillæ, cephalli, sæpiæ, rainæ, palamidæ,
cancri marini, & fluuiales, item vulgo dicti caramali, raza, granci-
pori, granceolæ, & huiusmodi conchilia omnia, & etiam folenes,
quæ capitis grauedinem, & stoliditatem inducere solent.

A garo, vulgo quoque nuncupatis botargis, item à muræna siue
smyraena & similibus abstinentia erit.

Quæ Olera vitanda. Multa quoq; olera erunt vitanda, quibus hepar nimis calescit,
vt selinū, ruta, absinthium, carduus, cinara, acria omnia vt allium,
cepæ, & porri, & omnia cum ipsis composita; ab omnibus aroma-
tibus abstineat, & in summa à cæteris rebus, quæ calefacere hepar,
& sanguinem inflammare possunt.

Qui fructus vitandi. Fructus item vitandi sunt vt cerasa, limones, aurantia austera,
nuces, cucurbitæ, cucumeres, fungi, omnes quoque fructus aceto
conditi, legumina vt faba, lens, phaseoli, laeticinia omnia sunt simi-
liter ableganda, cum præsertim illius natura antipatiam quādam
cum lacte habeat; cibaria itidem ex pasta confecta, cum sint cra-
fi, & ponderosi nutrimenti non debet comedere.

Carnes vti les. Cibus autem laudabilis a quo vera, & utilis nutritio dependet,
sunt omnes approbatæ carnes, aliaque alimenta parui excremen-
ti, facilis digestionis, & distributionis in omnibus qualitatibus
temperata, & bonaë substantiæ, vt sunt pulli iuniores, galinæ, ca-
pones, perdices, coturnices, phasiani, pâtones parui, palumbi filie
stres,

tres, melancoriphæ, phicedulæ, & huiusm. opt. substantiæ: ex quadrup. vitullus, hædus, veruex, capreolus, & lepus.

De piscibus eligendi sunt saxatiles, maritimæ, & fluuiales, qua-
les à Manardo lib. XX. suarum epistolarū epistola V. describuntur, *Qui Pisces boni.*
videlicet, Aurata, passeres, triglæ, siue nulli, barbones, rhombi, so-
leæ, gobij, echini marinæ, clupiæ, carpiones, cauedani, lampredæ,
lucij, trottæ, scarduæ, reginæ, quibus addo scarum in Creta copio-
sum, & Venetijs vulgo dictos variolum, corbettum, arboreum, me-
nulum, & huiusmodi substantiæ friabilis, & optimi nutrimenti.

Inter olera tamen nonnulla etiam reperiuntur quæ boni sunt
nutrimenti, & quæ in ferculis, & alijs modis præparata admitti
possunt, vt est euphrasinum, borago, betacum féniculæ, pleraque
etiam in acetario cocta, vt radix cicoreæ, endiuia, scariola, luncus,
lupuli, hepatica, & huiusmodi; cetera autem olera naturæ calidæ
concedi poterunt pro aliorum ciborum condimento, & correcti-
uo, vt est salvia, rosmarinum, petroselinum, & plurima alia non *Qui fructus boni.*
valde excedentia in caliditate.

Inter fructus laudo ficus, pruna benè matura, recentia, & in vi-
no cum saccaro cocta, persica, citonia, pira cocta, & cruda, sed be-
ne matura, pepo, & alijs fructus qui ab his non sint deterioris natu-
re quos non retulimus qui si saccaro erunt conditi magis prode-
sint sanitati.

Inter cerealia legumina, hordeum, farrum, oriza, ciceræ, &
quandoque etiam pisa admitti poterunt, sed bene cocta, vt om-
nem flatuositatem demittant.

Sed quemadmodum omnes hæ res & concessæ, & negatæ in hoc
sensu intelligi debent quod scilicet basis prandij vel cena esse de-
beat ex bonis cibis, & laudatis, non autem improbatæ, sic omni-
modè prohibendum non est, quin aliquando alijs cibarijs vesci
possit quæ non sint tam sana, & tam perfecti nutrimenti ad apeti-
tū excitandū, & variandū, & pro gustus delectamēto, nō sit tñ vsus
continuus raro his vtatur, & in exigua quantitate, ne praua qual-
itas ob paruitatem quantitatis inferendi damnum vim habeat.

Sed quia dixi Illust. Virum prauorum ciborum pauca quanti-
tate vt debere, non ideo sequitur consequentia, ergo de bonis ci-
bis repleri possum, quia sicut edulia praua in parua quantitate co-
mesta non officiunt, sic bona extra ordinem, & multa quantitate *Ordo seruā-*
sumpta sua mole maximè obesse solent: ordo in comedendo sit
talis, vt ante alia quæ sunt facilis digestionis sumantur, & pran-
dium sit cena vberius.

Vinum

Vinum quod bibere debet sit subrurbrum ex vuis maturis, motanis, vel collium, vel alterius loci versus orientem positi conseatum, sit stomacho gratum, & amabile, si enim has duas cōditiones habeat, nec sit crassae substantiae, nec austерum, nec album, nō erit nec ventosum, nec difficultis digestionis, sed valde amicum naturę, & stomacho, probum sanguinem, & spiritus perfectos efficiet: si dū erit mustum quarta pars aquæ coētæ simplicis absque alio ingrediente superfundatur, vinum magis erit digestibile, & vapores ad caput ascēdentes prohibebit, & hepāti nullam noxam inferre poterit, à vino austero crasso abstineat, quod cum sit consecutum ex immaturis vuis, quæ omphacij naturæ redolent, & à sole sufficierter non sunt maturatæ vinum frigidum reddunt stomacho inimicum, tardant digestionem, cruditates gignunt, phlegmata accida, obstrunctiones, & alia mala, quæ ortum à cruditatibus habēt, & dum ventriculus confunditur, totum corpus confusioni subiacet: quantitas vini sit mediocris, & cibis proportionata, illud præ oculis Hipoc. oraculum habendo, qui habent caput debile non debent esse boni potores.

Hip. dictū.

Quoad animi, & corporis motus, hi etiam moderati esse debēt, de motu animi nihil dicendum videtur, cum Illust. Vir. in perturbationibus animi moderandis sit valdè prudens, vt aliis Socrates ab omnibus censeatur; Corporis item motus sint moderati, modicē sece exerceat, quia exercitatione naturalis calor recipit vigorem, motus violenti esse non debent, quia ex nimio corporis motu calor, humiditas, & membrorum robur cōsumitur, quia et nimia lassitudine remanent laxati, & afflitti, exercitij tempus sit anteluculo horis matutinis, absoluta noctis digestione, sed prius alii excrementis depositis.

Motus nimirum calore consumit.

Somni mensura sit sex, septem, aut octo horarum ad summum, hoc enim tempus sufficit ad debitam perficiendam cōcoctionem, & ad virtutes animales refocillandas, Somnus nanque hoc modo absolutas virtutes animales restaurat, coctionem perficit alimentorum, calorem vivificat, vt cruditates vincere possit, cogitationes prauas, atque phantasmata facit obliuisci, sedat iram, dolores omnes aut sustulit, aut mitigat, & omnia membra confortat, auget natuum calorem, & humidum radicale, mentes obtusas illustrat, lassitudinem tollit, fluxus sedat, descensus omnes aut prohibet, aut in optimum statum reducit, & est totius corporis, & animali quædam solatio, & ideo Paulus Aegineta Somnum dicit esse veram facultatum animalium pacem, & quietem.

Ex alia parte Somnus nimius effectus contrarios efficit, & mul
 tis est detimento, caput grauat, mētem debilitat, imbecillem red- *Mala ex*
 dit memoriam, animales virtutes sensitivas scilicet, motuas, & derato pro-
 principes languidas reddit, multa phlegmata gignit, calorem na-
 tiuum refrigerat, & diminuit, nauseam excitat, prauum inducit
 colorem, pituitosis admodum nocet, & ijs qui patiuntur mala ex
 humore frigido, & humido, & facillimē inducit cachexiam, que-
 madmodum etiam & vigiliæ, & somni inopia consumunt, desic-
 cant totius corporis habitum, debilem concoctionem reddunt,
 spiritus resoluunt, cauos oculos facit, & eorundem caliginem atq;
 vertiginem inducunt.

Quod spectat ad ultimam partem rectæ rationis viuendi, non
 sunt Soloni, aut Licurgo imponendæ leges, noui siquidem Illustris
 simum Virum continentem, & omni genere virtutum absolutissi-
 mum.

De suffusione, seu cataracta, & de cancro.

CVm duæ morborum species Illust. mulierem infestent, qua-
 rum altera ad meliorem vitam tantum, & ad decorum perti-
 net, est que suffusio oculi dextri quam catharactam vulgus vocat,
 altera verò quæ non solum ad meliorem vitam degendam perti-
 net, sed etiam vitæ discriminem, & interitum minatur, & carcinoma
 nuncupatur, relieto de suffusione sermone (quæ cum crassitiem
 conuenientem quam maturitatem appellant acquisuerit acu ma-
 nuali opera deponenda erit) ad carcinomatis cōsiderationem, exi-
 mij momenti opus, sermonem conuertere necesse est.

Vt ex scriptis percipere licet duæ sunt partes quæ cancro ob-
 dentur labrum inferius, & vber dextrum, labri cancer est vlcera-
 tus, & vlcus cancerosum iure appellatur, vberis verò vlceratus cā-
 cer non est, sed occultus, & ita nuncupari debet non quòd non pa-
 teat, sed ad contradistinctionem vlcerati si cum Gal. loqui volu-
 mus, qui in com. 38. Cum Hip. vocat carcinomata occulta non so-
 lum ea quæ intrinsecè occultantur, sed etiam externa non vlcera-
 ta. Nec mirum in his partibus sæpæ accidere cancros, quoniam
 natura fungosæ, & inanes crassissimam atræ bilis, vnde hoc vitiū
 contrahitur materiam promptè possunt recipere, ex illo nanque
 humore cum effuberetur, & exarserit cācri proueniunt, ac si acrior
 cum exulceratione illa fuerit, id quod in labro euenit.

Magna fuit non solum inter priscos, sed etiam nostri temporis

Ff multæ

*De catar-
 acta, & de
 cancro.*

multæ auctoritatis Medicos opinionum diuersitas, an cācri essent
An cancri curandi necne, ex altera: enim parte illa diuini Hip. extant aphorādi sint. rīctica occultos cancros omnes esse melius nō curare, curati enim Melius est citò pereunt, non curati verò longius tempus perdurant, ex alia cancros non parte Gal. & viceratorū, & non viceratorū videtur curationē curare.

14. Meth. cap. 9. giam curare audebis, cepisse quidem ab euacuando per purgationem melancholico humore oportebit, vbi totum quod vitiatum est prorsus excideris, sic vt nulla supersit radix sines effluere sanguinem, nec propere eum inhibebis, immo præmendo potius quæ circum sunt venas exp̄imes, ex ijs crassiorem sanguinē, & 7. Epidemiorum. Cui carcinoma in faucibus exustum est à nobis sanus evasit; ita vt ex ijs clarissimè appareat & curabilia, & incurabili carcinomata reperiri.

Huius rei determinatio ex eo videtur dēpendere, quod carcinomatum aliqua sunt quæ à causa tantum externa oriuntur, nempe ab ulcere male curato, & cachexiae redditio, & hæc vel radices non habent internas ab exusto humore melancholico, vel prauas, hæc quandoque curationem admittere possunt, quia non solum igne, & ferro, vrendo, & incidendo totam lèsam partem tollimus; sed medicamentis etiam quandoque tum internis; tum externis maligni humoris somitem exusti, qui & in parte impactus est, & ad ipsum potest confluere minuentibus curamus, & de his Gal. loquuntur cum cancros curari posse existimauit.

Carcinoma- ta incurabi- lia. Aliqua verò sunt quæ intrinsecus radices habent, ac venas omnes, uel saltem plurimas cum cancro conspirantes repletas. sanguine melancholico, crasso, & exusto, ex iecoris seruore, & bile asfata exerto, hæc carcinomata nullo modo curationem admittunt, quia non potest fieri, vt omnes illi rami qui sunt veluti radices ab illo expurgentur humore cum iugiter uenæ illæ exhaustant à suo fonte, nempe à iecore, & de hoc secundo intelligendus est Hip. cù scripsit carcinomata curare non debere.

Quare carci- nomata sūt incurab. Cum autem rebelliſ hic morbus sit medicamentis, & naturæ, ea esse uidetur causa ut dixit Paulus, quia hic humor nullam recipere potest digestionem, nec enim à natura, nec ab arte propter succi crassitiem uinci potest, ut potè quod nec repelli nec discutiri queat, nec totius corporis purgatione cedat, uel quod etiam mitiora negligat remedia, uehementioribus autem irritetur, & exandescat.

Cum igitur huius Illust. mulieris cancri à partibns internis originem.

ginem habeant, & soueantur tum à suppressis mensibus, tum ab hepatis feroore, cumque non incipientes, sed confirmati sint, nostra est opinio hos orinanò incurabiles esse, & ex illis, qui quo magis tractentur remedij non solum citius illam interficere, sed etiam in curatione magis afflictam, & maceratam reddere possint, & ita vsque ad mortem associari, quo d si curatio non tentetur fieri potest ut minori cum molestia longiore vitam ducere valeat, quia tamen ægroti semper remedia expostulant, præfertim cum doloribus agitantur, aliquo pallio tegenda est curandi ratio.

Si enim sanguis à vena tali non fuit educitus, educatur, singulis vero decem diebus, sumat seri caprini vncias octo, in quo prius infusa, & concocta fuerint epitimus, polipodium, & sena ad duarum dracmarum pond. & vt dolores remittantur, succus solani panno lineo imbibitus super ponatur semper humidum seruando, ne areat, super vlcus ponatur puluis Pompholigis qui à Paulo sumopere commendatur ex ijs enim remedij aliquam percipiet utilitatem, nec periculum imminebit ijs interitum accelerari posse, sufficit enim ijs quæ curationem non admittunt blandiri, quæ enim impossibilia sunt ab imbecillitate humana fieri nequeunt: quod si hoc præstari posset, viri celebres qui illius curæ præsunt facili negocio haetenus hoc totum fuissent consecuti.

De impetigine Gallica, quæ Herperetis Miliaris admixtionem habet, De impeti-
in vivo complexionis calidæ, & siccæ, necnon & melanco-
liae, annorum 42. *gine Galli-*
ca.

Vehementissimus, & qui raro contingit est affectus quo ægre-
 gius vir conflictatur, laboratenim impetigine in toto corpo-
 re, quæ herpetem quoque miliarem coniunctum habet cum tam
 vehementi pruritu, vt non solum quiescere, nec dormire queat,
 sed cogatur per domum, per vicos, & plateas currere cum tam in-
 signi ardore post fricationem pruriens partis, vt cogatur alta vo-
 ce clamare, quæ affectio nil aliud est, quam vehemens punction, &
 lancinatio cutis facta ab corroso humore bilioso supercocto, id est
 ab utraque bile tam uirga, quam flaua cum humoris portione sal-
 si geniti, tum ob putredinem, & admixtionem humoris com-
 busiti.

Generatur hic humor à dupli membro distemperato, à ven-
 triculo labefactato ob intemperiem frigidam, & humidam, cuius
 merito humores crudi, & pituitosi generantur, qui ad hepar effe-

Ff 2 uescens



*Melancho-
lia unde fit.*

uescens delati, eorum pars tenuior transmutatur in bilem, pars ve-
rò crassior aduritur, & in melancholiam conuertitur, qui duo hu-
mores dum per venas magnas feruntur, deinde paruas, aliquam
acquirunt putredine, non sive pisi ratione, sed humoris icorosi,
si enim humores isti verè putre fierent, necessario subsequeretur
febris aliqua humoris proportione respondens, sed humiditas illa
crudior cum qua duæ ille biles putrefactæ commixtæ sunt ad cu-
tim totius corporis coxarum, & crurum præsertim fertur, & cū
fit acris, mordax, falsa, & calidissima ardorem, punctionem, pruri-
tum ingentissimum producit, post quem sequitur ardor, & ingens
dolor ob vehementem fricationem quam facit miser ægrotans,
tam magna est autem molœstia huius pruritus, vt stare loco ne-
queat nec dormire, sed tota nocte cogatur deambulare, quod à
duplici causa dependet, à vehementi scilicet acutissimi humoris
qualitate, & ab eiusdem multitudine adiungitur his quod præter
manifestas qualitates, occulta adest luis Gallicæ forma, quæ mix-
tionem qualitatis, & substantiæ viat, & ultra illam peculiarem
notam intemperiem calidam, & sicciam, nescio quid venenosam, &
maligni sapit quod volui dictum esse, eo qnod omnes scopos va-
nos, & irritos arbitror esse futuros, nisi hæc causa auferatur, quæ
mala occulta qualitas residet in iecinore, à quo omnia adustionis
accidentia emergunt.

Argument.
impetiginis
Gallicæ.

Quod impetigo hæc sit Gallica ex eo coniçere licet, quod alias
& gonorrhœam, & cariolos, & bubones perpeſius est, quæ tamen
accidentia ligno guaiaco non fuerunt curata, præterea non possu-
mus dicere hanc ægritudinem ex praua viuendi ratione depende-
re, eo quia ægregius vir temperate viuit, vina parua aquosa bibit,
cibaria optimi nutrimenti, paucissimi excrementi, & facilis dige-
ſtioni sumit, & in omnibus sex rebus non naturalibus moderatè
se gerit, quapropter statuendum est, intemperiem iecinoris cali-
dam, & sicciam cum specifica illa luis Venereæ mala qualitate, es-
ſe causam huius cutanæ infectionis.

*Scopibabē-
di difficiles.*

Hac itaque cum ita sint scopi curatorijs cognitu faciles, sed cu-
ratu difficiles existunt. In primis vniuersum corpus est expurgan-
dum, ventriculus moderatè calefaciendus, & corroborandus, he-
par refrigerandum, & humectandum, sanguinis acrimonia demul-
cenda, cutis intemperies ex longo humorum prauorum influxu
contemperanda, & quod maioris est negotij, illa Gallica venenosa
abscondita qualitas est extinguenda, sine cuius extincione omni-
no impossibile fore iudico ut sperare possimus nos intentiones re-
liquas

Si quis esse consecuturos. Difficilis sanè curatio, & quæ minatur periculum ne in elephantiasim conuertatur, ideo quamprimum *Elephantia* curatio instituēda est, & licet simus in fine hyemis, & adhuc æquifis periculū. noctum verum non transierit, quo tempore idoneæ purgationes fieri solent, cum morbi vrgeat nitendum est quamprimum tentemus Mag. Virum ad sanitatem reducere quod fieri posse non despero, cò magis quia obedientissimus est, & medicorum præceptis paratiſsimus pro salute sua ad omnia sumenda remedia quæ necessaria videbuntur, de spe itaque futuræ salutis cōſilius ad media remedia accedendum est.

Et quantum ad chirurgiam pertinet, vt de hac primum loquar sanguis per venam ſestam ab vtroque brachio est educendus, a basilica vena primum dextri cubiti, ſiquidem per hæc ecclerimè totum corpus euacuatur, & excedens iecinoris calidas atemperatur, vt habemus ex Gal. deinde per venam communem leuæ partis sanguinem iterum educi vellem ad eam quantitatem quæ ambobus vicibus in totum non excederet vñcias 16, vt ratio naturæ habeatur ægrotantis, virtutis, & anni temporis, & reliquis quibus sanguis mittendi modus determinatur.

Et quia fortasse ex longo humorum influxu cutis ipsa ferè tota in suis capillaribus venis est imbibita hoc prauo humore, nonnullis interpositis diebus ad cucurbitularum appositionem oportebit accedere, quæ inibi applicandæ erunt, quo humor magis ſæuire ſollet, & ea sanguinis portio erit educenda, quæ viribus, & morbo ſufficiens effe videbitur, fonticuli duo omnimodè in vtroque eructare parandi erunt, hi enim mirabiliter icores prauos qui iugiter in iecinore generantur reuellere, deriuare, & euacuare poſſunt, quatum autem ad pharmacia ſpectat, omnia in uſum necessario ve- niunt, lenientia ſciliæ, præparantia, purgantia, & corroborantia, lenienda erit aluus eleſt, lenit. hoc modo.

Rec. eleſt. lenit.

vnc. I.

syr. ros. fol.

vnc. 4.

aquæ fumiter, q. s. m. & f. p. Aluo lenita humores ſunt præparandi cum decoct. ſcabiosæ, hepaticæ, cicoraceorum, endiuia, borag. acetosæ, lupulorum, fumiteræ, & ſimiliuim, quibus coaiungendi erunt vel ſucci de endiuia, fumo ter. cicorea, acetosa & huimsmodi, vel syr. acetos. ſimp. ros. humorum. de borag. endiuia, ſucco acetosæ, & ſimil.

Humoribus itaque præparatis ad expurgationem eorum accedere neceſſe erit, & ideo inter coetera medicamenta prerogatiuam,

& ex-

& excellentiam quandam prius confectioni benedictæ amech tribuere soleo quæ hoc modo dari potest.

Rec. Confect. amech. drac. 4.

elect. lenit. vnc. 1.

syr. ros. sol. vnc. 1.5.

Decoct. cord. florum, & fruct. q. s. m. & fiat p. hac expurgatione confecta, iterum parandi sunt humores ijsdem prædictis syr. ac iterum pillulis aggregatiis expurgandi, aut de fumo terræ, hoc autem modo parari poterunt.

Rec. Pillularum aggreg. } anæ drac. 1.
de fumo terræ }

misce, & reformentur pill. N. cum mel, ros. & aure entur? facta
hac totius corporis expurgatione, ad decoctum falsè, & cinnæ acce-
dendum erit statim, quod duplice intentionem habebit, prima
erit qualitas iecinori infixa, quæ his venereç sobolem fouet, secun-
da ut icores illi humidi, & acres excitentur, & absumantur, cum
hac tamen cautella, ut caliditas iecinoris non augeatur, quod faci-
le succedit si simplicia in decocto decoquuntur, quæ habeant cali-
ditatem attemperandi, qualia sunt ea, quæ superius dicta sunt, pre-
fertim cicoracea, endiuia, & horago, aut si decoct. falsè fiat cum
aliqua portione cinnæ in aqua vel endiuie, vel acetosæ, aut borag.
hoc modo.

Rec. falsè parilię mundę elect. vnc. 4.

cinnæ recent. elect. vnc. 2.

Aquæ acetosæ lib. x. fiat infusio per horas 12, deinde bulliant ad
consumptionem medietatis, fiat expressio, & colatura cuius su-
mat. vnc. viij. in mane, & totidem in vespere, aqua verò quam bi-
bere debet, ex residuis fiat hoc modo.

Rec. residuum.

aquæ communis lib. 15. bulliant ad consumptionem medie partis,
fiat expressio, & colatura, cum hac viuendi ratione sumere debet
hoc decoctum, ut neque communi victu vtatur austero, neque li-
bere vicitare debet, sed temperate est proeedendum cum medio-
critate, ita tamen ut biscoctum panem, vrias passulas, & amigdalas
comedat cum aliquibus ovis sorbilibus recentibus, aut carne vel
vitulis, vel alicuius avis optimè superius nuncupatae.

Sumat decoctum hoc per is, aut 20. dies, postea verò summo-
per elando, ut per alios decem aut 12. dies aquam bibat villensem
Lucę eo modo, quo sumi solet incipiendo cñm lib. 4. augēdo duas
singulis diebus donec ad 10, peruentum fuerit, quod si Lucensis
aqua

aqua probe non permeauerit per vrinā, ad serī caprini vsum accēdendum erit, quōd sumi per is dies poterit pro ventris solutione ad quantitatēm trium librarum, deinde sufficiēs erit libra vna singulis diebus in mane, in qua absinthij coma incoēta fuerit, vel semina citri vt ventriculi noxa vitetur, tempore procedente conserua borag. vti poterit cicoræ, succaro rosata, & huiusmodi, pro pruritu autem qui in præsentia ad se curationem trahit à quo febrē totum suum negociū dependet, vtatur butiro loto sēpius in aqua rosata, vel vnguento ros. Mesues, aut albuminibus oui cum aqua rosacea, vel lacte cum spongījs prurientes partes, & ardentes fouendo, & inungendo, inter cetera autem mirū in modū laudatur longa experientia comprobatum, & ab antiquis valde usitatum balneum aquæ dulcis, in quo totum excepto capite resideat, quotidie per horam plus, minusve pro tolerantia, his omnibus cōuenientissima viuendi ratio cst adhibenda, bibat oligoferum vinū, pauciserum in parua quantitate, hordeacea ptsana, panatellæ cū sem melonum, oriza, sunt conuenientissima sorbilia oua, omnes carnes laudatæ, & alia quæ breuitatis causa prætereo.

De diuersis morbis simul.

CVM diligenter considerauerim quę tot morborū rebellium, *Causa huīus morbi.* qui malē habent Illustrē Virū fuerint causæ in hanc veni sentiam, inordinatam viuendi regulam Ienuæ perætam circa edulia praui nutrimenti frigida, & humida, & circa potum vinorum generosorum aqua gelida, niue, & glacie refrigeratorum, necnon crepuscula, nocturnum aerem, lunares radios, austrinos ventos vallibus montibusquę ocellos, & alia commissa in sex rebus non naturalibus veram primam originem fuisse, vt caput frigidum, & humidum, & fluxionibus obnoxium redderetur, vt ventriculi cōcoœtrix facultas diminueretur, iecoris verò augeretur caliditas, & præcordia incenderentur, quorum viscerum distemperantiae radices fuerunt, vt plurima producerentur excrementa à ventriculo; scilicet pituitosa, crassa, vissida, & lenta, à iecorebiliosa, & Melancholiæ melancholica, ab incensis visceribus, præcordijs scilicet, sanguis origo, magis exustus redderetur qui ad cor, & ad caput, vna cum vaporiibus tetricis demissus, illius melancholiæ fuit origo, quæ meo iudicio myrachialis incepit, minabatur tamē in capite posse fieri per essentiam, illa quoque excrementa iu ventriculo genita frigida, & humida à venis capitī partim atracta, partim per vapores ad ipsum

fum delata, ad nucam, dorsum, capulas, & alias corporis partes destillarunt, variosque dolores vagos produxerunt.

Et quia cum hac materia, iuncta erat aliqua bilis portio aeris ipsam ducens quasi vehiculum, ideo articulorum dolores qui supervenierunt ob humorum multitudinem vehementes fuerunt: ab hac humoris pituitosi sobole destillatio illa à nuca ad os, & frequens expulso orta est, hæc mala temporibus frigidioribus, & humidioribus vehementiora fuerunt, calidioribus verò, & siccioribus, aut euanuerunt, aut delituerunt, hæc omnia symptomata absque villa prorsus infectione luis Gallicę incepérunt, & singulis annis reuerterebantur, sed mitiora.

His membrorum intemperatijs manifestis, occulta quædā qualitas prava morbi Gallici superuenit ex mulieris infectæ commercio contracta, quæ fuit in causa, ut humores acres, & mordaces euadent, ac ut non solum dolores redirent acerbiores, sed ut vlcera contumacissima in capite, & in naso exorirentur, quibus afflictus totā hyemem in lecto quasi sideratus decumbere coactus fuit cum omnium artuum dolore, hos igitur dolores, turpesque capitis acores, ut à se pelleret prudentissimorum virorum cōsilio bis ad falsæ decoctum, lignique guaiaci confugit prius per 25. dies, deinde per 40. illud sumendo, sed quia illico nō cōualuit ad naufragij anchoram tandem manum porrexit.

*Suffamig.
ex cinab.
multa sym-
pt. produ-
git.*

Hic fuit suffumigij usus compositus ex cinabare quod recipit ar gentum viuum, quod in mēbris omnibus pessimam veneti dispositionem, & imbecillitatem introduxit, post cuius usum hæc symptomata sunt subsecuta, nausea per duos menses ferè continua, ab hominatio cibi, & potus, vertigo, sibilus auris sinistræ, mox dexteræ, & tandem surditas, quamvis autem tertia vice Papiæ in fine veris decoctū cinnæ, & falsæ ministerio Excellentissimi Viri sumpserit, ac setaceum in occipitio admirserit, & theriacali aqua aure instillata fuerit usus, tamen nihil profecit: quarta tandem vice mensa, scilicet Aprilis proximè præteriti decoctum falsæ, & citrinorum sandalorum in aquis stillaticijs proportionatis assumpsit per multos dies, cuius usu non leuem utilitatem consecutū fuisse confitetur, capitis enim grauitas diminuta est, minus ex carnis evanescit, colorem meliorē acquisiuit, dolores vniuersi corporis cessauerunt exceptis colli, & eiusdem tendonibus quibus aliquando affligebatur, cum appetitu comedebat, ac bibebat, conueniēter dormiebat, benedigerebat, per aluum consueta excrenebat excrements, signū fuit manifestum, remedium Cicalini Viri eminentissimi admodū

contulisse, nihilominus & debilitas capitis, utriusq; auris surditas, ac crurum fragilitas remanserunt.

Vt autem has relietas affectiones curaret Patauum fese contulit, vt ibi blande purgato corpore ad Aponenses aquas ab Excell. ilius studij doctoribus missus est, ac sumpta prius triduo Teututij a qua Aponitanam deinde bibit per multos dies, & ex eadem aqua stilicidium capiti mane, & vesperi per integrum horam admisit, in balneo mane migrauit per horam in vespere autem suffumi- *Diversa re-*
gium ex eadem terra in aures recepit, quibus peractis omnibus *media nihil* *profecerit.*
remedijs non solum in peius labi visus est, sed Venetias profectus post dies paucos tertiana continua cum capitidis dolore, ventriculi angore, siti, vigilijs, & inquietudine correptus est, quorum affectuum causa, fuit coactus sanguinem per hemorrhoidas venas extrahere, & corpus lenire, ac etiam ad syrups refrigerantes, & ad serum caprinum deuenire, quibus remedij. Dei auxilio septē diebus à febri, & accidentibus immunis euasit, Patauum, & Mediolanum statim profectus est, ac meam sententiam circa haec sua mala expostulauit quam libenter, & ex corde proferam.

Et primo mihi causa exponenda est cur tanta virorum excellentissimorum, & in arte medica diu exercitatorum industria tot generosissimis remedij, & secundum rationem, & veram methodum adhibitis, sanitatem non fuerit consecutus, secundo praedicendum est, quid spei remaneat de sanitate recuperanda, tertio & ultimo in quibus remedij spes illius posita sit, quod non convaluerit duplarem esse causam existimo, alterum scilicet morbi speciem, & vehementiam, quae pessima redditia est ex refrigeratis partibus neruosis, cerebro prelertim ex cinnabaris vslu alteram quia omnia enarrata symptomata Gallici Morbi tolli nequeunt nisi victo, & debellato Morbo Gallico per ligni guaiaci vsum, & largum sudorem, quem excitare nullus medicorum est ausus, tum ob ægrotantis naturam debilem, tum propter eiusdem calidam temperaturam, siccum, & melancholicum, quapropter frondes, rami, & stipitis etiam partes aliquæ concisæ sunt; radix tamen morbi vegetior delituit, ac postea Gallici succi plenior redita sœuior repullulauit,

De surditate res sic se habet, materia pituitosa frigida, & humida, crassa, viscida, & lenta infecta lue Gallica auditorij meatum obstruit, & ex genere illarum est, quæ gummata, & tophos producunt cum erumpunt, neruosum vero sensorium labefactatum, & refrigeratum fuit à venefica vi hydrargiri, quare restitui. it

*Causa surdi-
tatis.*

Gg. non

non est mirandum si generosissimis remedijs auditus restitui non potuit, cum hæc cauæ cur fuerit ablatus sint potentissimæ, tinnitus itidem ab aere crassæ Gallica malignitate inquinato proueniat concluso in adiutorio ferente idem sensorium læsum difficilis fuit curationis, sic & capitis grauitas ab eisdem causis dependens generosis remedijs non facilè cedit.

Cum autem caput hoc modo sit labefactatum, à quo sensus omnes, & motus corporis dependent, quid mirum si totius corporis sensit debilitatem: Et eo magis cum sit credendum cinnabaris vim neruoso generi fuisse communicatam cui maxime aduersatur. Sed his exceptis præter naturā relatis affectionibus, maximo illo symptomate quæ melancholia appellatur detinetur vir illustris, quæ licet non sit continua cum sit per hypocondriorum consensum, est tamen quædam mentis alienatio sine febre, adsunt nanque signa illa omnia à Gal. relata ex Diocle, nam moeret, & tristatur sæpe sine manifesta causa, valde angitur, conqueritur, diffidit, quia imaginatio depravatur; hæc originem quidem habet ab incensis hypocondriorum visceribus è quibus nigri ac turbidi vapores ad coleuantur, & ad caput, ac ideo per consensum affectione myrachialis, siue hypocondriaca potest appellari.

Sed cum hæc ferè sit continua, valde suspicor, ne per essentiam aliqua in capite passio fieri incipiat: Cum igitur hæc mala sint multa, & ex genere morborum rebellium, cumque melancholiæ curatio, & morbi Gallici contrarias indicationes habeant, quæ spes salutis recuperandæ relinquuntur? pauca quidem si verum fateri licet non est tamen vnde desperata, immo adhuc ultimum potentię remanet, in quo ego valde confido, & est largus & continuatus sudor ex decocto ligni guaiaci, & aliorum conuentientium remediorum, nundum enim Gallica lues spermaticas partes inuasit, nec ætas, aut natura egrotantis adeo est declivis, aut debilis, quin comode remedia omnia generosa valeat sustinere.

Auget quoque spem quod inutilia prorsus remedia non fuerūt præterita licet perfecte sanatus non fuerit, non enim parum est in tanta morborum angustia vitam seruasse, dolores totius corporis profigisse, capitum pustulas extinxisse, & eiusdem grauitatem diminuisse, cariem ossium evitasse, & febrem Gallicam haematicam que superuenire plerunque solet longis affectionibus Gallicis longe propulsasse.

Confidenter igitur, & cum spe, & ea quidem non leui transactis ab æquinoctio veris 25. aut 30. diebus curationem aggrediatur primus

primus scopus à quo alij omnes dependent & sine quo impossibile est quicquam boni præstare est Gallicam luem formam habentem occultam vitiantem elementorum mixtionem in iecoris significatrice aliarumque partium per medicamentum quod a tota substantia agat extinguere, alij verò secundarij scopi sunt crassos, lentos, & viuicos humores in corpore exuberantes in capite, & auribus præsertim attenuare, incidere, colligare, detergere, ac per sudorem elicere, ac refrigerationem ab hydrargiro auris sensuum calefacere, & humores exustos, & melancholicos euacuare, ac viscerum calorem remittere, venarum scilicet meseraicarum, iecoris ac spiritualium partium, sic etiam ventriculus est corroborandus, calefaciendus, & exsiccandus, primus & secundus scopus reiterato guaiaci decocto, & salsæ adimplebuntur, ea conditione nihilominus addita quæ nunquam seruata est, nempe ut sudor copiosus in hypocæsto commode præparato omnino eliciatur.

S opus verò qui est aduersus humores calidos, & viscerá itidem calida qui prædictis repugnare videbitur, assequi poterit, postquā occulta inimica qualitas morbi Gallici fuerit debellata.

Sed hic dubitatio oritur cum incensa habeat viscera quomodo illa magis non emendentur ligni sancti decocto, & salsæ? Deinde cum non sit carnosum, sed potius excarnis, quomodo non afficiet quæ magis attenuat, & exsiccant?

Ad primum respondeo aquas in quibus fit ligni guaiaci, & salse decoctio, illorum caliditatem, & siccitatē remittere, quia in aquis aut temperatis, aut frigefacientibus, & humectantibus concoquuntur, & licet manifestas qualitates remittunt, vim tamen non minuant, quam à tota substantia occultam obtinet, quā aduersus luē Gallicam continent, sed dato etiam aliquem caliditatis, & siccitatis gradu induci, ille curatu nō est difficilis, vt est Gallica infestatio.

Ad secundum dico attenuatiā, & exsiccantiā humores prauos, bonos aut̄ conseruantia non esse timenda; decoctū guaiaci, salse, & cinnæ tale est, nō enim attenuat, & exsiccat bonos, & vtiiles humores, sed prauos, & exremēticos, ergo nullū damnū excarni aut̄ emaciato inferre potest, & hæc est ratio quia macies, & excarnis habitus, à mala nutrione dependent, mala autem nutritio fit ob acres humores, & falsos qui dulcem, & vtilem sanguinem absument, ac pinguem prohibent aglutinari posse, decoctū autem prædictorum omnes icores prauos consumit, quare boni sanguinis renutritio succedit, & corpora impinguātur, hinc communis

Dubitatio-
nes duas

Resolutio-
nes earum.

Decoct. li- illa opinio exorta est dicentium ligni decoctum, salsæ, cinnæ, sa-
safra & safra impinguare, quod aliunde non prouenit, nisi quia exsiccant,
gni salsæ, cin- & sudore illos icores acres, & falsos absumunt, nutritionem, &
næ, & saf- saginationem impedientes.

safra im- Ad probaticam ergo piscinam configendiū est, quam sudo-
pinguat. rem copiosum cū idoneo decocto excitatum appello huius enim
 sententiae sum solam vincendi spem in largo sudore positam esse,
 donec morbi Gallici radices omnes euulfæ sint, quod si copiosè
 non sudauerit omnia vana, & irrita fore est suspicandum, cum
 enim haetenus aut nihil aut parum paucis diebus sudauerit, quid
 mirum si rebellis materia relicta denuo symptomata fouerit? si
 diligentia itaque cura semel aut iterum in die, naturæ semper, &
 ægrotantis tolerantie habita ratione sudorem elicit, sperandum
 erit ut sicut in alijs morbo Gallico infectis, duri tumores, eminen-

[Quomodo] *bumores in* tes tophi gummata appellantati coliquantur ac sudore dissoluuntur,
cerebro dif- ita humores in cerebro illustris viri, auribus, alijsque corporis par-
soluuntur. tibus impliciti liquentur, & dissoluētur: spes erit inquam nos posse
 cerebrum, & ventriculum calefacere exsiccare, & corroborare,

spes erit frigidam qualitatem prauam ab hydrargiro inductam
 extingui debere, sed quod est totius curationis fundamentum vt
 dixi, spes erit totius substantiæ qualitatem occultam iecori im-
 pressam, luis venereæ extingui posse, ac meliorem virtutem san-
 guificandi hepatis induci debere, si enim hæc Gallica qualitas ra-
 dicitus non euellatur, desperatam esse omnino salutem arbi-
 trandum erit.

Prius igitur vniuerfalis fiat totius corporis diligens expurga-
 tio, sanguine à cubiti dextri basilica ad sex vncias euacuato, inter-
 positis deinde duobus vel tribus diebus aliæ quatuor vncias ab hæ-
 morrhoidibus educantur hirudinibus, postea quatuor mannae
 vncias iure pulli dissolutas, vel vncias quinque syr. ros. sol. cum
 melissæ aqua recipiat, & deinde iura alterata singulis diebus de
 mane bibat quæ hepaticam, betonicam, melissam, cicoreum, bo-
 ragineum, acetosam, & lupulos recipient, ijsque per sex aut septem
 dies assumptis, accipiat hoc aut simile medicamentum quinque
 horas ante prandium.

Rec. Rhab. elect.

spicæ cinnam.

gariophillo-
rum

scrup. 4.

} ana. g. 4.

Decoct.

Decoct. florū & fructuum cordialium cum drac. 2. fol. senæ in
sero caprino factæ q. suff. misce fiat infusio per octo horas deinde
facta forti expressione adde.

Mell. ros. sol.
mannæ elect.

vnc. 3.
vnc. 2. m. f. p.

hac purgatione absoluta si bene, fæliciterque vt credo, successerit,
ad aliam reiteratam purgationem non erit transeundum, cum in
sex rebus non naturalibus Illustris patiens non delinquit, ac sepe
alias fuerit expurgatus, reassumptis viribus biduo, statim hypo-
caustum temperatum ingrediatur, in passiuis, non enim valde sic-
cum, nec valde humidum esse dedebit, quod si sit nimis siccum va-
pore humido attemperetur, si valde humidum minuatur humi-
ditatis vapor, horam integrum sudet si potest perferre, sin minus
dimidiā, in initio scimel in die, progrediente autem tempore, &
affueta natura bis, antequam autem hydocaustum ingrediatur
per horam antea bibat vncias octo huius syr. calidi, qui sic erit
parandus.

Rec. ligni sancti limati } ana. vnc. 2.
falsæ pariliæ }
cinnæ elect. incisæ. vnc. 1. 5.
fandal. citrinorum inc. vnc. 5.
aquæ still. card. bened. lib. 1.

melissæ
cicoreæ } ana.lib. 2.
boragini }

Infundatur lignum per 24. horas, salsa autem cinnæ, & sandali per
12. deinde bul. ad consumptionem medietatis, deinde facta forti
expressione, & colatura seruetur pro syr.

Rec. residuum & cum lib. 10. aquæ communis fiat decoct. ad
consumpt. tertiae partis, & coletur pro potu.

Bibat hanc aquam loco vini, & sit potus quotidianus quem
abundè haurire poterit, melius nanque sudabit, à vino omnino
est abstinentum, & si aliqua portio est concedenda, singulis ta-
men octo diebus tantum concedi dedet, quo die infra scriptas pil-
ulas accipiet, eodem etiam die à syr. abstinebit, & ab hypo-
causto

causto manè , & vesperè in prandio comedat , & in cæna car-
nes elixas vel pullorum, vel vituli, oua sorbilia recentia , & pro fer-
culo, vel panem in iure, vel farrum, vel aliquid simile, ut moris est,
reliquo verò tempore dum sudabit , comedat panē biscotū optimè
præparatum, oua sorbilia, carnem assam vituli , vel pullum as-
sum, vuam passulam, dulces amigdalas , & moderatè est comedendū,
ne natura cibo satura decoctum respuat, hanc quoq; ob cau-
sam à vino cauendum est, quia cum venæ replete sint non atrahūt,
cum verò sunt nutrimento destitutæ inanes sunt , ac quadam ne-
cessitate trahunt decoctum, sic autem remediorum vis omnis no-
stri corporis angulos permeat, in cæna quotidie vncias decem pti-
fanę hordeaceæ iure pulli benè paratè absorbeat, in assumendo de-
cocto per 50. vel 60. dies progrederiatur , quod si hoc vitæ genus nō
possit perferre, aut nolit cum sit exquisiti sensus per sex , aut octo
dies quiescat , ac cibo, & potu vini conuenientis vires reficiantur ,
postea ad cōsuetum decoctum reuertatur , & ad sudorem, si potus
videatur ingratus ob guaiaci amaritudinem , fiat sine ligno, cuius
loco duplex falsæ portio ponatur, & cinnæ sine sandalis, & sic pa-
tienter ferat hanc curandi, & viuendi rationem, hæc enim est pla-
na, & directa via quæ ad salutis portum ducere potest à qua si de-
clinabit, omnia in scopulum ruere necesse est.

Pillulæ singulis octo diebus sumendæ sunt istæ.

Rec. Pillularum aggregatiuarum } ana.dram. 5.
elefangularum

aurearum.

scrup. I.

Misce, & cum mel, ros, sol, reformatur pillulæ quinque, & aureentur.

In aures stillam infundere poterit, aut succi betonicæ, aut succum baccarum lauri, cum vino veteri, & rosaceo, aut quintam essentiam Andreæ Matheoli, quam Venetijs habemus, aut oleum fici infernatis quod Keruor appellatur, aut oleum de scorpionibus eiusdem Matheoli, oleum rosaceum miscendo temporibus calidioribus, ne hæc caput nimis calefiant.

His peractis sperandum erit radices luis Gallicæ omnino euulas esse, & quia timendum erit ne aliqua caloris pars in visceribus relicta fuerit, quæ aliqua refrigeratione indigeat, & humectatio-ne, aduentantibus magnis aestibus valde seluberrimū erit per dies

*Que visce- 20. caprinum serum optimè depuratum sumere, aut eius loco a-
raattempe- quam villæ lucensis, hæc enim omnia viscera atemperare celebüt :
rant. Poteruntque myrrachialem affectionem remittere, ac si qua in ca-
pite*

pite origo essentialis inciperet, prohibere ne augeatur; eligat posse aerem ruri saluberrimum, ac sodales probos, elegantes, eruditos, & hillares cum quorum hillaritate, & libertate geniali vitam traducere possit lætam, omnium calamitatum memoria, miserorum curæ rixæ, amarulentæ contentiones, & omnia mala prodigia procul absunto.

Vtatur cibis boni succi, pauci excrementi, facilis digestionis, & distributionis, vinum bibat subrubeum, tenuè, maturom stomacho conueniens, motu omnes tam animi, quam corporis sint moderati, fluat alius vel natura, vel arte diebus singulis vel saltim alternis, somnus moderatus, & reliqua sint moderata, his omnibus aspirat D. O. M. suum diuinum auxilium à quo omnes nostræ Medicæ operationes dependent, vt vir Illustris suam pristinam sanitatem cœsequatur, ego autem qui illam summoperè cupio voti mei tempos euadam.

De muliebri fluxu modò albo, modò rubeo, rheuma à capite ad pectus

descendeante, vteri affensu, & errore, capitis dolore acuto, grauedine, tumore pedum, & Melancholia hypocondriaca, in mulieri 36. De diversis morbis feminorum quæ semel tantum puellam peperit.

morbis feminul.

QUAMplurima sunt, ac magna symptomata, quibus ægregia mulier multis abhinc annis torquetur, quæ a ventriculi labefacta facultate dependent tanquam ab una prima origine, quæ deinde alias in alijs partibus affectiones, & introduxit, & firmavit, pituitosi, ac melancholici humores geniti ad variæ corporis partes delati intemperium in illis introduxerunt, malamque nutricionem sunt impartiti, & sic distemperatae euaserunt, vnde tot sœua symptomata emerserunt, ad melenterium, & iecur delati obstructiones efficerunt, ac potius calorem nativum hæbetarunt, & iescircò sanguis tenuis, ac iecorofus est genitus à iecinore, qui cum ad vterum deferatur, & ipse suaptè natura intemperatus, ac imbecillis magis sit redditus, non solum profluum muliebre semper efficit, sed idem effluxus à iecore sanguinem non probè coctū eliciens ipsum refrigerat, & est in causa, vt illum probum sanguinem non efficiat, qui nutrientis membris aptus esse videatur, sed crudus generatur, hic sanguis crudus ad pedes defertur, ac illos in tumorem tollit, & malas qualitates, quas Hip. hydropicas appellare consuevit videtur efficere.

Flatus demum ex eadem ventriculi cruditate plurimi oriuntur melan-

melancholici, qui ad vterum delati agitationem pariunt, ac illum modò ad ventriculum sursum feruntur, modò ad latus, ad caput etiam eleuantur, & si sunt aliquo humore acri commixti, acutum dolorem inducunt, si secus dolorem tantum cum ægritudine, plurimus quoque melancholicus huinor generatur, qui ad cor, & ad cerebrum deueniens melancholiā inducit, ac prauam imaginationem reddit, vnde plorare, & conqueri cogitur, & ex eodē ploratu, mēror, animiquē mōstia remitti videatur.

*Vnde proue-
niat plora-
tus, & mæ-
ror animi.*

Quare primus scopus erit corpus vniuersum ab excremētis preter naturalibus expurgare, qui ferè tum inhabitu totius corporis reperiuntur, tum in vetriculo, capite, vtero, & vasis seminarijs, de his loquor, quia sum huius sententiæ, illum fluorem album esse speciem gonhorreæ, vniuerso autem corpore expurgato diligenter, & etiam particularibus partibus, tum sanguinis missione, tum purgatione impossibile esse arbitror mulierem honestissimam ad modicam ne dicam perfectam sanitatem perduci posse, nisi etiam ventriculus, & cerebrum calefiant, & exsiccentur, hepar verò debile, & in natuō calore valdè labefactato corroboretur, & atemperetur tali decocto, quod vim non habeat calorem augendi illius extraneum, sed viuificare possit naturalē, post huius vsum ad eam quæ solum corroboratur oportebit accedere: incipiat igitur curam hoc modo; ante omnia hoc sumat medicamentum, si in bolo huiusmodi sit.

Rec. elect. lenitiui } ana. 3. v.
floris casiae

Seminum citri contulorum 3. j. m. & septem boli fiant, & hostijs inuolu.

Si potum amauerit accipiāt vnc. iiij. syr. ros. elect. lenit. vnc. j. mi-
scē, & fiat potio cū aqua boraginis, sequenti verò die bibat vncias
x. iuris pulli, postridiē vena dextri cubiti fecetur, & sex sanguinis
vnciæ a vena basilica educātur, deinde ius pulli alteratum cum bo-
rag. beton. agrimon. endiuia, cicor. hepat, & pentaphil. sumere in-
cipiat, quibus aslumptis per sex, aut septem dies hoc capiat medi-
camentum vel in bolo vt.

Rec. diacathol. } ana. 3. vj. m. & fiant boli septem, &
elec̄t. lenit hostijs deaurentur, vel in potu.

Rec. mel. ros. sol. vn. iv.

diacat. 3. vj. m. & f. p. 6.

Hac vniuersali expurgatione peracta, vt corpus ad sumendum
deco-

decoctum magis præparetur, laudo vt triduo iterum ius alteratū assūmat, quo assūmpto postea has pillulas accipiat quinque horas ante prandium.

Rec. pillarum de agar. Mesues
aurearum } ana. dram. ij.
elephangi. dram. j.

Cum melle roi. 5. misce, & formentur pillulæ quinque, & aureentur.

Purgato exquisite toto corpore ad exsiccandas materierum reliquias excrementarum est accedēdum quas præter naturam partes affectæ continent, & vt totus habitus corroboretur, nullum præstantius remedium reperiri existimo, quām decoctum assūptum paratum ex ligno guaiaco, & cinna hoc modo.

Rec. ligni guaiaci limati- } ana. vnc. ij.
cinnæ electæ incisæ.
aque communis lib. 6.

Præparatio
ligni Gya-

Infundatur lignum per 24. horas, cinna autem per 12. deinde iaci. bulliant ad consumptionem medietatis, in fine adde parum pulpæ pulli, & fol. bor. cicor. melissæ, mente ana. m. 5. in sacculo ligetur facta postea forti expressione coletur, & sit p. potu, cuius sumat vnc. vij. mane, & fudet, & totidem in fero, sed non fudet, pro potu autem vtatur hac aqua.

Recip. residuum cinnæ tantum, & cum lib. 10. aquæ communis fiat decoctio ad consumptionem tertiae partis, & coletur: Dū autem hoc sumēt decoct. laudo, vt mediocrem seruet viuendi rationem, carnes assas comedat, oua sorbilia, vuas paffas, amigdalas, & à vino abstineat, & bibat secundam aquam, vel saltem modicā illius quantitatē, prosequetur autem per triginta dies ad minus clisteribus aluum lubricam seruet.

Perfecta hac curatione, cum diligētia, & patientia quiescat per tres dies, ac vires recreet, nec quicquam aliud assūmat: postea vero hoc remedium assūmere incipiāt, quod est potentissimum ad illū uterinū furorem, & persequatur donec perfectè sanata fuerit.

Ad flores menstruales, & albas.

Rec. camphoræ. 3. j.
Succini. dracm. ij.
aque ninpheæ. vnc. ij. 5. m. & f. p. bibenda, qua-
tuor horas ante prandium.

Remedium
ad mēstruū.

Aliud ad gonorrhœam.

Rec. Therbint. claræ cotæ aqua pl. n. 3. 1. 5.

Hh

Succini

Ad gonor-
rheam,

- Succini elestissimi. 3. i.
Camphoræ. dram. i.m. & absorbeatur.
Aliud ad gonorrhœam.
- Remedium** Rec. fructus rosæ Siluestris cum seminibus, fiat puluis, cuius su-
ad genorrhœa mat 3. i. cum vino albo, vel in iure pulli per quindecim dies.
a m. Aliud ad albos fluores.
- Remedium** Rec. coaguli leporini. 3. i.
ad albos Decoct. foliorum quereus. vnc. iij. m. f. p.
fluores. Aliud ad albas vteri fluxiones.
- Rec. pulueris ossium dactilorum. dram. v.
Sanguinis draconis. 3. i.
aquæ portulacæ. dram. ij. m. f. p.
- Vnguentur** renes, & partes interfeminæ hoc linimento.
Rec. Vnguenti de corticibus castanearum. vnc. i.
Camphoræ. 3. 5.
Mulaginis psilij q. 5. m. fiat linimentum.
Tota hac hyeme in vsum habeat mitridatum, & theriacam an-
norum 4. ex quibus bis in hebdomada sumat. 3. 5. singu-
lis vicibus.
- Vinum me-
dicatum.** Tempore quo vina parantur noua, vinum medicatum fiat cum
modico ligni guaiaci, cinnæ, & falsæ, addita melissa, cicorea, bo-
ragine, bucholosa, matricaria, coriandrijs hoc modo preparatis,
tres nempè sint partes vini, & vna aquæ in qua prædicta bullie-
rint, & super fundatur vuis contusis, & bulliant per quatuor dies
tantum, ac in dolio mundo seruetur.

De tumore Pro Nobili Germano 40. annorum, qui per quadriduum laborabat tu-
more inter anum, & bursam in sinistra parte versus clunem sini-
strum, eo loco, vbi Chirurgici secant ad lapidem eximendum.

LIcet per literas scriptas exactè nobis non licet coniucere, cuius
naturæ sit tumor ille qui inter anum, & testes, non per mediū
locum inter scrotum, & anum, sed in alteram partem, iuxta fini-
striorem clunem obliquam, vbi Chirurgici secant ad lapides edu-
cendos per quatriennium nobilem virum afflixit cum suam sen-
tentiam non protulerit, nec scripserit, an nunc ad aliquam suppu-
rationem tendere videatur, necnon an per congestionem, an per
effluxum habuerit ortum, & an æger febre lenta laboret.

In illam tamen potius sententiam flebitur tumorem illum,
materiam aut seuo, aut pulvi frumentariæ, aut mellis similem con-
tinere,

tinere, & proinde, aut a theroma, aut s thearoma, aut meliceridem *Apostema esse existimamus, meliceridem tamē potius du ximus appellandā, tū nomina etiam si Cornelij Celsi authoritas diffinierit talium tumorum matteriam præfigire priusquam aperti sint: ad curationem tamen nō multum interest horum differentias cognoscere, cum æquè, ac fere vno curentur modo.*

Scopus igitur est, vt materia illa præternaturalis digeratur, dis- *Scopus hu- soluatur, & exsicetur medicamentis tam internis, quam externis, ius morbi.* quod si fieri non poterit, omnīd consulimus, vt aperiatur im- posito caustico, & contēta materia educatur, deindē quod reliquū est digeretur, & abstergatur, mox caro regeneretur, & cicatrizetur.

Principio igitur proximi mēnsis Septembri, quo tempore in- signes æstus euanescete incipiunt, fiat vniuersi corporis diligentissima expurgatio, & ante omnia recta viuendi ratio instituatur, sine qua impossibile erit quicquam efficere boni, recta enim viuendi ra- tio instituta, & obseruata dimidium obtinet curationis, quæ cum in sex rebus non naturalibus consistat, aere scilicet (vt sepius dicitū est) cibo, potu, motu, somno, & Venere, aer debet esse temperatus potius ad sanitatem vergens quam secus, praui venti euitandi, aer nocturnus, Solis & Lunæ radj, pluuiæ, humida loca, & frigida, omnesquæ constitutiones prauæ sunt fugiendæ, ac in thalamo, nec valde calido, nec valde frigido est quiescendum in quo nulla sen- tiatur humiditas præsertim terranea.

Cibus sit boni succi, facilis cōcoctionis, & distributionis, & pau- cissimi excrementi, vt sunt optimè pullorum carnes, galinarum, caponum, perdicum, fasianorum, palumborum, turdorum, alia- rumque nemoralium auium, collium, & huiusmodi, caro haedina, vacinæ recentis, castrati, leporis vel elixæ, vel asfæ, oua sorbilia re- centia, ac iure dissoluta, pisces aliqui boni nutrimenti concedi pos- sunt aquarum dulcium, vt lucius, trutta, carpio, & similes, fercula autem cum amigdalisi, far, hordeum Germanicum, nonnullæ au- tem herbæ, vt melissa, spinacia, borago, buglossum, beton. petro- *Pisces boni.* *Carnes opti- me.* *Fercula bo- na, & her- bæ.*

Ab omnibus aromatibus abstineat, maximè ab eorum frequen- ti viu, vt si quandoque modico cinnamomo, aut pipere in cibarijs vti voluerit non omnīd priuetur, amigdalisi etiam vtatur, pinejs nucleis, pistachijs, auellanis recentibus, seminibus coriandrorum, & anisis, ab omnibus alijs prauis carnibus abstineat, à caseo, lacte, leguminibus, ab aūibus paludum, stagnorum, aceto rebusquæ alijs aceto, aut sale conditis, & ab omnibus acuitatem habentibus, aut

quæ sanguinem valdè pituitosum, & crassum reddant, aut acutū, aut acrem efficient.

Pro potudum purgabitur modicnū vini rubei bibere poterit, non generosi, vel fumosi, non dulcis, aut valdè austeri, sed illius qđ optimam ventriculi coctionem perficere valeat, vel si sit aliquantulum generosum aqua coriandrorum diluatur, vini quantitas sit valdè parua.

Dum autem decoctum falsæ accipiet à vino pñitus erit abstinendum, vt infra dicetur: dum verò purgabitur oportet quiescere ab omnibus quæ animi curis, & molæstia vacare debet, neque solum de ambulare non debet, sed nec aliquo alio motu concitato moueatur, sed in lecto quiescat, cum verò curatio fuerit perfecta, exercitium valdè moderatum conueniet, & ab equitatione omnino cauere debet.

A venere pñitus est abstinendum, nam pr̄terquam quod vires omnes valdè labefactantur, nil etiam magis officere potest affectæ parti quam earum partium contractatio, & inflammatio, quod ex veneris vsu solet contingere.

Moderatè dormiendum, à somno meridiano caueat, nisi fuerit coactus ob nocturnas vigilias perditum in die somnum reficere, & hæc sunt quantum ad fontem dietæ pertinet: ad alios, itaq; fontes deueniens hoc paſto erit prouidendum, primò leniatur alius mel. ros. sol. vel syr. rosaceo 5. & elect. lenit, die verò sequenti, aut postridie vena dextri cubiti secetur basilica appellata, & ea sanguinis quantitas educatur quæ ex virium robore limitari solet, morbi exigentia, alijsque sanguinis quantitatē determinantibus; per sex, aut septem dies diluculò ius pulli alteratum assumat cicorea, borag. beton. fumo ter. melissa, endiuia, & huiusmodi, postea vero fiat alia sanguinis missio per venam sectam sinistri pedis, qua seruabitur restituendo loci affecti, & edacentur sex, aut septem aliæ sanguinis vnciae, assumat postea, vno interposito die, plus minusue medicamentum confectum mel. ros. sol. elect. lenit. decoct. florum cord. & fol. senę, in qua fuerit infusa per noctem 3. i. Rhab. elect.

Hac peracta totius corporis curatione, si acuratè corpus à medicamentis expurgatum videbitur Excellentissimo Viro qui illius curæ pr̄cerit ad falsæ, & cinnæ decoct. accedere poterit, si verò adhuc aliqua plenitudo subesse videbitur, vt corpus expurgatissimum reddatur, iterum triduo consuetum ius alteratum assumat, ac postea pillulas de agarico Mesues, & aggregat; & elefang. singulorum 3. 5. incipiat postea falsæ, & cinnæ decoctum hoc modo paratum

ratum assumere.

Rec. falsæ paril. mundæ incisæ } ana.vnc.2.
cinnæ electæ. }

aquæ cicoreæ }
betonicæ } ana.lib.3.

Infundatur per 12. horas, postea bulliant ad consumptionem medietatis, in fine adde pulparam pulli semicoati vnc. 2. deinde fiat expressio, & colatura loco vini à quo omnino est abstinentia bibat hanc aquam.

Rec. residuum falsæ, & cinnæ & cum lib. 9. aquæ communis fiat decoctio ad cōsumptionem tertiae partis, & coletur pro potu singulis item diebus mane, & vesperi syrum quotidianum assumat, sudet semel in die, saltem in mane cum sudatorio consueto, aut in hypocastio, per triginta saltem, vel quadraginta dies illum assumat, & singulis octo diebus, & à syrapi assumptione, & à sude re abstineat, & has pillulas quinque horas ante prandium accipere poterit.

Rec. pillul. de agar. Mesues
aggregat. } ana.drac.5.
elephant. } scrup. i.

misce & cum syr. de beton. pillulæ quinque conficiantur, & au reentur.

Dum ista peraguntur, vt ille tumor per interna exsiccatur, aut resoluatur per externa quoque remedia, resolutio, & exsiccatio tentanda sunt super imposito emplastro in vino nigro facto, & late, in quo ebulierint rosæ, & camomelum, addito far. hordei, fabarum ac lentium, quæ si non succedat tumorem aperire oportet, & quia sectionem timet, & vſionem nos quoque laudamus vt excell. Vir ab utroque abstineat, caustico medicamento cautè super posito tumorem aperiat, & an folliculum habeat perspiciat, quod corrumpendum erit per digerentia, & prius educita illa cōtenta materia, paullatim quoque folliculus educatur, postea vlcis eo modum curandum erit, quo cætera vlcera, digerendo primum humorem præter naturam in parte contentum, postea vlcis detergendum erit, incarnandum, & ad cicatricem educendum.

Quæ

Quæ remediōrum genera cum sint omnibus manifesta, nec ullos lateant, sintque communia, nihil est quod Excellentiss. Viro illa perfcribamus, sed solum monebo ut a calidis, & acribus medicamentis abstineat, ne partes illæ admodum sentientes, aliquam contrahant inflammationem.

Vt autem facilius curetur, & præseruetur, ne amplius in huiusmodi fortasseq; peiorum tumorem labatur, duos fonticulos sum-mopere laudo, alterum in brachio dextro, alterum in crure sinistro, hæc est in casu difficulti mea sententia pro salute ægregij viri. Deus opt. Max. vestris votis, & nostro desiderio satis facere non de-dignetur.

Pro Illustri virgine Hæmoptoicam passionem paciente.

CVm alicuius rei certum iudicium fieri debet, necesse est allegata, & approbata esse manifesta, relationes autem ad nos minæ ad effectus præter naturam cognoscendos non sufficiunt, quibus Illustris, & honestissima virgo cõflictatur, cum ad nos scriptum sit ipsam hæmoptoicam passionē pati, scire quidem necesse esset, an vena in capite sit aperta, & inde sanguis in subiectas par-tes spirituales descendat, an in eisdem spiritualibus partibus sit a-perta, an à trachea arteria, an à faucibus, à pectori, an à pulmone prodeat, & an sanguis sit floridus, & subtilis, an crassus, grumosus, & niger, an per venam eruptam vel erosam, an per anostomatum, hæc enim omnia scienda sunt ad exquisitam hæmoptoicæ passio-nis cognitionem, vt propriæ indicationes hauriri possint, præ-te-re scriptum est acrem destillationem esse, moneat etiam, an simul sit falsa nec ne, an sit tenuis, an crassa cum descendit, an solum cum in pectori, & pulmone est coaceruata, aliquid etiam de sputis nos admoneant an adhuc sint cruenta, relatum est etiam Illustrē vir-ginē sæpè rubentes habere genas, & ex facili occasione in facie ac-bris hæcti-cognitio.

Ssuspicio fe-bris hæcti-ca. Sed magna suspicione non caret existente sanguinis sputo, tussi difficultate anhelitus, acri destillatione, & diuturna febri-culam hæcticam adesse, illud quoque difficulter inter se conuenire posse videtur, tales ægrotantes à Rasi appellari, phtisicas, asthmaticas, & esse sine febre, si phtisis quomodo sine fe-bre? Et si absque febre, quomodo phtisis? Quod etiam vix pedibus persistere, aut progreди possit, & quod in lecto decumbens, bene se

se ha-

Se habere videatur, maiorem auget suspicionem illam febrire posse, libenter etiam sciremus, quomodo sit asthmatica, & melius se habeat in lecto prostrata quam erecta.

Scribitur quoque illam circa gulam quandam sentire molæstiam, ac si digito gula clauderetur, ac talem affectionem in vterinam passionem referri, attamen de hoc nihil in suis literis tangitur, si enim vterina esset affectio quam hysterical passionem appellant, necesse esset, ut aliqua ex illis symptomata apparerent que à Galeno relata sunt, siue ob seminis retentionē, siue ob menstrua supressa vel diminuta hoc contingat, sed de his nihil literarum accepimus, est quoque sciendum an statutis temporibus per vterum expurgetur, quare non tædeat quæso excell. viros de his omnibus, & singulis per capita nos facere certiores, ut debita à nobis responsio parari possit, & ut oportuna remèdia adhibeantur, his enim intellectis, commodius, ac tutius nostram sententiam in medium afferre poterimus, & quia vltimis literis intelleximus ipsam vita meliori nunc frui incipere, si hoc verum est, ac in reparanda sanitate persevererat, consulimus, ut recta viuendi regula seruata totum corpus naturæ comitatur, non est mouenda nec medicamentis, nec alijs irritamentis, opus enim naturæ bonum non est alterandum, nec diuertendum.

Sed si eadem symptomata reuertuntur, hoc est si adhuc anhelitus difficultas perseverauerit, & consueta destillatio ad pulmones, ad oculos, sed in pulmonibus inflammatio non adsit, nec febris ve hemens, consulimus cinnæ decoctum in aqua scabiosæ, & farfaræ preparatum cum aliqua pulli portione, si vero febris adsit, & alicuius ulceris in pulmonibus suspicio adsit, & aeris destillatio perseueret, eademque anhelitus difficultas, & emaciari videatur, asinini lactis vsum comprobamus, & cum bolo, & sine eo,

Si vero hæc omnia simul symptomata adhuc vigeant, utroque remedio vti non erit ab re, in horis minus molæstis cinnæ decoctū assumat, alio tempore lac bibat, ut exēpi gratia in manæ si melius se habuerit, quantum ad febrem decoctum cinnæ 4. horas ante prandium, vespere vero lac cum relatis condicionibus sumere poterit ab Hip. & Gal. scriptis circa asinæ nutritionem, & reliquis in asinini lactis exhibitione.

Sed antequam ad cinnæ aut lactis vsum deueniant, necesse est aliquam leuem, & tutissimam efficere purgationem, sed leniēs vocatum medicamentum nullam vim habens eleictiū trahendi, sed tantum alium leniendi exhibeat: ad mannam ergo esset confu-

giē-

6. de loc. af.
fct. cap. 5.

Opus natu-
ra bonæ non
est diuerten-
dum.

giendum, vel ad mel violaceum solutiuum, vel ad casiam, aliaque huiusmodi benigna, blandaque medicamenta, & quia saepenumero expurgata est, haec sola alii lenitio sufficiet, ut propriæ expe ditæ sint, & si qua subest plenitudo minuatur, laudamus etiâ si menses sunt vel retenti, vel diminuti, ut iterum aliqua sanguinis portio per venam tali extrahatur, quibus peractis ad usum postea vel cinnæ vel lactis, vel vtriusque tutius deuenire poterunt.

Non ab re etiam videtur esse duo alij fonticuli, alter in alio brachio, & alter in alio crure, vel forsitan alterius brachij loco in sutura coronali quia si natura ex duobus iam factis, tam insignem utilitatem recipere incipit, auxilijs duplicatis, erit sperandum duplicata tam debere utilitatem prouenire, laudamus quoque theriacæ vsu quatuor vel sex annorum in pauca tamen quantitate quæ tamen sit semper cum coherua rofarum commixta, & violarum, theriacæ dosis singulis vicibus scrup. 5. vel scrup. 1. non pertranseat.

His temporibus calidioribus augeri poterit, elapsis vero aestiuis in eius usu per aliquos alternos dies illius effectum obseruando, si enim videretur calorem augere febrilem, ab ea abstinentia esset, donec autumnus aut frigidiora tempora aduentarent.

Casus desperfatus. De pronostico si tabem contraxerit, & phthisica, & asthmatica esset, ut scribitur, casus esset omni spe destitutus, sed si adhuc ulcus non esset in pulmone, & in melius progrederetur, omnis spes abiicienda non esset cum sit iuuensis, & obtemperatissima, & praesertim si ad illa generosa remedia fiat recursus, quæ iam fuerunt proposita; De viatus ratione nihil est quod aliquid dicamus, quia omnia, & scriptis iam sunt mandata, & insuper voce iniuncta, diuina virtus illi conferat opem, & sanitatem pristinam impertia dignetur.

De doloribus stomaticis, & vagis.

Hodie accepi excell. Pagani doctissimum consilium circa III. viri affectus præter naturam, quorum essentiam, & curand rationem, cum ita exactam, omnique numero absolutum tractauerit, non erit ut iniulter eadem repetam, eò magis cum respōsum ex tempore III. Prætor à me, qui ad respondendum duarum horarum otij spacium non mancūcor expectet, quare si haec festināter, & currenti calamō scripta præstatiſſimorum virorum gustui om̄ino

ni non arridebunt, in mei ingenij imbecillitatem ac in angustiam temporis culpa erit referenda.

Supposita itaque temperatura, ætate, & reliqua quæ sunt notissima, statim ad morbi esentiam accedo, ac meam sententiam multis rationibus firmatam longaque experientia in Ill. viro curando stabilitam in medium afferam ipsam libentissimè prudentissimum virorum iudicio subjiciendo.

Dolores stomachicos, & vagos, nil aliud esse arbitror quam vētri Dolores sto
culi distensionem, aliarumque annexarum partiū Ill. Domini mei matici, &
ob ciborum crudorum repletionem, acidæ pituitæ, bilis flauæ, ac vagi quid
multorum flatum quæ omnia ita sua mole, frigiditate, & humi- sint.
ditate, ac rique ventriculi qualitate, ac partium circum iacētinum tunicas inflant, distendunt, & dilaniant, ut facta continui solutio-
ne, frigidaque intemperie præualente dolores acerbissimi generē-
tur, nec unquam quietant, donec per vomitum, & aluum humo-
res illi sint excreti.

Magna horum humorum portio duodenum intestinū replet, multique fatus vñā cum eadem materia circa easdem partes concluduntur, quibus vas felleum in duodenum definens obstruitur, & repletur, ex qua obstruktione, bilis quæ ad intestina permeare solet retrocedere cogitur, ac in hepar, & venam cauam infunditur, ab hac in totum corpus cum sanguine unde ille color citrinus oriatur, & croceus totius corporis, illudque icteritia, qui Arquatus, seu morbus regius appellatur.

Ad hoc credendum illa me ratio inducit, quod nunquam icteritia appetit, nisi cum stomachus prædictis materijs repletus confunditur, ac ingentissimis torquetur cruciatibus, si enim icteritia haec esset passio à ventriculi repletione sciuncta, sola etiam absque ventriculi dolore quandoque se se ostendisset, sed nunquam illa contigit nisi in magnis ventriculi doloribus, & repletionibus, auger conjecturam quod humorum, & flatuum multitudine euacula ta vel per vomitum, vel per aluum, vel per utrumque vas felleum aperitur, & icteritia sedatur, certissimum signum multitudinem pituitæ, & humorum crudorum cum aliqua bilis crassæ portione maximisque flatum ampullis obstruere fellis porum duodenum replendo.

Causa cur prava haec affectio fiat, & facile redeat est duplex, altera ventriculi imbecillitas ob frigidam intemperiem & vaide humidaam, ventriculus enim illustrissimi viri robustiore calore, & minori humiditate indigeret, cum enim digestio ab obtinente celo-

re fiat in humido proportionato, cumque calor sit debilis, humiditas autem excedat, non est mirum si cruditates multæ quotidie generentur, & coaceruentur, quæ & dolores efficiant stomaticos, & affectus cardiacos per consensum afferant, rosso nimirum, & vellacato ventriculi ore ab aciditate, & acrimonia humorum circa fundum ventriculi, & contentorum pilorum.

Altera causa est externus error nempe improportionatum obiectum ventriculo oblatum, cum enim ventriculus sit valde humidus, est etiam extensibilis, & fit amplius, & valde capax multi potus multorumque ciborum, & sèpè ex multitudine sola eorum quæ buntur, & comeduntur licet enim sint bonæ substantiae, multa piuita dulcis generatur, quæ vix à ventriculo sentitur, mox alia superadditum, deinde alia ab hac magis debilitatur calor nativus, & ciborum cruditas exoritur, aciditas sequitur, & alicuius bilis recursus ab inferioribus partibus ad oris ventriculi fundum, & ita ex improportionati obiecti multitudine ad calorem hebetem cruditates fiunt, & flatus, ex quibus reliqua iam dicta symptomata cōsequuntur, febricula illa ephemera est ad humorum motum, & spirituum accensionem consequens.

An verò hepar calore excandescat sum valde anceps, nam licet vir illi quandoque signa hepatis calidæ naturæ ostendat, ex sanguinis abundantia, habituque carnosø, attamen ille sanguis, illeque carnosus habet potius calidum arguit hepar, & humidum moderate esse quam valde igneum, & calidum, quibus enim incensum est valde iecur, iij postulas, vlcuscula, impetigines, nonnulla vlcera in aliquâ corporis parte patiuntur, extremorum caliditates, aliaque notissima excellentissimis viris, sed ista non solum non passus est, sed omnino contrarium, quia coxas, crura, & pedes non solum ferre semper frigida sentit, sed quasi à frigore rigida, sic etiam manus & quamvis quandoque faciem rubicundam ostendat, hoc potius ex sanguinis subtilitate, facilique evaporatione cum moderata caliditate, quam ex insigni eiusdem accensione contingit, quapropter arbitror in iecore quidem aliquam leuem caliditatem adesse, non tamen tam in gentem, vt validissima remedia requirat pro eius refrigeratione.

Tetur multa mala producit.

Id dixi quia si plus iusto refrigeraretur hepar, esset periculum ne in hydropricas dispositiones, ac etiam in hydropem laberetur, eo magis cum iam ventriculum frigidum & humidum habeat, calorque nativus in inferioribus partibus parum vigeat, vt ex summa frigiditate partium praedictarum licet suspicari, item quoque de ob-

Pituita cælorem debilitat.

Tetur multa mala producit.

Tetur refrigeratum hydrodem efficit.

de obstructionibus an fint in liene validæ vicinisque partibus sum
an ceps, quia nunquam eas ego persensi cum illi. viri curam gessi,
sed quia haec ijs superioribus mensibus fortasse fuerunt genitæ, ra-
tio postulat, ut prudentissimorum virorum iudicio conquiescam,
præsentia & suo sensu egrotantem tractantium.

Scopi igitur curatorijs esse debent, primo ut ventriculus euacue *Scopi huius*
tur, cæteræque proximæ illius partes latae, & per superna, & infer *morbis*.
na: materia quæ crassa, viscosa & lenta est, attenuetur, incidatur, &
detergatur, obstructions tollendæ, calefaciendus est, & exsiccan-
dus ventriculus, errores externi omni conatu arcendi sunt, hepar
attemperandum est in sua caliditate refrigerantibus temperatis,
bilis, cæteriq; excrementicij heterogenei humores euacuandi, &
icores reuelandi, ut totum corpus melius quo ad eius fieri potest
mundum reddatur, ne ex humorum superabundantia, & prauita-
te in illis magnis ventriculi doloribus aliqua febris essentialis pu-
trida, aut inflammatio suboriatur.

Quos obtainere scopus licet sit admodum difficile ob affectuum
antiquitatem, non est tamen impossibile, in subiecto maxime tam
rationabili, & prudentissimo, ac præceptis medicorum obedientif-
simo, id nibilominus præstari non potest nisi cum aliquo tempo-
ris curriculo, quia scopi sunt aliquantis per inter le contrarij, ac lo-
ge membrorum attemperantiæ longam alterationem requirunt,
quæ breui tempore non potest fieri.

Quare cum iam ventriculus sit euacuatus idoneis remedij, ac
dolores ferè cessauerint, & vas felleum adapertum, remanet, ut
humorum reliquæ adhuc super sunt penitus educantur, ne si re-
linquatur fomes, paucis abhinc diebus dolores iterum reuertan-
tur, mox ventriculus calefaciendus est, & exsiccandus internis, & *Humorū re-*
externis, hepar quæ refrigerandum, sed modicè, ut dixi, laudo ea *liquia sunt*
omnia, quæ ab Excellentissimo Pagano fuerunt proposita, Rhab. *educendæ*.
scilicet in sero caprino ad euacandum, & deobstruendum, & in-
ter cætera ab soluta purgatione, quam cum aliqua sanguinis detra-
ctione absoluere per venam sextam dextri cubiti ad sextam, vel
octauam vnciam, eligerem usum aquæ thermalis beatæ Virginis,
non Lucensem, neque calderianam, ob earum vim nimiam refri-
gerandi, & propter lienis obstructions, eam de more assumendo *Vsus aqua*
per dies quindecim, sed ante eius assumptionem exhibere vellem *b. Virginis*.
prima die vnc. iiiij. mel. rof. fol. in aquæ Teetutij ciatho.

Vellem postea, ut alias quatuor libras eiusdem aquæ superbibe-
ret, sequenti vero die lib. viij. aquæ beatæ Virginis capiat seruatis

seruandis, dosim autem prosequatur usque ad quindecim, vel sex;
decim libras augendo, ad libras septem descendendo, libram fin-
guis diebus in mane minuendo.

Efectus a- Hac est mirabilis ad corroborandum, exsiccandum, calefacien-
qua B. Vir- dumque ventriculum heparque, ita temperanter refrigerat, &
ginis. corroborat, ut verè aqua hæc sit media inter utrumque, ita ut pos-
sit temperatissimam qualitatem in utroque viscere introducere
absqueulla partium laesione, euacuat enim, & per aluum, & per
vrinam, magis attamen per vrinam, quod si aliquando cupiet ma-
gis per aluum secedere in primo ciatho, mannae vncia imponi po-
terit, si vero per vrinam emulsio seminum melonum cum eadem
aqua fieri poterit, primoque potu assumi.

Ad vētri- Dum hæc aguntur ventriculum munit oleo masticino, meli-
culū muniē no, & absinthino simul coniunctis, in fine duo fonticuli fiant, alter
dum. in crure dextro, & alter in brachio sinistro, cum autem ad sanitatem
vir omni decore dignus perductus fuerit, laudo ut omnia me-
dicamenta dimittat, ac sola viuendiregula sece regat, aluum lubri-
cam conferuando, cruditates auertendo, hillaremque vitam cu-
ris arduisque negotijs oblegatis traducendo; de qua viuendi ratio-
ne cum alias expressa descriptio tradita sit, non ero prolixior, cum
tabellarius hac eadem hora tertia nos sit discessurus.

Hæc igitur in magna temporis angustia obiter currenti calamo
scripsi, quæ si legentibus arridebunt, mihi erit per gratum, si se-
cus meam imbecillitatem accusent, cu ea animi dote non sim pre-
ditus, qua possim duarū horarū spacio viris tam eximijs, ut anxiè
cuperem satisfacere, hæc nihilominus argumenta existent mei ar-
dentis erga Illust. Virum amoris, & reuerentiæ, Doctissimus Pa-
ganus ceterique Excellentissimi illius almae Vrbis Medici prude-
tissimi, quæ scripsi videant, & corrigant.

De carcinomate vero infra aurem dextram.

MOrborum cognitio quamlibet Medici deliberationem pre-
cedere debet, si enim morbus est periculosissimus, aut omni-
Absq; pre- nò curationi rebellis, imprudens est Medicus si illum curādum af-
flictione me- sumit absque prædictione, & quamvis ferè omnia mala hanc pro-
derinō pōt. uidentem prudentiam requirant, quia si Medicus eos non cogno-
uerit, sœpè celerioris mortis causa existet, quia curati citius inte-
6. Aphor. reun ex Hip. oraculo non curati vero diutius perdurant.
aphor. 38. Cum ergo ægregius patiens tumore quodam prauo, infra aurē
dextram

Aextram teneatur, Medici munus esse debet perquirere diligenter, & inuenire, quæ tumoris sit species, si enim ex cacerosis extiterit, & maximè occultis, cui dubium erit vanam futuram esse Medici operam? immo ipsum curando celerioris interitus causam esse futurum, quod si prius cognoverit, & preſagierit affidentibus, & consanguineis, puod modica, aut ferè nulla ipes salutis supersit, si obierit apud omnes constabit ægrum ob prauam, & inuincibilem morbi speciem, non autem ob Medici culpam interiſſe.

Vtergo clarè pateat, quæ species tumoris sit, videndum est quæ sint tumorum differentiæ, hæ sunt in vniuersum simplicis tumorum differentiæ ex humoribus conflatæ elemētis proportione respondentes, erisipela, phlegmon, cedama, scirrhüs, & carcinoma, ex his alij compositi fiunt, prout vnuſ vel alter humor vni vel pluribus associatur, non esse erisipelatosum, aut phlegmonosum, aut edematosum; ita clarū est, vt nemini hoc dubium esse debeat, qui nil habeat cum his tumoribus commune, remanet, vt sit scirrhüs, vel carcinoma, scirrhüs non est exquisitus, quia ipſe sensu caret, & indolens est, non exquisitus autem, vix sensibilis est, tumor autē Magnifici Viri valde doloratus est, lancingationes sentit, & ferè semper ipsum fatigat, & affligit.

Amplius tumores scirrhosi, ita inæquales nō sunt quemadmodum est hic, concludendum est, itaque vt sit carcinoma verū, quia tumor est inæqualis durus, rotundus, venenosus, colore nigricans, valde prehumidus, & elatus, aspectu teter, calidus, subito acer, scēs ægrum ferè perpetuo dolore affligens, in quo venę, quæ sunt circa ipsum intumescunt, intenduntur quæ cancri animantis pedum more, vnde hanc appellationem fortitum est vitium, quare non nulli sic nuncuparunt, quod difficillimè ab ijs partibus quas obserdit euellatur, vt cancer aquaticus animans.

Quapropter hoc morbo diligenter considerato in hanc sententiam deuenio, non solum difficultimum, & admodum arduum esse sanitatem ægro restituere velle, sed suspicor tumorem hunc ex illic existere, de quibus Hip. loco citato dicebat; Carcinomata occulta non curabis, curati enim citius intereunt; Causa cur malū hoc non consanescat, est succi crassities, vt pote quod nec repelli, nec discuti queat, nec totius corporis purgatione cedat, vel quod etiā mitiora remedia negligat, vehementioribus autem irritetur, & excadescat; cum enim atra bilis, ex qua huic affectui est origo, dupli modo generetur, vel enim ex melancholico sanguine fœculentiore, & veluti eius limo, vel bile flaua vtrisq; nimium exustis,

*Simplices
tumorū dif-
ferentiæ, &
composita.*

*Carcinoma-
tis natura.*

*Cancer simi-
lis cancro a-
quatico.*

*Quare car-
cinomatano
curantur.*

cre-

Cancer à flā credendum est tumorem hunc ex peiori bile, flaua nempē assata
uabile gene genitum esse, quia signa omnia pessimi, & rebellis tumoris prae-
fert, quæ ab insigni tecoris caliditate, & totius corporis venarū ge-
nere calidiore, & siccitate originem traxit quod si aliter res fese ha-
beret, tot viri celebres, & prælertim eminentissimus vir Fabricius
ab aqua pendēt, qui generosissimis remedijs aduersus hunc tumo-
rem velitarunt, sanitatem consecuti fuissent, contrariū tamen eue-
nit, quotidie nanque in peiorē statum lapsus est.

Quare cum iam altas ac robustas radices iecerit, ac multiplicitia
carcinomata in vnum sint cōglobata, & in loco à quo minime nec
igne, nec ferro euelli possunt, nisi cum certo ferè vitæ discriminē,
vereor ne quotidie magis augēatur, ad eamque perueniant magni-
tudinem, vt respirationem intercipiant, sine qua est impossibile vi-
uere, quid ergo agendū est? an æger solo pronostico relinquēdus?
non, sed ita rationabiliter, & blande tractandus est, vt non spe cu-
rationis tractetur sed subleuaminis, vñque symptomatum con-
temperandi gratia, ne celeriter augēantur glandulæ cancerosæ, &
ne valde citò stranguletur, & ne ægera medicis deserī videatur.

*Paliatiua
cancri cura
tio.*

Curatio hæc a recentioribus Paliatiua uocatur, quia quasi pal-
lium tegit, ne æger proprium vitę suę cognoscat periculum, dum
enim remedia ægrotantes a medicis adhiberi vident, spem sem-
per præsupponunt, nam omnis spe adempta, imprudentis vide-
tur esse consilij, ea infamare præsidia, quæ multis fuere saluti:do-
lor itaque in primis mulcendus est, prohibendus affluxus ad par-
tem affectam, totum corpus euacuando a parte affecta, reuellendo,
& deriuando, caliditas humoris attemperanda est, magnaqué illa
exustio, hepar refrigerandum, & humectandum, sicquè totus cor-
poris habitus, somnus conciliandus, & inter cetera est exquisita vi-
uendi ratio instituenda.

In quibus prosequendis, quid in præsentia fieri possit cum ma-
gni estus instent proponam, cetera in idoneum tempus remittens,
quod erit Autumnus proximus, quo tempore pro statu ægri, tunc
alia consultatio erit instituenda. Cum igitur domum peruererit
biduo quiescat, ac vires reficiat, mox hæc medicinam quatuor ho-
ras ante prandium diluculo sumat.

Rec. syr. de polip. compos. vnc. 5.

decoct. cord. fastæ in sero capr. cum drac. 2.
senæ q. 5. misce, & fiat p. 6.

deinde per septem dies capiat hunc syrumpum.

Rec.

Rec. syr. de succo borag. }
de endiuia } ana.vnc. 1.

Aquaæ boraginis }
endiuiæ,fumiter, } ana.vnc. 1. f. misce pro syr.

secunda die syrapi , apponantur quatuor , vel quinque hirudines
hæmorrhoidibus , & sex sanguinis vnciae extrahantur , absolutis
autem syrapis , hoc aliud blandum medicamentum recipiat .

Rec. fol. senæ }
epitimi } ana. drac. 1. 5.
polipodij }
sem. citri drac. 1.
flor. cordial. p. 1.
seri caprini lib. 1. fiat infusio per noctem
deinde bull. ad consumptionem medietatis , coletur fortiter ex-
primendo .

Rec. dictæ decoct. vnc. 5.
syr. de acido citri , vnc. 1. misce & f.p.

Purgato corpore capiat singulis diebus in mane per 30. dies vni-
cias quindecim seri caprini optimè depurati , in cuius por-
tione ebullierint parum sem. citri cont. super tumorem ponan-
tur ad einoliendum , & digerendum emplastrum illud magistra- Ad remitt-
le,q. ad etiam Venetijs gestauit, pro dolore autem remittendo , & tendum dgo
refrigerando seruore tumoris,petia linea superponatur duplicita loren.
madefacta in succo solani hortensis,sempervivæ, plantaginis,pol-
ligoni,vel lactucæ cum rosaceo completo , & semper madida con-
seruetur , hòc etiam linimentum valenter iuuat eodem supposi-
to modo .

Rec. succi solatri }
plantaginis } ana. vnc. 1.
tapsi barbati }
olei rosati compl. }
mirtini } ana. vnc. 2.

bull. in 2. vase usque ad consumptionem succorum , postea adde
ceræ albæ q. 5. misce , & fiat linimentum ad formam sparadrupi.

Viuendi ratio haec sit , aer temperatus est eligendus ad frigidi-
tatem declinans , & modicam humiditatem , v. tadi sunt venti pra-
ui vehementes,quia distillationes mouent , & nocturnus aer , &
præsertim crepuscula,lunæ radij , tempora pluviosa,& nebulosa,
somnus

somnus consueto sit longior, exustum enim humorem madefacere, & attemperare potest, motus quoque animi, & corporis sint tēperati, leuis deambulatio, conueniunt frictiones extremorum.

Viuat læto animo quo magis potest, pascat animū aspectu delectabilium rerum, aluum lubricam seruet natura vel arte cum passulis, prunis aqua lactis, polipodio, epítimo, & sena in iure decoctis, in quo colato coqui poterunt persica, poma, pruna, passulæ, carice, omnesq; fructus dulces, balneū quoq; cōuenit aquæ dulcis, eib. sit optimi nutrimenti parui excremeti, & facilis digestionis, vt sunt oēs laudatē carnes galinarū, pullorū, pernicū, & aliarū auium,

Carnes opti præsertim, montanarum, collium, & nemorum, caro hædina vi-
mæ & pi-
scis.
oler a bona.
Quis fructus concedendi.
Coitus ca-
pt debili-
tat.

tulina, veruecina, pisces friabiles non viscosi qui communiter saxatile appellantur; spinachia melissa, lactuca, cicorea, buglossum, borago, lupulus, ex oleribus omnia ista conueniunt, oua recentia, sorbilia, vel tremula, aut iure dissoluta, far hordeum, fercula cum amigdalisi, panatella ex trito pane, & ex offis panis, ex fructibus conueniunt moderatè mirabolani omnes, pruna damascena, ficus & pepones, ab omnibus acris, salis, & melancholicis omnino feso abstineret debet.

Pro potu vino albo vratur tenui vel etiam rubro, maturo, tenui, non fumoso, aqua hordei, vel boraginis diluto, & temperate bibat, quod etiam mediocriter debet comedere, & minus in cœna quam in prandio, à coitu vel omnino abstinentium est, vel raro eo vtendum, quia caput valde debilitat; hæc sunt quæ mihi propnenda veniunt, pro mag. & ægregij viri morbo demulcendo, vt si fieri potest longiorem vitam minori cum molæstia protrahat, & volvi alteri Hip. dicto magis obtemperare cum dixit.

In morbis periculosis periclitandum est, si enim succedit res facies sanum, sin secus hoc idem quod futurum erat, continget, quam absoluto pronostico cum relinquere: Deus Opt. Max. qui supra naturæ limites potest omnia, sua omnipotenti manu em ferat opem, quam nos nec intellectu quidem valemus comprehendere, vt ab eo exoptatam, & à nobis salutem consequatur.

De semiparalysi sinistri brachij pro Illust. Mu-
liere Taruifina.

IL lud de quo honestissima mulier apud nos conquæsta fuit, est adumbrata quedam sinistri brachij paralysie, quia motum diminutum totius ferè brachij habet, sensum quoque non leviter obtusum,

obtusum, nimis humore pituitoso in nervis imbibito, aut nervis motui, & sensui inservientibus constipatis, aut calore eiusdem partis valde à frigore immutato, eo modo quo in aere nebula, & fumus, & nubes, in aqua lutum, & limus solis splendorē quo minus per ea sincerus incedat in impedimento sunt, ac vetant, ita docēte Galen. Non est vera paralysis, quia ex toto sensus non est amissus, aut motus, sed ambo sunt diminuti, magis tamen laeditur motus, postea vero sensus, quia minor spirituum copia requiritur ad sensum efficiendum.

Principium habuit morbus hic ex illa manuum, & brachiorum ablutione in aqua frigida, sensim nervorum meatibus constipatis, & descensu pituitosæ materiæ, quæ alias solebat per meliceridem in capite contentam retineri, quæ postquam curata est, humorem illum ad partes eiusdem lateris subiectas transmisit, non solum autem patitur brachium, sed foemur, & crus quandoquæ sui resolutionē v̄ minari velle, quæ tamen hactenus subsecuta non est, speramusque sequi non debere dummodo ea peragantur quæ sunt necessaria pro recuperanda salute in morbis adeo periculis, si enim sedulò non curetur, nō solum consumatæ paralysis periculum imminet, sed etiam apoplexiæ, & eò magis cum bis magnam scotiam fuerit possa, ita vt in terram ceciderit, hæc oriuntur mala, & intemperie capitis humida valde, quantum enim ad aestivas nō valde à temperatis qualitatibus recedit ex ventriculi imbecillitate frigi, & humidi, ex calida inæquali iocinoris intemperie, & ex partis affectæ imbecillitatis, quo fit vt facile recipiatur.

Scopi curatorijs esse debent, vt caput, & totum corpus expurgetur, & corroborentur, ventriculus calefiat, & exsiccatur, hepar tēperatè refrigeretur, humores, vias, sensus, & motus intercludētes exsiccantur, absumentur, diuertantur, & reuellicantur, partesque recipientes à capite corroborantur, vt calor partis affectæ vivificetur, & sensus, & naturalis motus restituatur; difficilem iudicamus absolutam curationem, non tamen impossibilem, difficilis est, quia omnis paralysis quæ lēuis apoplexia est non facile curatur, & eo magis, quia antiqua est, & in ætate inclinante, non impossibilis, quia non est consumata, sed potius deumbrata, & semiparalysis, nec illa medicamenta in vsu habita sunt quæ in hoc morbo requiruntur.

Quare ne in deterius labatur, & etiam si fieri potest, vt à praesenti malo affectu liberetur ægregia mulier, ea omnia præstare debet quæ in consultatione proposita sunt, quod est, quātum ad chi-

*Primo de
symp. caus.
cap. 2.*

Huius morbi origo.

*Scotomia
apoplexia si-
gnam.*

*Scopi huins
morbis.*

*Paralysis le-
uis est apo-
plexia.*

furgiam attinet, ut sanguis in principio semel per venam saluat. Iam manus dextra mittatur, ut duo excitentur fonticuli ambo in parte dextera, alter scilicet in brachio, & alter in cruce, quoad pharmaciām spectat, ante omnia leniatur alius, vel elect. lenit. cū speciebus Teræ S. G. vel cæfia cum manna, vel diacathal. si bolum amauerit, si vero magis in potu optabit sumere, mel. ros. sol. syr. ros. sol. manna, vel solis, vel cū aliqua diacath. portione, aut elect. lenit. cū senè decocto, florum, & fructicuī cordialiuī.

Lenita aliō, humores erunt betonica p̄eparandi, agrimonio, stecado, melissā, lupulis, pentaphilone, addito cicorio, & fumo ter- ræ, facta decoctione in iure pulli, vel vituli, cui addi poterunt, vel syr. de betonica, de lupulis, de agrimonia, de stecados, de fumo ter- ræ, de corticibus citri, & huiusmodi, vbi fuērint p̄eparati expur- gandi erunt Rhab. & agarico per noctem infusis cum suis corre- liuis, in decocto cordiali cū 3. ij. sol. senè addendo vnc. iiiij. mel. ros. sol. & vnc. j. 5. manna electa.

Sed vt corpus ad vnguentū expurgetur necesse erit iterum tria colearia huius infra scripti syrupi singulis diebus exhibere de ma- ne absque ullo apozimate, vt.

Rec. syr. de cort. citri	3
Fumaria	1
Betonica	ana. vnc. j. m. pro 3 vicibus.
Mel. ros. sim.	1

Quibus assumptis pilulae erunt accipiendæ, vel cochiæ 5. eleba cum aggregatiis, vel de lera cū agar. vel de agar. Mesues, vel au- reæ, vel huiusmodi, quibus dominetur agaricus, qui prærogatiā habet ad neruōs desinfariendos a pituitosis materijs. Deligenter toto corpore expurgato, laudamus, vt quamprimum falsæ pariliæ, & ligni guajaci decoccum accipiat, & sudet, facta domi vt moris est commoda stufa, quæ Venetijs a peritissimis figurinis, fabrisque li-

*Quidam su-
dādi modus
cateris uti-
lior.*
gnarijs construi solet, & non ex toto sicca sit, sed vapor humidus ex modicā aqua posita in aereo valē etiaporet, & hie sudādi modus, est alijs utiior, & comodior, sit autem ligni portio, & falsæ sin- golorum vnc. iiiij. ad lib. 12. aquæ communis, in fine ebullitionis has herbas in facculo alligatas imponendo nempe beton icam, hy- sopum, cīcōream, hordellin, & stecadis flores, sudet autem in prin- cípio per horam semel in die, prōgrediente tempore, & bene tol- rante natura, quandoque etiam bis, aquam secūdam bibat pro po- tu quotidiano vini loco, quæ fieri debet ex residuis falsæ, & li- gni, & lib. 16. aquæ communis tertia parte consumpta comedat panem

paneum biscoctum, vinas passulas, amigdalas, vel pineos nucleos, & modicum assatae carnis, siue bonæ alicuius auiculae, siue vituli, aut hædi, vel duo oua fortilia: ab omnibus alijs edulis abstinendo, & potibus sumat saltem per triginta dies, & si non sufficerint, transactis æstiuis temporibus, autumni principio ad dictum decoctum per quindecim, aut viginti dies reuertatur, & exdem instituto modo seie gerat post assumptionem decocti, cum magni calores instabunt, per duodecim dies poterit ad attemperanda aliqua caloris yestigia à decocto impressa, vt saccaro boraginato, rosato, cù particula Antos remissis postea caloribus, in vium habeat therebinthum, rheria cam, mitridatum, & confectionem Anacardin.

Laudamus quoque Parauinum lutum dñe Elenæ, & S. Baylysi, tholomel, & foreas, & lotiones, & infusas, lotiones etiam ex vino generolo, incocis predictis herbis, & vnfctiones ex varijs oleis, præteritum ex oleo coftino, vulpino, sed inter cætera nullum præstantius est oleo de scorponibus Mattheoli ab ignem brachio nudò verio, & bis inuncto, & ter in die; vinum quoque medicatum ex salsa, & cinna, cum floribus rorismarini, salvia, & betonica in terra aquæ portione incocis, & dyabuſus multa, que in cæna, & prandio utatur, cætera quæ ad viuendi rationem attinent minime describuntur, cum haec ab Excellentissimo Viro qui cius cure præcessit possint viua voce describi, vt etiam alia quæ hic descripta sunt, eius prudentissimo iudicio remittuntur, qui poterit ex verum euèru reliqua degenerere, faueat Deus qui sanitatis largitor est nostra haec munia, vt ægregia, & honestissima mulier suam pristinam sanitatem consequi valeat.

De articulorum dolore, & mictione arenularum Pro Reuerendissimo Episcopo N.

Illustrissimus, ac Reuerendiss. Episcopus N. et si multos annos De articulo
commodam duxit valetudinem, postea tamen in articulorum & micti.
dolores, & arenularum mictionem incidit, quæ symptomata ger- arenul.
mana inter se quodammodo esse non est mirum, cum ab uno ferè humore proueniant, nam illa pituita quæ concrescit in renibus, Causa horum
eiusdem est naturæ, ac est illa quæ articulos obsidet, harum quæ af- affectionis,
fectionum causa est, quibus in partibus nequam dignitur, sed aliundè a renum, scilicet calore atrahitur, atque ab articulorum imbecillitate recipitur, quæ ex eorum laxitate ob frigidit, atq; hu- midi humoris præsentiam, moramque prouenit.

Verunitamen pituitosi humoris fontem, cum caput nihil patiatur, ventriculum esse censemus, qui frigida humidaque afficitur intemperie, nec præterea est dubitandum vna cum humore pituitoso crasso, biliosum quoque quasi vehiculum adiungi in calidiori iecore genitum, cum & arenulæ rubentiores, & articuli dum affectiuntur, inflammatione affecti conspiciantur, quibus ita exploratis pro curatione scopi erunt.

Scopi harū morborum. Primum quidem redundantes in toto corpore, atque in venis collectos humores euacuare, ac in decentes partes reuellere, secundo loco, pituitosi, biliosique humoris generationem prohibere,

quod fiet si calida iecinoris intemperies refrigeretur, & frigida, atque humida ventriculi calefiat, & exsiccat tertio partibus affectis congruis remedijs consulere, hoc est & arenularum generatio-

Quomodo humores pituitosi, et biliem prohib. nrem prohibere renes refrigerando, & genitas arenulas expurgan-

do, quod verò ad articulos attinet, quatenus refrigerati sunt, ac humectati, & laxati, eatenus calefaciendi, exsiccandi, & roborandi

sunt, materiam interim euacuando quæ partes occupat, potissimum duos dextræ manus digitos, quæ sana euacuabitur, si vt frigida, &

humida calefiat, et exsiccat, vt crassa attenuetur, vt demum dura molliatur, quos scopos absoluere, et si ob morborū naturam admo-

dum fore credimus operosum, non tamen desperamus quin possit Episcopus Illust. commodam traducere vitam, cum satis sit corpo-

re valens, nec vitia hęc sint admodum inueterata, nec hæreditaria quæmadmodum sæpe numero esse confuerunt.

Igitur quo ad totius corporis euacuationem attinet, ea in præsentia non indigere corporis videtur, tum propter insignes calores, tum quia ante dies aliquot peracta sit, quare curationem hanc hoc modo instituere oportet, vt primum quid hoc tempore, deinde commodiori agendum sit expendatur.

Probamus igitur vt hoc æstiuo tempore vir Ill. ad totius corporis euacuationem, simulque reuulsionem vomiti stomachum assuefaciat, quandoquidem Hip. sententia fuit, hyeme per inferiora, æstate verò per superiora corpora esse purganda quod commode fiet si ab huberiore assumpta cæna euomat, præterea vero ad iecoris, ac renum calidas intemperantas corrigendas, & simul arenulas expurgandas, serum lactis caprini optimè depurati atque ad nimium tres libras quotidie sumpti, ita vt per duodecim vel quindecim dies vir Illustris. assumat laudatur. Autumno verò accedēte, rursus inita totius corporis purgatione mel. ros. sol. aut manna tanquam leniente syr. de cicoreo, de stæcade, boragine cum deco-

ctis ad

Hyeme per inf. æst. per sup. corp. urg.

Ad expur-gan. arenul.

Eis ad portionem ut præparante, demum vero Rhab. atque agarico, & senna in decocto fruct. infusis, mox mel. ros. sol. & manna additis, aut purgante medicamento, aut si corpus iterata videatur indigere purgatione, pillulis cochis, & de agarico Mesues exhibitis, interim non omissa sectione, laudaremus usum intus, forisq; aquarum thermarum de Appono ad calefaciendum, & exsiccandum ventriculum, atque ad eandem intentionem, ac partium affectarum utilitatem, luti quoque usus maxime probaretur, verum quia Episcopus Illustr. longius à dictis remedij distat, ideo probamus ut peracta statim purgatione ligni decoctum hoc modo colectum assumat.

Rec. ligni guaiaci	vnc. 4.
corticis eiusd.	vnc. 2.
falsæ parihæ	vnc. 3.
aquæ	lib. 8.

Modus faciendi ligni decoct.

Infundantur & bulliant ad consumptionem medietatis, & coleuntur pro syr. deinde.

Rec. quod residuum est
aquæ lib. 14.

Bulliat ad consumpt. 4. librarum, & coletur cum expressione pro potu, cui sanè decocto si aut soncum, vel endiuiam, aut hepaticam addere pro iecoris attemperazione videbitur id totum peritissimo suo medico sit commissum quod sanè decoctum per mensum assumat, ac inter assumendum congruo instrumento sudet, & ea vietus ratione utatur quæ item suo Eccell. medico congruere videbitur, & laudamus ut octauo, aut decimo quoque die, aut prædictas assumat pillulas, aut medicamentum huiusmodi, nec erit ab re masticatorijs frequenter vti, ad redundantem pituitosum humorem similiter euacuandum.

Laudamusque præterea ut autumni tempore vinum sibi medicatum paret aqua, cui lignum, & falsa, & betonica, iua, cicoreum, borago inculta sint dilutum quo tota utatur hyeme, & vere, hyemis vero tempore vnum terebinthi cyprij maxime laudamus tum per se, tum betonicae in puluerem redactæ admixtum, verū quia hoc medicamentum videtur ad vias vrinæ maximè esse propensum, ideo ne materia copiosior eo ducatur, probamus ut antea assumat pillulas de tribus cum Rhab. quod medicamentum per interualla similiter à Viro Illustr. assumendum esse probamus, ac hyemis

hyemis similiter tempore magna anthidota laudantur, hec sunt mitridatum, & theriaca, item conserua ex betonica, iua, & huiusmodi.

Interea verò dum corpus expurgatur, aut decoctum assumit, non erit ab re affectarum partium saluti consulere, hoc est ipsorum artuum qui cum doloribus absentibus materia repleti non videantur duob. exceptis digitis qui indurati vtcunque visuntur, ideo medicamento roborante indigere videntur, ideo usus vinearum placet tum quæ siccæ sunt, tum quæ subiectum vinum ebulliens obtinent, si modo calida utraque usurpent, item aqua salita, aut marina veluti, & oleum. similiter salitum duo verò digitii primum quidem mollientibus, mox digerentib. tractandi erunt, siccirco aut emolliens diachilon cum gummis probatur, aut cero-
Cerotū quo-
tuglex.
 tum quod ex caseo veteri conficitur, ut verò digerens emplastrum cerinæ, aut sacrum, quod si medicamentum mixtam habens facultatem usurpare liber, cerotū ex exeleo à Gal. dictum ad ministrandum est, eadem ratione probatur vapor ex candenti lapide molarie elatus, & perfusis decocto radicem altheæ, cupereris asinini, pulpæ colocintidis cum modico aceto, quibus omnibus congrua victus ratio est adhibenda.

Et quod ad acrem pertinet eligat semper optimum acrem purum, tenuem, ac temperatum, nubilosum autem, & crassum deuiseat, cibis utatur facilis concoctionis, & boni succi, vitetque oia tum valde calida tum crassi succi alimenta, ut sunt legumina, caseus, & caseo cognata, vinum potens, aromata, coquelas, & ostreacea omnia, ac pisceum bona pars.

Prouidere autem debet ut aliis seruetur lubrica aut sponte aut arte, quod si arte efficiendum est, si manna, pastilæ, prunæque imbibantur, ac pastilarum duo aut tria colearia ante cibū assumentur, facile erit aliuum lubricam redditum ire. Vere autem incunte probamus ut corpus expurgetur, sanguis mittatur, cæteraque repetantur, quæ tamen omnia prudentissimo suo medico moderanda proponuntur, quemadmodum etiam, & de cauterijs parandis, quæ ubi cætera non tollant malum, laudamus ut fiant alterum si quidem in crure dextro, alterum vero in illo brachio quod minus afficitur morbo.

*Ad aliuum
lubricam.*

(643)
(644)

279

*Pro Illust. & Excell. D. Vxore Illust. & Excellent.
Orat. apud N.*

*De hysteri-
cis passioni-
bus.*

Illustr. & Excellentiss. Domi. ætate quadragenaria calidæ, & siccae temperaturæ, valde melancholica emaciata, gracilissimi, & debilissimi habitus, subiecta per interualla sex, & octo mensium hystericis passionibus, quæ in totius corporis conuulsiones morbumque comitialem illam traducunt, febriculis lentiſ obnoxia, paucissimo natura sua, & ferè indicibili contenta cibo, quasi abstemia, assueta tamen semper statutis temporibus menses excernere, postquam transactis antea quadraginta diebus, per saluatellam iecorariam remedij idoneis à vehementissimis prædictis symptomatibus quibus correpta est vterinis strangulantibus conuulsionibus, motibus epilepticis, & febre duplice tertiana continente, cordis angore, capitis totiusq; corporis dolore, & debilitate, Dei Opt. Max. auxilio euasisset, & cum vitam satis commode per messem traduxisset, ac extra domum, & ad ecclesiam, cum sit valde timorata Dei, & etiam alio prout eius fuit natura animi causa seſe contulisset, cumque paulo post menstruas purgationes copiosius consueto excreuisset, tandem die 24. proximi præteriti Ianuarij quæ fuit vigilia conuersionis D. Pauli ex nimia ignis sub pedibus *Læſio ignis* detentione, sub vestimentis, & ex vini non consueti portione *Sub pedibus* hausta per dies quosdam capi iterum aegrotare, & quibusdam *positi.* doloribus circa imum ventrem in vteri regione circa horas veſpertinas correpta fuit.

Ad quos dolores demulcendos ad Illustriss. ductus fuit medicus N. qui in domo Illustrissimi, & Excellentissimi oratoris casu ea hora reperiebatur, paulo antequam ego superueniens clistere carminatum ex oleis descriperat, & decoctionibus calidioribus, ut quamprimum ad pharmacopolan transportaret, ego vocatus superueni, & interrogata Excellentissima Domina tandem pulsu, statim de aliqua vteri inflammatione incipiente sum suspicatus, ac eam in principio accessionis febris esse cum leuibus quibusdam rigoribus sum arbitratus, ac propterea iussi, ut blandū eset clistere anodinum ex oleo amigd.dul.& violaceo, cum maluarum violarum, & altheæ decocto, & modico camomelo non autem carminatum, deinde ex oleo amig.dul.ros.compl.& camomelino inunctionem loco dolenti præscripsi, quod Medicus. N. pollicitus est se facturum, omnia calefacientia interdixi, ac iam paroxysmi

mi inicium instare admonui, iusculum exobragine, acetosa, endiuia, cicoreo, & seminibus citri parari iussi, vt ea, exhiberentur nō & cum calor ad summum deuenisset, cenam item ex iure iunioris pullae, & panatellam cum seminibus peponum, & cōseruae buglossae parum, & aqua boraginis stillata exhibendam in remissione in iunxi, quod factum fuit, illa nocte valde febricitauit, & dolores vehementissimi cum intenso calore illam afflixerunt, mane reuersus, ac declinatam esse febrem animaduertens, perutile fore sum arbitratus, si leue, & sibi familiare lenies exhiberem quod blande aliuū ciere posset.

Cum autem omnino medicamenta abhorreat, ea præsertim, quæ saporem illum dulcem melleum, aut saccarinum referunt, cùque bolos nequeat deglutire, ad benedictam quandam decoctionē confugi, quæ inuenta est similis ferè illi quæ habebatur in vsu à Perillustri, & Excellentissimo suo consueto Medico regio, dum illius curam gerebat, cuius descriptionem Illustrissima Donna secum attulit, est autem hæc.

Recip. Aquæ cicoreæ vnc. viij.

Florum cordial-parum.

Fol. sen. polip. epitumi ana. 3. iiij.

Fiat decoct. secundum artem ad 3. partes consumptio-

nem, deinde.

Recip. dictæ decoct. vnc. iiij.

Syr. de acido citri iocunditatis gr. vnc. 1. 5. misce f.p.

Ita commode, & copiosè sine vlla molestia ab hoc medicamine euauata est, vt fassa sit ne leuem quidem molæstiam eò die perceperisse, immò dolores quieuerant maiori ex parte, ac satis læto animo illum traduxit diem; circa prima horam noctis eiusdem diei alia incepit accessio cum rigore, & frigore manifesto, qui per duas horas continuatatem habuit, mox febrilis superuenit calor qui tota nocte perseverauit tolerabilis quidem, sed cum vteri, & imi vetricis dolore, aurora aduentante, & die increscete, qui fui 26. Ianuarij satis commodè sese habuit, ac dolores non amplius continui, sed per interualla redeuntes, ac veluti vterum ferientes illam leuite cruciabant, vnde hillari animo totum illum diem in iocundo sermone traduxit, hora 23. eiusdem diei accessio tertia inuasit cù rigore, & frigore magis manifesto, cui successit febrilis calor adeo validus acris, & adurens, vt tota comburi videretur, stragula proiecibat magnam sentiens inquietudinem, sursumquè retractis retractis pedibus per transuersum in latus dextrum decumbere co-
gebatur

Medicamen-
tū gratum,
utile, &
regium.

gebatur ob imi ventris dolorem in morbi vigore , aut paulum inclinante ciathum vnum seri caprini destillati cum vnc. 1.5. syr. de acido citri meo consilio sumpsit , post alias tres horas accessione iam inclinata ius consumatum accepit , & panatellam cum iure seminum melonum à cuius sumptione versus auroram per tres horas aliquantulum conqueuit , ac somnum cepit paroxismo remisso , & viribus refectis ante prandium hirudines venis ani apponi perutile fore iudicauit , vt reuulsoria deriuatione , vno eodemq; tempore euacuatio a fecinore fieret , alijsquè superioribus , necnon etiā ab vtero , cum , & febri , & inflammationi incipienti , & habitui melancholico abique villa virium iactura opem ferre posset , nec venā tali tundere volui cum antea eadem mense bis fuerit secta , menses etiam copiosi fluxerunt statuto tempore , ita vt ratione humoris melancholici , aliorumquè omnium affectuum rationabilius mihi fore videretur si hemorrhoïdes aperirentur , itaque fuerunt applicitæ , & sex sanguinis vnciæ circiter fuerunt extractæ , ex qua sanguinis euacuatione tam insignem utilitatem percepit , vt tota die ferè immunis ab illo feruenti ardore videretur , licet omnino febre non careret , circa crepuscula quarta accessio sese manifestauit cum rigore aliquo valde leui , ita vt nihil aliud sentiret incommodi nisi leuem illū rigorem , immo febrilem calorem valde esse minorem respectu aliarum accessionum confitebatur , & manifestè : ita etiam apparuit , & nisi ab imi ventris doloribus fuisse vexata , qui paulò ante maioris ea nocte extiterunt ; quātum ad febrem sati conuenienter ferè totam noctem placidam transfigisset , die sequenti in Aurora ferè immunis erat à febre , & per totum diem qui erat dies mensis 28. ita se hillarem , & benevolenter ostendit , ac si nullum passa fuisse malum , tādem nox superuenit , & initū quinti paroxismi , qui cum esset impar cū rigore inuasit manifesto qui duas horas perdurauit , accessio satis vehemens fuit , acerbioresquè dolores .

Tunc Patauium mittere cogitare ceperunt , vt Aquampenden tem conducerent , sed cum in Anathomia publica ostendenda esset impeditus , alium fama celebrem Medicum conducere decreuerūt dolores interim à me leniebantur vnguento rosato Mesues , refrigerante Gal. sandalino , & oleis rosato , amigd. dul. & violaceo simul commixtis , à quo ipsa magnum leuamen persentire fatebatur , immo imperabat , vt saepe numero reiteraretur inunctio , serū consuetum horas solita accepit , inclinante febre corca horam 10. cibum assumpsit , ac somnum leuem accepit , matutinis horis ac-

*Ad dolores
leniendos :*

dentibus omnia remitti visa sunt per illum enim totum diem, & animo sermonem habuit cum mulieribus honestissimis Excellentissimoque eius coniuge, & signa omnia eo die proximæ victoriæ apparere inceperunt; nam pulsus nunquam melior, dolor valde remissus tres continuas horas dormiuit, & aliud blando clistere iniecto excreuit, & omnia meliora erat, vrinæ etiam, linet ob quādam vteri humiditatem fere semper turbidæ essent, attamen tenuiores, & minus crassæ apparebant, ex quibus tamen nullū certum signum licebat deprehendere, cum ex mixtione humiditatis vterinæ turbulentæ ferè semper apparent; sextus paroxismus hora ferè consueta accessit cum rigore valde leui, cum dolore tolerabili imi ventris, ac illam noctem ferè totam cum minori febre, dolore què tolerabili transegit, & hæc dies fuit 28. mensis Ianuarij, septimum tandem ingressa est die Dominico versus noctem cum insensibili rigore, modica febre, exiguoque dolore, nec in hac egritudine vñquam melius ea nocte septima sese habuit, ita vt litet, nec febris omnino recessisset, nec dolores penitus essent aboliti, qdum vteri regio tangebatur, adhuc dolebat, manifestè tamen omnia mitiora facta esse visa sunt, ita vt clarè essemus in declinatione morbi vniuersali in quo egri mori non possunt, nisi erroret comitantur.

Dum morbus prima die vsque ad quintam augeri quotidie videretur quamuis Illustrissima patiens nullum alium Medicum ad suam curam vellet admitttere, sed me solo benignitate sua esse contentam coram omnibus palam profiteretur, & libere enunciaret, ego tamen Excellentissimum Oratorum pro viribus exorau, vt alios quoque Medicos accresiri iussisset, quia circa principia, quarta scilicet, & quinta magnam seuitiem minabatur, vt simul ad auxilij ferendi facultatem in morbo cooperantes essemus, Fatauim itaq; miserunt, & prædictum celebrem Virum conduixerunt, qui Venetas peraenit die octaua morbi quo tempore iam inceperat declinare, nam sexta, & septima dies, ita tolerabiles fuerūt, vt nec rigores molasti fuerint, nec vehemens calor febrilis, nec sitis, nec inquietudo, nec vigiliæ, omniaque morbi tempora breuiora apparuerunt, ita vt sicut dixi declinatio vniuersalis aduenerit cū somno conuenienti circa Auroram, quo tempore in alijs accessionibus adhuc vigor perseverabat, & ipsa Illustrissima fatebatur se valde meliorem noctem træsegisse, mitioresque dolores existere, pulsus æquales, & ordinati, licet aliquantis per frequētes, quia à febre omnino non erat absoluta, sed ita conspicuū erat Illustrissimam Dōnam

nam in septima illa accessione placidam , & valde minorem accessionem sustulisse , vt & ipse celebris Medicus in cōsultatione habita , morbum ipsum salutarem fore pronunciauerit , ac debere nisi in quartadecima , in vigesima saltē salubriter terminare .

Cum igitur ipse in thalamo Illustrissimi Oratoris consedisset de omnibus , quæ circa Illustrissimam Donnam ante meum aduentum contigerant instructus est , tandem ad consultationem conuenimus , cui etiam interfuit alius primus Excellentissimus Medicus q. in aula oratoris a proprio repertus fuit , cui licet Excellentissima Donna sæpius dixerit se nolle illum pro Medico , nec quicquam , quod ab eo propositum fuisset se executurā fore , quotidie tamen thalam Illustrissime ingrediebatur , sæpius abiens cum Illustrissimi Oratoris consensu , nec passa est , vt pulsum tangeret , aut quicquam aliud deliberaret , ego tamen ipsum in consultatione admisi arbitratuſ hō. Excellētimo Oratori gratum futurum qui primus sententiam suam pronunciaret , multa fuerunt in consultatione illa prolata , sed affectus vrgentiores à quibus stopi curatōrū tūc tēporis mihi videbantur hauriri debere erant quatuor , febr. s. scilicet Morbi , & duplex terciana continua , partim ob putredinem in venis , partim ob paroxismorum successionem , non maligna , sed mali moris , in- flammatio vteri , dolor eorundem partium vteri , & circa vterum , & vigiliae , de ventriculo , de capite , de corde nihil con querebatur , licet a me præcauendi gratia cordis angore , quem in sanitate quoque solebat incurrire , prædicta inunctio cordialis in vsu fuit habita : resolutio meæ consultationis hæc fuit , hæc referrētur cum ad ea quæ agenda essent accessionis , hæc secum habui Hip. mandatum à nobis seruari debere , qui primo Aphor. scriptum reliquit traditionem illam seruandam , quæ ritè iudicantur , aut integre iudicata sunt sinere oportet , nec mouere , nec medicamentis , nec alijs irritamentis ; & ideo cum natura inciperet superior euadere vincere , ac debellare quæ corpus Illustrissime Donnæ infestabant , ac per consequens coctionem ritè moliretur , cum nil aliud sit concoctio , nisi naturæ victoria super mortificas causas , vt Galen. docuit , quo tēpore non potest fieri , vt æger amplius moriatur ex illo morbo , nisi error aliquis , aut a Medico , aut ab alijs committatur , mea erat sententia , vt omnimodè à vehementibus validisq[ue] remedijs quiesceremus , sed tautum coctionem adiuuaremus calorem extraneum temperando cum sero caprino stillato , & syr. aliquo ex his quæ refrigerando aperiunt , vt syr. de acido citri , aceroſo ſyr. ſimpl. de cicorea , endiuia , horis autem magis quietis iufculo

pulli alterato boragine, buglosso, endiuia acetosa, cicorea, agrimonia, oxalide feminibusque citri, nihilque circa medicamenta esse moliendum, quod si in mentem caderet Excell. Viro efficiendum esse aliquam alui lenitionem, licet eadem die clyster fuisset iniectus, ego nullo modo profitebar trascendendas esse drac. 4, aut 6. floris casiae, quæ etiam difficulter exhiberi potuissent quia iam non nus paroxismus propè erat, in hoc tamen meam remisi sententiam iudicio Excell. viri sic etiam de sanguinis euacuatione reiteranda non alium extrahere sanguinem ausus essem, nisi forsitan inflammatio illa vteri suspecte augeretur, de qua tamen fere dubitandum non erat cum esset in declinatione, quod erat inspiciendum in progressu noctis proximæ futuræ, si enim augeri videretur, & vires precipue constarent tunc esset rationi consonum aliquam sanguinis portionem à tali vena extrahere, esset nanque quedam derivatoria reuulsio, de resolutione autem huius remedij res decernenda non erat eo tempore, quia nox sequens fortassis nobis mutandi sententiam aniam præbere potuisset.

Varia Medicorum sententias non tutas.

Interim demulcendos esse dolores, & in morbi declinatione somnum conciliandum, cibandum, & reliqua: Excell. Medicus, statuit febrein esse accidentalem inflammationis, quia inflammatio erat causa febris, quod erat aperte falsum, quia febris suos determinatos periodos, & paroxismos tertianarios habebat, vterum esse sedem in quo febris habebat dominium, mox dixit eandem febrem esse febrem essentialē duplēcē tertianam spuriē ob putrescentes succos in venis, deinde loquens de vehementia dixit esse vehementem, dixit etiam non esse malignam, sed malum morē habere, quantum ad motum posse dici, & moueri tarde, & celeriter, quantum ad morbi statum dixit inflammationem esse in augmento, febris autem in declinatione, quæ duo repugnant, nam aut in inflammatione augetur febris, processu aliarum rerum multiformium ditem fecit cōsultationem suam, ac ita copiose verba fecit, ut mihi potius in gymnasio suis scolaribus legens videretur, quam fixus in perpenda morbi natura, magnitudine debilissima, & grotantis virtute, consuetudine, & reliqua, & quia protulit multa quæ si hic transferantur nimis prolixa esset oratio, cum nihil ad rem faciant, prætermisis feraginibus quid de inflammatione senserit non est silendum.

Tres inflāt. mat. spec.

Dixeram ego tres esse apud Gal. inflammationis species, alteram incipientem quæ phlegosis seu accensio nuncupatur, alteram quæ phlegmon dicitur, & tercia consumata, & in abscessum producita: di-

Et a: dixi inflammationem quæ ill. Domina corripiebatur, neq; ab fessum fuisse factum , nec verum phlegmonem , sed esse magnam phlegosim, quæ principium phlegmonosæ inflammationis minabatur, & quæ in futurum verum phlegmonem efficere potuisset, nisi à me præsidia appio fuissent adhibita , quæ vim refrigerandi, & repellendi haberent . Celebris vir statuit verum esse phlegmonem, magnamque inflammationem existere, non tamen illam quæ in abselum desinere posset.

Quantum ad remedia casiam confirmauit ea nocte exhibēdam esse, sanguinemque per venam tali mittendum, fomenta faciēda, *Ad magnū inflamat.*

Primo proposuerat statim casiam esse exhibendam , sed monitus à me, ea hora quæ erat secunda noctis accessionem propè esse, & ideo abstinentium respondit cum magna sui æstimatione ego adero, & dabo illam hac nocte , dixi ego horam decima esse declinationis tempus , & ad sumendum cibum idoneum, accessione anticipauit, & superuenit hora secunda , vel tertia noctis in augmento quod fuit circa horam septimam , casiam exhibuit , & imi ventris dolores infestabant, eodem pene tempore dum febris, doloresque augerentur , perferrre nequiens donec tempus conueniens operatione casiae quæ tarde operatur, circa horam decimam, hæc perpetratus est suppositoria duo ex trociscorum alandal. granis 10. imponi iussit, clyagridij granis 12, saleg. granis 15. deinde autē quia aluum ijs duobus glandulis in corpore eodem tempore diu permanentibus statim non excreuit, iterum aliam glandulam ex melle albo præcepit cum eiusdem dyagridij quantitate, quia verò , & hanc retinuit (fortasse ob partes contiguas inflammatas vtero scilicet, & intestino recto, referente illa se valde tumidas, & ardentes illas partes sentire) clistere iussit imponi leniens quidem, sed cum maximū in electuario lenituuo, ita ut ill. Domina in morbi vigore, febre, & do debili corpo loribus vrgentibus in corpore haberet casia, glandulas duas scamo re.

Tericulum

neatas cum coloquintide, & predictum clisterem quibus angustijs cruciaretur, tunc ill. Domina sciuuit ipsa, omnesque sciuierunt astes qui inter se de ijs quæ fiebant ab hoc celebri quæ mala omn augebant conquerebantur , totam eam noctem in deliquio animi translegit, non mortua est quia Deus noluit, natura tandem Dei auxilio in angustijs mortalibus constituta, concitata vche nentissime alio contenta ita violenter & tanta quantitate excreuit, vt usque ad mortem superpurgata fuerit, sed diu ea excretione copiosissima, & molestissima perdurante non solum semimortua remansit

mansit, sed vere in lipothymiam incidit sine pulsu, amissis sensibus nec loquente, nec audiente non secus ac si mortua esset.

*Quomodo
in lipotym.*

Hi sunt celeberrimi viri fructus, qui sine aliorum consensu medetur ex suo capite, in qua angustia illa nocte celebris hic bonus vir existeret ipse fecit, omnes illae matronae nobilissimae astates sua industria odoribus, fricationibus, clamoribus, & v lulatibus, ipsam ad vitam reuocarunt, he angustie usque ad auroram perdurarunt, quo tempore ego ad iliam inuisitatem maxima solicitudine fui accersitus, omnia alia cogitans me reperturum, quam ex temeritate tanti Medici symptomatum nouitatem, praesertim cum apud omnes luce clarius esset Illustr. Dominam duabus præcedentibus diebus & noctibus in melius maximè profuisse, ac in tuto positam esse.

Cumque inter nos sermo habitus fuerit tacto pulsu qui vix percipiebatur, omnes conuenimus ab re fore amplius de extrahendo sanguine cogitare immò ne mente quidem percipiendum, illud esse, hoc idem dixit, & confirmauit ipse, quia simul conuenimus facultates omnes valde imbecilles redditas esse, & praesertim vitam exiguum, ac pusillam existere, ciboq; potius ac somno esse recreandam, quam quicquam aliud innouandum, celebris m. qui in consultatione sua assueranter disputauerat sanguinem omnino esse mittendum à vena tali in hac opinione fixus intra semetipsum hanc occulta mordicus fouebat opinionem illam cupidus exequēdi, ne imprudens opinionem mutasse videretur, & ne aliquid de illius eminentia detraheretur, dixit mihi, quæso huc redeas ab hinc duabus horis, id est circa horam decimam septimam, vt simul illam iterum visitemus, respondi adero, omne aliud illum cogitare debere existimans quam nouam sanguinis emissionem, statuta hora predicta adfui, sed vir celeberrimus in alijs forsitan curis occupatus tarde rediuit, cuius causa cum & ego quid agere haberem discessi, cum horam cibi & quiescendi imperauerim, ipse post dimidium horæ à meo discessu reuersus est, & cum Ill. Oratore ad lectum languidissimæ ægræ fese contulit, ac pulsus tetigit, interrogatus ab Excell. Domino Oratore de statu pulsus an deficeret necne, respondit bonum esse pulsum, & satis plenum ac laudabilem, hoc dixit, quia si faxus esset virtutem vitalem debilem, & languentem fuisse reus statim apparuerisset, quia omnes palam dicebāt omnia accidentia illa prava ex earum rerum violentia quæ ipso peracta fuerant contigisse, sed vt illum reatum effugeret, dixit virtutis nihil ipsam in nocte amisisse, licet languidissima & imbecilli-

ma redditia esset, & vt magis suam exequeretur opinionem, exco-
gitans quod si res ei ad vota successisset maximam sibi gloriam cō-
paraturum, ac coronatum recessurum suo marte, suo capite, suo
arbitratu, ad sanguinis euacuationem prorupit, & ex tali vena ex-
trahi iussit, postquam sanguinis euacuationem quia in paroxismi
inclinatione erat, visa est in melius profuisse, sed id quod erat que-
tis effectus inclinationis paroxismi, ipse in sanguinis extractio-
nem referendum diuulgabat, vt videretur aliquid magni viri di-
gnum perpetrasse.

A prandio ad illam visendam reuersus sum, ac dum ingredior
thalamum celeberrimus vir primo in limine portici p̄fente Ex-
cellentiss. Oratore mihi obuiam fese obtulerat, ac mihi nuuciauit
sanguinem fuisse extractum, obſtupui, steteruntque comæ, &
vox fauibus hæſit, cur sanguinem extraxisti in tanta virium pro-
stratione? quia respondit ipſe talem inueni pulsus qui mihi ſuf-
ficiens ad sanguinis euacuationem videretur, quot vncias petij ego
extraxisti? 4. aut sex fortasse? respondit, quid 4. aut sex vncias,
octo aut x. boni ponderis extraximus, & si tu hic affuſſes, hoc idē
p̄fstitifſes, respondi illud me nequaquam ausum fuisse, si etiam
vires aliquantis per refectione viſa eſſent, veritus ne constantes per-
mancerent, & non ſolum illum eo die non auſus eſſem extrahere,
ſed neque ſequenti die, nec poſtridiē, quia vires ita languentes ex-
titerant, vt ſi etiam aliquantis per reuixiſſent, ſuam conſerua-
tionem, quam nouam illarum diſſolutionem, & deſtruſionem
expeterent.

Ex ijs operationibus peractis, fine meo conſenſu, immò me
repugnante ſumma virium iactura eſt ſubſecuta, nocte decima in-
ſtantibus vterinis doloribus vehementibus, proiecto fomento ca-
ſtrati ab eo ordinato quod nihil proficeret, ſed magis dolores ex-
cerbare, fomentum proposuit, & ſtatim à pharmacopola para-
tum recepit ex

flo camomel.

aneti

melliloti ana.p.1.

f. lini ferugari ana.vnc.4.

maluē

altheæ ana.p.2.

pulegij

orig. ana.p.f.f. decoct.f.art. facta

express. ſeruetur pro fomento.

Fomentum
ad arcendos
dolores.

Cui

Cui responsum dedi ex Gal. suspecta esse fomenta digerentia quæ sunt calida & humidæ in augmento inflammationum , & præterim cum sint, & actu & potentia calida , fecit fomentationes , pefsimè se habuit à fomentationibus , nam & febris aucta fuit, ita ut horæ quæ anteactis diebus erant quietæ , ex fomentationibus , alijsque importunè applicitis, æstuolæ, inquietæ euaserunt, videns permicem à fomentationibus abstinuit, & emplastrum de melliloto super umbilicum totumque ventrem imponi iussit à quo post horæ dimidium ita Illustr. læsa est, vt se mori fateretur nisi quantocius auferetur, talemque noxam ægra dixit se ab illo melliloti emplastro recepisse, ut nullam amplius salutis spem concipere posset, quæ dementia tanti viri qui primas ascendit cathedras magna ab eo concepta vteri inflammatione fomentis, & emplastris calidis vtitur? projecto emplastro misera Illustriss. rauca voce conquerebatur, hei mihi iste Medicus Patauinus me interficit, nil amplius earum rerum quæ ab eo mihi proponentur accipere volo, dumque ego propè lectum astarem, manum meam sua manu apprehendit, & mihi dixit, isti me interficiunt me tibi commendō, vita mea non potest aliunde auxilium recipere nisi, (post opem diuinam) à te, ab horum itaque pessimis auxilijs me defendas, cœpitq; multa auditate serum caprinum exposcere, hoc modo alta voce clamans, tradant mihi serum doctoris Horatij in ea copia quam solebam sumere antequam hic Patauinus Medicus huc accederet, erat autem magna feri quantitas quam ego in morbi cura exhibueram, singulis noctibus ad lib. 3. quod serum ut illi vitam dedit, antequam celebris vir Venetas profectus eset, ei ea perpetraretur, quæ est perpetratus, sic reiteratam salutem Illust. acquisiuit, quia post quatuor noctes Medico hoc non laudante, phialam unam hausit trium librarum in hora maioris augmenti a quo non solum ardentes partes ad 84. granis dyagridij, & coloquintidis per glandulas iniectis fuerunt valde refrigerate, & temperate, sed etiam sudores copiosissimi ab uniuerso corpore emanarunt qui illam incolumen reddiderant octo dierum spacio, quibus singulis noctibus serum caprinum biberat, nam à febre immunis euafit.

Dum Illustr. D. de morte periclitabatur post fomenta, emplastrum, post medicamenta exhibitionem post glandulas cum tanta coloquintide, & scamonea impositas, post acres clisteres, extremani alii laxationem, post sanguinis nimis largam effusionem, quæ omnia duodecim horarum spacio peracta sunt celebris vir

cœpit

cæpit mœstus esse, quia Illustrissima Donna periclitabatur, & quomodo ab hac tam manifesta infamia euaderet cogitare, itaq; Excellentissimo coniugi dicere cœpit se Patauij ægrotantium multitudinem magnè etiam existimationis habere, quos deserere nō poterat, & ideo bona eius venia se velle discedere, hoc mihi relatum fuit quo audito statim Excellentissimum Oratorem, & illum adiui, ac protestatus sum Illustrissimam Dominam in periculosisissimum statum esse constitutam neque virum probum decere illam relinquere, & eò magis cum ad tales periculi statum ab ipso fuisset redacta, iratus, est & verecūdus celebris Vir, & vt ostēderet se in prædicendo exitum esse valde prudentem, per Vrbem in nobiles, patritios, ac multos Medicos vocem spargebat Illustrissimā Domina nocte sequenti inter turam esse, dieque sequenti Patauium versus abiturum esse, dum hęc agebantur ego bona venia ab Excellentissimo Oratore petita, totam prouinciam illi reliqui, qui tamen nil aliud amplius efficere potuit, quia Illustrissima Domina nihil eorum volebat accipere que ab ipso proponebantur, immo illi valde suspicitus erat, quare vt superius dixi serum caprinum quatuor noctes a flumpsi ad libras tres, & suo more suis edulij se paut comisla sua vita custodie, & fidelitati suarum matronum, & ancilarum, diuino numine aspirante, quod ei serum caprinum reduxit in mentem, factum est, vt paulatim acquisuerit sanitatem, quam adueniente in cum vir celeb. animaduerteret, magnam illam animi angustiam non solum deposituit, sed quasi eset vincus redemptoritæ Illustrissime totus tumidus per ciuitatem gloriabatur, se Illustrissimam Dominam sanauisse: quæ maior, & ab alio Medico præsumptio, ea quæ à Deo natura quasi miraculose, & præter humaram spem facta sunt, Medico etiam celebre repugnante, & contraria moliente sibi arrogare, ac se sanitatis auctorem palam profiteri? Contraria omnia curationi, & vitæ machinatus est, Deus & natura, & remedia à principio exhibita, auxiliumque feri ab ea petiti vicit morbum, & ipse sibi gloriam arrogabat; magna procul dubio dementia, intolerabilis iactantia: Parum enim laudis victoria habet, in qua plus fortunæ ludibrio actum est; quam hominum Pulchra fentia.

Francisco Arquato Medico Excellentissimo, Horatius Guarquintus
Soncinensis. S. P. D.

T Vas elegantissimas, & doctissimas accepi literas quibus imanja. nissimi morbi claram essentiam habui, qui Illustrissimum Vi-

M m ruin



rum miserrimè discerpit, intellexi etiam curandi rationem, quæ illum summo amore, & summa sapientia pertractasti, sed cum sanitatem non fuerit consecutus non hoc ex artis defectu, nec impotentia tuæ virtutis contingit, sed ex morbi specie, quæ adeo praua est, ut remedia etiam generosa spernat, & pessundet, est etiam affectio ista ad animæ potentias, & temperamentum pertinens, cuius corruptellam, vis etiam animæ, & facultas corruptitur, ita ut illa non possit exercere munia illæta, ut facere consueuerat dum temperamentum in sua erat symmetria constitutum, dico autem temperamentum particulæ, in quo animæ operationes ex medicorum sententia exercentur, capit is scilicet, cuius est munus actiones principes imaginandi, raciocinandi, & memorandi claras, & inculpatas efficere; despiciunt enim in hoc morbo semper nimirum sanguine corrupto, & extra conluetam motionem emoto, ut Hip. dicere solebat quare si nostra arte, aut non sanatur, aut in miliores statum non potest reduci, hoc non est ex causa Medicinæ facultatis, sed naturæ morbi qui spernit plerunq; generosiora, & illustria nostræ facultatis remedia.

Primo de mori in fine.

Legi, ac per legi ea omnia quæ exercuisti circa illius curam, habitaq; ratione eorum quæ à te summa cum ratione facta fuerunt, considerata morbi idea, libratis ægrotantis naturæ viribus, ætate consuetudine, regione, anni tempore, & reliqua quæ à Gal. Medicis mandata fuerunt, ad reiteratam purgationem accessi, & cum vires esse resarcitas inuenierim, ea omnia mihi peragèda esse visum est, quæ si fieri posset iustificatam curam obsoluerent, sed priusquam ad remedia accederem, mente reuoluere volui genus lesionis animæ, & quia ipsa est mētis alienatio sine febre, ac mentis alienationes diuerlarum sint specierum, quæ esset hæc, & ad quam animæ facultatem pertineret rectè expendere, & intelligere volui, quæ difficilis non fuit inuentu, quia maniacus est, & furiosus pessimum insaniae genus, symptoma in genere rationis de prauatae ad differentiam melancholiae, in qua imaginatio est sole depravata, & sine febre, & inflamatione, ad differentiam frenetidis, sed licet raciocinatio præcipue, & manifestius lœdatur, in tanta tamen clade animalium facultatum sum cum Peripateticorum sententiâ, omnes actiones lœdi, maniaci imaginatio depravatur cum falsa imaginetur, raciocinatioquæ depravatur, & diminuitur cum raciocinando deliret, ac falsas, & confusas rerum conclusiones eliciat, & de una re in aliam vagetur, in memoria quoque est diminuta, quia non recordatur nisi imperfectè.

*13. Meth.
11.*

*Mania pef-
simi insanie
genus.*

*Mania est
animalium
facultatū.*

Primo tamen discursus leditur in maniacis, deinde imaginatio, tertio memoria ut Gal. docuit in lib. introductorio, & licet in aliis quibus maniacis seruetur memoria ut Aetius voluit non tamē ser- lib. 6. c. 8. uatur integra, sed cum aliqua lesione, sed memoriam esse non mediocriter læsam, ita apertum est ut nulla probatione indigeat, cū ferè nihil præteriorum recordetur, cum autem non habeat fe- re villa lucida interualla, credendum est in cerebro præsertim in media parte per essentiam læsionem contigisse.

Fiunt hæc symptomata intensionis ad feritatem à morbo in in-temperie calida, & sicca, cum materia calida, & sicca, acri, morda- ci, & exusta, ut Gal. docuit nec fieri potest à sanguine blando, aut pituita, & melancholia, nisi ille fuerit putrefactus, & corruptus, vt dicebat Auic aliqua corruptionis specie, aut melancholia fuerit exusta: causæ cur in hoc inciderit infortuniū manifestissimæ sunt, & diligenter enarrate atque Excellentissimo Viro nam in primis ad- est quædam paterna hæreditas, seu dispositio, dispositionem dico id est temperamenti similitudinem, quia reuera ex se mania nō est hæreditarius morbus, quia generosa interdum ingenia ex parenti- bus stolidis oriuntur, & furiosi ex viris sapientibus, ut Arist. testa- tus est, confert tamen multum ad curationem si non fuerit eadem dispositio in parētibus, quemadmodum si parentes in eundem in- ciderint morbum, difficilima curatio redditur, quod in nostro æ- gro contingit cum sit quædam natura hæreditata.

Quare cum calidum temperamentum, & valde siccum non so- lum totius corporis, sed hepatis, mesenterij, capitis, & præcordio- rum hæreditatum habeat, cum in sex rebus non naturalibus insig- nis excessu deliquerit, ut in Veneris v̄su, in aucupum, & venatio- num violentis exercitijs, & libertate geniali sese dederit, necnon in Iue Gallica infestus fuerit, & decocto ligni guaiaci nimis exsicca- tus sudore nimis largo effluente, præsertim cum illud diebus cani- culabis fumperit, cumquè plurima alia errata fuerit perpetra- tus, quæ viscerum exustionein augere potuerint, non est intrum, si morbus hic rebellis fuerit factus, cum probum temperamentum in alienum naturam valde calidam, & siccā immo exustam con- uersum sit, omnium autem facultatū essentia in peculiaribus par- tium temperamenti cōsistit, quibus destructis facultas destrui ne cessē est ut Gal.

Eoquè difficilior curatio redditur quia est inobediens, & omni- pul. c. 1. lib. bus inimicus, nectutū est ipsum proprius inuisere, periculi n enim de- mult. c. imminet, ne lethaliter offendat, ideo ipsum vinciri funib⁹, & li- 3. 5. de loc.

Mm 2 gatum affec. 7.

6. Aphor.
86.
Causæ ma-
niæ.

2. Rethor.

Aliæ cause
huius mor-
bi.

In quib. con-
sistit essent.
facult.

p. de præ. ex

gatum detineri iussi, studuimus tamen, & nos sicut, & tu fecisti
Excellentissime Vir humectare, & refrigerare, & prauos succos,

Lib. de phi- quamprimum educere, quia Arist. etiam dicebat, Medicos curare
sognon. consueuisse maniacos, & furiosos purgationibus, & recta viuendi
Curatio ma ratione, quæ & fuit, & esse debet infuturum ad refrigerandum, &
niaci. humectandum. In aere enim frigido, & humido moderato tamē
degere debet, in cubili lucido, in quo neque arma, neque funes, nec
ligna, quibus sibi, aut alijs offensam inferre possit reperiantur, cu-
raui semper somnum conciliare, quemadmodum in posterum etiā
conciliandus est lectis mollibus, odoramentis, & cibis, quæ vim ha-
beant somnum conciliandi, nam somnus delirium, aut sedat ut in
freneticis, aut saltē lenit sicut in alijs delirantibus, à Venere ab
stineat nam ira, & venereæ cupiditates in furorem homines duce-
re possunt ex Arist. aluum humidam seruauit non clisteribus, quia

7. Aethic. ipse noluit clisteria admittere, sed cum cibis miscendo ea quæ vim
in princ. habent soluendi aluum, ut est senna, manna, polypodium, & huius-
Ad soluēdū modi quæ in iuribus cocta in quibus fercula fiunt facile hoc modo
aluum.

Quæ vitan- illum decipere possunt, à vino est abstinentiū cuius loco aqua hor-
da, & cōce- dei conuenit, boraginis, acetosæ, cicoreæ, lactucæ, endiuæ, & om-
dēdasunt. nium refrigerantium, & humectantium, vinum factum ex amare-
nis siccis in aqua boraginis coctis, & modico saccaro, necnon de-
coctum prunorum dulcium, aut pastularum, cibus sit medicamen-
tosus, & vim refrigerandi, & humectandi habeat, sit boni succi fa-
cili digestioñis, & distributionis, & moderatè comedat, & bibat,
hoc dico, quia quandoquæ excedentem eduliorum deuorat quan-
titatem, quandoquæ nihil comedere vult, quæ duo extrema pluri-
mū lădere possunt, ex nimia enim voracitate multis repletur cru-
ditatibus, & prauis succis, ex paruo autem alimento, magis excan-
descunt humores ex siccitate quæ viget inopia alimenti.

Præsidia Quantum ad chirurgica præsidia ter sanguis extractus est, pri-
chirurgica. mum à vena basilica cubiti dextri, secudo ab hemorrhoidibus, ter-
tio, & ultimo à vena frontis, & in totum 26. vinciæ circiter fuerūt
extrrētæ, duo fonticuli inusti sunt, alter in crure, alter in brachio
ambo in parte dextra, quia brachij lœua pars fonticulum non ad-
mittit cum sit valde lœfa, duos alios efficere cogitaram, alterum in
crure sinistro, alterum verò in nuca, vel supra futuram coronalem,
non enim solum mirificè euacuant, ac vapores tetros, & humores
acres, & calidos dissipant, sed etiam si aperti detinentur cerebrum
refrigerant, sed quia cum difficultate illos admittit, ne maiori ex-
ardeat furore, cumquæ breui sit discessurus ab hac Vrbe, nā hic
magno

magnō astantiū, & rerum externarū incommōdo curatur, rationi consentaneū iudicauī esse hēc duo emissaria arbitratui tuo relinquere, quæ si tibi ex arte esse videbuntur, quamprimum fieri mandes lotiones crurū, & pedū mihi summopere arriderent cum aqua dulci, in qua papauerū capita, lactuca, violæ, malua, paeonia, & huiusmodi essent incocta, sicuti etiam frictiōnes inferiorū partium, quātum ad medicamenta, licet maxima cum difficultate voluerit sumere pharmaca, attamen' prima vice aluum cum fælici successu leniui, blanda hac potionē quæ recipit.

Medicā ad maniam.

Fol. senæ orient	{	ana. drac. 3.
epitimī		
polipodij		
seminum citri cont.		drac. 1.
seri caprini		lib. 1.

Facta infusione per noctem, & decoct. ad consumptionem medietatis, & colat. huius decocti acceptæ fuerunt vnc. 5.

syr. de acido citri. vnc. 1.s. & facta mixtione tale genus medi cinæ sumpsit, à qua vt dixi copiose, & nulla cum læsione, aut molestia euacuatus est. Item humores præparaui hoc syrupo.

Rec. syr. de papauere		
acido citri		ana. vnc. 6.
endiuia		
aquæ endiuiae, borag. fumiter. vel similis		
alterius	vnc. 4.s.m. pro syrupo.	

Interim caput super suturam coronalem rasum est, ac continuo oxirodinum fuit adhibitum, quod semper super suturam detinebat tur ex succo lactucae compositum, semper uiuæ, solatri, aqua rosa-ta, aceto rosato, oleo rosato completo, & huiusmodi. Præparati humores ea præparatione qua fieri potuit, fuerunt eadem prædicta potionē expurgati, sed addita drac. 1.s. ellebori nigri hoc modo.

Rec. fol. senæ	{	ana. drac. 2.
epitimī		
polipodij		
ellebori nigri		drac. 1.s.
S. citri cont.		drac. 1.
seri caprini		lib. 1.

Facta

Facta infusione per noctem , deinde facta ebullitione ad medietatis consumptionem, accepit eiusd.

decoctionis	vnc. 6.
syr. de acido citri	vnc. i.s.m.

Interpositis sex, aut septem diebus, quibus seri caprini lib. i.s. exhibere incepi, & refectionis viribus, pillulas de lapide lazuli exhibui, & confectionem Amech, formatis bolis quinque quibus etiam copiose euacuatus est, & nulla fere sensibili molestia turbatus est, quamuis euacuauerit copiose per aluum insignem exustorum humorum copiam, procedente tempore, alioque non fluente, nec illo clisteres, aut glandulas permitente quandam elleborismi formam cogitaueram exhibere, infuso elleboro in sero caprino, sed cum aliquantulum recipiscat non vult amplius quicquam sumere, illum de cipere volui cum trageis factis ex trociscis Alaudal aqua rosata, & saccaro fino, sed haec soluendi alium virtutem non habuerunt, quia paucissima est quantitas trociscorum Alaudal, si augebitur opportuna erit, sed statim ius superbibat vel galinæ, vel pulli, aut vituli, hucusque mea curatio progreffsa est, ex qua hoc compendium accipimus, quod illæ depravatae opiniones quæ tam fixæ illum turbabant omnino abolitæ sunt, arbitrabatur nanque se, continuo ex veneno hausto dilaniari, & intestina a vitris, & adamantibus incidenti, & abradi, & brachia adamantium acutorum plena se habere, necnon parentes eius confanguineos in eius cladem conspirasse, de his non amplius loquitur, sed alias mentis alienationes habet, quæ quidcm præsentem furorem non indicant, immò maniam prorsus sedatam esse demonstrant, ego tamen non fidarem quia saepius deliramenta maniacorum revertuntur.

Quæ imaginatio maniaci.

Quare virum Excell. hortor, ut caute illius curam habeat, ne illi aliquid infortunij contingat, dumque curabitur, inter cetera quæ totum viri habitum calidum, & siccum contemperare possunt, sunt balnea aquæ dulcis, & capitum cum eadem aqua perfusiones, quæ mirificæ posint huic morbo opitulari, sed custodiri debet dum in aqua infederit, ne se totum immergit, ac suffocetur quod absit.

hæc sint in tuarum doctissimarum literarum responsum, non ut Mineruam instruam, sed sicut in amore magno vinculo coniuncti sumus, ita simul cooperantes simus in ferenda ope huic comiti perillustri, de cuius salute ego sum valde anceps, & si qua superest spes,

spes,in temporis beneficio posita est,nā per actis omnibus quę nostra,& aliorum industria fieri poterunt,falutare erit consilium,illum in aliquo thalamo clausum detinere cum alicuius viri discreti custodia,vale mi car.Arquate,sciasque nihil tam arduum reperi ri,quod pro tuo amore non sim aggrediturus.

Balsamum est frutex longus vnius pedis magnitudine crassitie *De balsamo*
vt digitus pollex,rami eius sunt tenues,raris folijs obstiti trium cu
bitorum est altitudo. Balsamum perpetuo viret,ramuli subrubeū *& eius quæ*
corticem habent,virida sunt folia forma foliorum lentisci,æstate
folia abijicit,vt hyeme noua acquirat,putatur singulis annis more *Putatur ut*
vitis,ne degeneret,& siluestris fiat,rami folia habent imparia,& *vitis.*
rara,suntque vel terna,vel quina,vel septena ad summum,septe-
narium nanque numerum non excedunt,ultimo fo iolum ma-
ius est alijs,folia similia sunt folijs rutę,gustui adstringentem præ-
bent facultatem,& lignum,& folia,sapor est pinguis,& aromati-
cus ramulorum cortex est odoratior,ramuli geminum corticem
habent,externus subrubens est,internus vt membrana viridis est,
is cortex internus saporem inter thuris,& therebinti fo iolum habet
satureiæ siluestris sapore simili admodum grato,ac digitis tritus
cardamorum olet,lignum candicat,odoris & saporis expers non
secus atque aliud in itile lignum,ipius virg.æ sunt rectæ,& graci-
les,rarique foliorum alis sparsis in ordineque confuso nascentibus
obseptæ,quæ ternis,quinis,& ad summum septenis folijs con-
stant:

Balsamum hoc illud est quod in officinis xylobalsamum appelle-
latur,nam dessicatus balsami ramus cum eo comparatus qui in of-
ficiinis venditur omnibus notis omnino respondeat,cumque sint si-
milia inter se omnibus notis,si vnum esset omnino falso,n. et aliud
falsum esset,si enim idem est quod colitur in Metereo,atque illud
quod in officinis venditur exsiccatum,proculdubio,si vnum non
est legitimum,neç aliud,in Aegypto,Iudea fo ium balsamum coli-
tur apud Cairum,duobus in hortis cultum,illisque regijs altero
viginti iugerum,altero pauciorum,Romani tamen transiulerunt
& coluerunt,quia sunt reram illustrii,& pulcherrimarum ob-
seruatores,pro triūpho gerebant Imperatores Vespeliani,& Ma-
gnus Pompeus hoc triumphauit,seritur,& crescit tribulatq; aut
tum,colles hoc implentur sicut vineæ,similior est yiri quā myr-
to,se sustinet sine palo,putatur & rastris niteiscit,eitoque nascitur
intra tertium annum fructifiat,fo ium similimum rute,temper
viret,Iudei in eam sauiere,Romani pro ea dimicarunt,& defen-
derunt,

*Balsamum
vbi nascit
tur,*

*Balsamum
pro triūpho.
Cito nascit
tur,*

derunt, Theophrastus asserit silvestre, & sponte nascens non inueniri, tamen compertum est omni ævo balsamum in felici Arabia repertum esse, & nunc etiam reperi, quod confirmatur quia vna simul cum mercibus alijs saepè ramuli transportantur, & fructus.

Diodorus sicut scripтор antiquissimus fœlicis Arabiæ diuicias numerans manifeste asserit balsamum maritimis locis produci, id est sponte nasci, quod idem Pausanias confirmat, multi tamē de balsamo scribentes inter se non conueniunt: Nam strabo scribit in Syria nasci apud lacum Genezaret inter Montem Libanum & ante ipsum, reliqui tantum modo in Iudea regione nasci.

*Opiniones
varieg de bal-
famo.*

*Balsamum
quomodo de-
bet incidi.*

*Ad cognoscen-
t. bals.*

*Virantes mi-
rabiles bal-
fami.*

Quærens Petrus Bellonius Neotericus indagator memorabilium externarum rerum Prouinciarum à Mercatoribus, quomodo tam belle conueniunt ramuli, qui ab ipsis cum mercibus ab Acadia exportantur, cum illis qui in Metereo coluntur, ab ipsis hoc habuit respōsum xylobalsamum, opobalsamum, carpobalsamum, quod ipsi vendunt totum esse delatum ex Meco, hoc est Petra oppido, cum alijs mercibus, & firma fidelique veritate asseuerauerūt se omnes balsami fructices tenere memorie, qui in Metereo coluntur fuisse transportatos magnis sumptibus Sultani ex Arabia fœci in predictum Metereum: Ad extrahendum liqüorem quem oīeū appellamus volunt arborem incidi debere cultro osseō, vel vitro, nam si ferreo instrumento arbores incidentur, emoriuntur, quod Cornelius quoque tacitas scriptum reliquit, Auic. tamē dicit ferro incidi post caniculæ ortum.

Ad cognoscendum autem num sit optimum oleum balsami, hoc fit experimentum, ponitur gutta in lacte, si est optimum statim coagulat lac, aliud, mixtum cum aqua permiscetur, postea etiam concrescit, & inspissatur, & in aqua suam solidam naturam conseruat ita loquitur Auicennas, lignum calidum est, & siccum secūdo gradu, semen eius parum calidius, oleum calidius est utrisque, & tenuit versus principium tertij gradus. Vulnera & ulceræ mundificat cum ireos, & extrahit fracturas ossium, confert sc. athicæ bibitum, & propter conuulsionem eius decoctio bibitur, confert ulceribus capitum, & ipsum caput mundificat, epilepsiae confert, & vertigini, oculi pannum abstergit, & præsertim oleum, lignum eius, & semen, similiterque eorum decoctum, conferunt astmati ex crassa materia orto dolori utrorumque laterum, stricturæ anhelitus, & dolori pulmonis, semen confert peripneumoniae, & frigidæ tuſi, oleum idem præstat, & est multæ salutis in affectibus supradictis iuuat digestionem, eius decoctio iuuat partes digestioni inseruientes.

gientes, mundificat stomachum, confortat hæpar, prouocat vrinā, confert dolori eius pungitudo, matricis doloribus opitulatur, exsiccat matricis humiditates euaporatum, & bibitum, frigori etiam matricis auxiliatur, extrahit embrionem, & secundinas, & confert cum fit suffumigatio cuilibet dolori matricis, eius decoctio os matricis aperit, ceratum ex ipso, & rosaceo oleo, & cera frigori matricis confert, & vrinæ difficultati maximè confert, eius oleum rigo res aufert in febribus, venenis resistit, morsui viperæ confert, oleū confert veneno ex iusquiamo bibitum cum lacte, confert venenosis præsertim scorpionibus, calidissimum est oleum versus tertij ordinis principium, maximè est penetrabile ac dessiccatuum, habet insignem vim a putredine conseruandi, & corruptione humana corpora si illo inungantur, seneatamque arcet, fucus eam serere facit, nec vñquam numerosior fuit, aut procerior, intra bina cubita consistit proceritas.

Tria sunt genera balsami, vnum Eutheriston, quod comam tenuem habet, & cadillaceam, alterum aspectu scabrum non curuū, sed rectum, fructicosum, odoratius, hoc trachij appellant, tertium Eumeces, quia est alijs procerius leui cortice, huic secunda bonitas attribuitur, vltima verò Eutheristo ascribitur, nam alijs minus est bonum, semen habet quod gustatum similitudinem visci habet, habet colorem ruffum cum pinguedine aliqua, quod leuius est, & viridius in grano peius est, ramos habet crassiores myrto, inciduntur vitro, offeis, lapideis, cultellis, & si ferro inciditur moritur, ut superius dictum est, incidentis manus artificis temperamento libratur, ne quid vltra corticem violet, è plaga facta incisione succus emanat, quē opobalsamū vocant eximiae suavitatis, lanis parua colligitur in cornua, hęc lachryma quę oleū est, in fictili vase nouo non conditur, & similis est oleo crassiori, & si ponitur in musto cädida est, rubescit deinde, durescitque, & fit translucida.

Alexander Magnus, qui magnam istius olei curam gerebat unico die æstiuo, concam vnam impleuit, omni fœcunditatì in maiori horto collegerunt senos congios, minore singulos, cum duplo rependebatur argento, nunc etiam singularium arborum largior vena, ter omnibus percutitur æstatibus, postea deputatur, farmenta quoque in merce sunt d. ccc. hoc est 150, Iulij, ipsa amputatio surculusque venit quintum denum annum, xilobaliamum vocat, hoc est lignum balsami quod coquitur in vnguentis, officinaque quandoque ipsum lignum substituere pro succo, cortex quoque ad medicamenta in pretio est, præcipua tamen gratia lachrymæ

*Longitudo
balsami.*

*Tria genera
balsami.*

*Descriptio
balsami.*

Nn est, id

Balsamum adulteratur.

est, id est olei, secunda semini, tertia cortici, minima ligno, ex hoc cortice buxosum est optimum quod est odoratissimum, semen autem illud est melius quod maximum est ponderosum mordens gustui, & ferae in ore: Adulteratur petreo, hyperico, quod coaguitur magnitudine, quia maius est hyperici semen, & petrei quam semen balsami, inanior, longior, ignavum odore, & piperis habet saporem, lachryma pinguis esse debet, tenuis, ac modice rufa, & in fricando odorata, quae non ita probatur candidi est coloris, secunda enim est in bonitate, peior est viridis crassaq; pessima autem est nigra, senescit sicut oleum, oleum melius est illud quod fluxit antequam semen producat, adulterari potest suo semine, vixque maleficium deprehenditur gustu amariore, esse debet leuis, non subaridus, gustu tantum amariore, vitiatur, & adulteratur oleo rose, cyperi, lentisci, balani, therebinthi, myrti, resina, galbanio, cera Ciprea, gummi, nequissime vitiatur, quoniam & in aqua sedit, & manu inherescit.

Adulteratio balsami cognoscitur.

Gustu deprehenditur dolus, adulteratum cera, & resina cognoscitur igne, quia si super carbones ponatur flammatum educit nigriorem si dolus insit, adulteratur quoque melle, sed deprehenditur dolus, quia dum scrutatur muscas contrahit, balsami veri, & sinceri gutta in aqua tepida condensatur, & in vasis fundo residet, adulterata olei modo innatet, & si metopio vitiata est circulo candido cingitur, summa probatio est ut lac coagulet, & in veste maculas non faciat, nec fraus alibi manifestior est: qui fraudem faciunt lucrantur duplum nam veneunt millibus denarium illud oleum, quod ipsi à fisco 300. denarijs emerunt.

Balsami probatio.

Pro Clariss. D. N. quæ ob diminutos menses, erisipela mque cruris dextri pati solita, maximo dolore affiebatur.

VT dolor occupans regionem infra renes supra os sacrum, curetur, qui à materia aëterogenea (ex prædominio tamen biliosa licet crassa, & menstruali) ibi collecta producitur ab diminutis mensis, & ob deficiens erisipelas cruris dextri, à quo alias consueuerat corripi ob incensum hepar, hanc curandi rationem instituendam esse arbitramur à qua salutem speramus, licet cum aliqua difficultate, & temporis diuturnitate, dummodo nobilissima doña sua pacientia medicorum præcepta exequi voluerit, quæ quamprimum in usum haberit debent.

Et primum quantum ad remedia quæ ex chirurgico fonte hauriri solent, utilissimum fore putamus, transactis duobus vel tribus diebus

diebus qui erit finis statutorum mensium ex vena basilica dextri cubiti sanguinem mittere, in ea quantitate, quæ visa fuerit sufficiens prudentissimo Medico praesenti pro virium robore, impetu sanguinis, colore, & alijs quæ sanguinis quantitatem determinare solent, & hæc prima sanguinis evacuatio totum corpus respicit, iecinoris excedentem caliditatem attemperabit, ac fluens ad partem dolentem humores intercipiet; Accidente autem tempore quo menses fluere solent, antequam emanare incipient, saltem per sex, vel octo dies ante, à vena tali sinistri pedis iterum sanguis educatur in ea quantitate, quæ eidem Excellentiss. Medico conueniens visa fuerit.

Hæc sanguinis reciterata missio vterum respiciet, & per directum dolori opitulabitur. Tunc etiam adhibenda erunt inferioribus partib. cucurbitulæ siccae, & fieri poterunt lotiones, friktiones, & ligaturæ, vt natura consuetum opus aggredi prosequatur, dumquæ de chirurgicis remedij loquimur cæteris peractis, & non perfectè sanantibus, omnino consulimus, vt patiatur fonticulum in crure fieri sinistro, in parte interna infra genu.

Quantum autem ad fontem pharmatia spectat, medicamento aliquo blando aluum lenire oportebit, si in bolo voluerit sumere, conuenit elest. lenit. & cassia cum spébus hieræ simp. Gal. si in potu syr. ros. sol. n. c. ros. sol. manna, syr. de polipodio, vel per se, vel mixta, humores deinde erunt præparandi cum sol. borag. melissæ, beton. cicor. fumiter. acetosæ, capilli Vener. & similiūm in iure pulli, quibus præparatis expurgabuntur diluto Rhab. addito syr. ros. sol. & manna, cum decoct. florum cordialium additis 3. ii. fol. senæ, corpore itaque expurgato quiescat biduo, & vires recreentur, postea menstruorum tempore aduentante sumat denuo alia iuscula alterata cum capillo Vener. agrimonio, pulegio, radicibus petroselinii caparrorum, feniculi, & huiusmodi, & priusquam hunc bibat syrum, pillulam un. cam ex trociscis de myrrha deglutiat, fiant inunctiones peccati cum oleo de capar. & cheirino.

Transactis mensibus si res bene succedet, hoc est si dolor abierit, & menses conuenienter fluxerint, sola recta yuendi ratio seruanda erit, ac robur virium acquirendum, & ab omnibus alijs remedij desistendum, sed si adhuc aliqua crassa materia remanserit, que & dolorem soueat, & vteri obstrunctiones conseruet, ad attenuantia, & exsiccantia citra caliditatem accedendum erit, quo tempore consulimus decoctum cinnæ in aquis factum stillaticeis cicoreæ, endiuiae, vel borag. per viginti quinque, vel triginta dies, plus, mi-

Præparatio
humorum.

nusue, prout Excellētissimo Viro qui eius curam geret videbitur, quantum ad vietus rationem pertinet non est, ut sermone longior. à nobis illa instituatur, cum ore proprio doctissimus illius Medicus distinctè possit exactius ei illam iniungere, Deum præcamur, vt nutu suo nostris remedijs faueat, ac illam incolumen reddat.

Defebre duplicitercia-ua. Pro nobili Virgine quæ dupli cteriana continua laborabat, cum initio febris fixæ, annorum 18. etatis suæ.

Scribis ad me nobilem quandam Virginem temperaturæ bilio-
æ, & melancholicæ, habitus gracilis, quæ statutis temporibus
mensibus expurgatur, captam fuisse dupli cteriana continua per
essentiam, putrido icilicet humore bilioſo cum subdominio aliorū
humorum in venis detentō, & alia latica febre fixa, quæ habitum
quendam iam contraxisse tibi videtur per viginti autem dies absq;
Medico cęritudinem transegit medicinam valde abhorrens, tu ad
illam vocatus maximam rationem habendam esse circa febrem fi-
xam recte arbitratus fuisti.

Tres species febris fixæ. Cumque febres fixæ sint trium graduum seu specierum, vt mo-
derni deſcribere conſueuerunt, vna ſcilicet qua: roridas tātum hu-
miditates depaſcit, altera qua: carnosas, & pingues, tertia verò que
partes ſolidas exſiccat, & ad maraſinum conducit, hanc febrem in
primo gradu in fine reponendam eſſe censes, & recte, in qua inci-
pit calor extraneus tantum depaſcere roridas humiditates, quia ta-
mē febres heēticas minime poſiunt remoueri, niſi prius febres pu-
tridæ ablatae ſint, iſcirco ad febrem putridam curandam prius te
conuertas, quia autem morbus valde pergenus eſt, & vires ſuum
robur obtinere non debent, loco venæ baſilicæ, ſaluatellam dextre

manus libentius tunderem, deinde blando medicamento leniente
primas vias euacuarem ſi ipsa permittere volet, & fortasse conſen-
tiet, & obediens tibi reddetur, ſi mortis timore perculfa fuerit, &
quia obſtructiones aliquas forſitan congeſtas eſſe eſt ſuſpicandum,
ideo ad vias de obſtruendas, ad calorem febrilem remittendum, &
ad humorum præparationem ſtatim deſcendere, ac ſuccos depu-
ratoſ cieorei, ionchi, hepaticæ, acetofæ, cum portione iuriſ alteta-
ti cum eisdem ſimplicibus, & modico ſaccaro exhibe, quibus me-
diocriter præparatis ad aliud blandum, ſed potentius medicame-
num deſcende, & ad dilutum, ſcilicet Rhab. ſenam in decocto cor-
diali iuſuſ, addito ſyr. roſ. ſol. & modico mannae, ſi poſt hoc medi-
camen tum circa quartam hebdomadam febris putrida valde re-
misſia

*Curatio fe-
bris putri-
da.*

missa fuerit, & remanserit illa febricula latica, quæ manifestè post cibum augeatur, sicque totius corporis habitus valde dispositus videbitur ad validam febreim, alijs remedijis à te caueatur ne in hectam febreim labatur.

Ideo balneis aquæ dulcis per dies viginti, & lacte asinæ per quadraginta, totiusque corporis inunctione ex oleo amigd. dul. rosato simpl. aqua pluviali, succo lactucæ, acetosæ ad ignem simul decoctis, donec per ebullitionem consumptio fieret ad mediocritatem, & colatura facta fieret linimentum, & recta viuendi ratione exacte vtere, nam Deo fauente eam ad pristinam, & forsitan meliore sanitatem restitus, & ne in posterum labatur in talem fixam febris speciem, duo parentur emissaria, alterum in crure dextro, in domestica parte, alterum vero in brachio sinistro similiter in parte interna, nam acriores humores qui ægritudines pariunt augent, & conseruant per ea expurgabuntur, ac corpus magis ab excrematis depuratum, magis etiam à morbis reddetur illæsum, benè vale, ac me vt soles ama, te namque ex corde diligo.

Pro Ill. Viro Chersensi dolore nephriticō laborante, colico ac vnius digitī podagra.

Remedia
chirurgica.

Ad arcēdā
febrem hæ-
ticam.

Ex diligenter relatis ab Excell. Io. Chirurgo constantissimum est symptomata quæ Ill. virum affligunt dolores esse nephriticos cum iam calculos pluresque arenulas minxerit, quandoq; colicos, & vehementes, & insuper podagricos digitii scilicet maioris pedis qui omnes affectus ab una fere sola causa materiali nempe à materia pituitosa crassa, & lēta dependent, quæ in varias collecta partes, varios producit morbos, in renibus collecta, & à calore renum accedente assata in lapillis concrevit, qui dum per vasa arcta ria angusta mouentur, & transire nequeūte ingentes excitant cruciatus, dum arenulae ardorem defluunt, & vrinç difficultatem efficiunt, in intestinis conclusæ in flatus, & crassis ampullas eleuantur, quæ neruosam intestini coli tunicam distendens colicos dolores inducit, dum autem tenuior portio ad digitii pedis extremitatem deffluit, perspicuum est podagricum dolorem efficere.

Hæc materia ab imbecilli totius corporis calore generatur, sed ventriculi præsertim, & capitum, hæc enim duo membra, vt relatū est, & sicuti etiam est consonum rationi sunt frigida & humida, & prima coctio quæ est ventriculi diminute efficitur ob morbum lœsa facultatis innatae, nempè temperamenti, laeditur etiam fortasse ob

Plures mor-
bi ab una
causa.

ob externa errata, hoc est ob promiscuam antea etiam viuendi rationem, caput quoque quod suapte natura pituitae soboles est, dum pituitosum sanguinem recipit, & male elaboratum, maiores in se lores efficit. colligit humiditates, quae deinde in subiectas partes descendunt, ac praedicta mala producunt, sed quia pituitosus humor cum sit per se viscidus, est etiam sua natura impermeabilis, ideo serosæ calidæ humiditatis acquista portione, à iecinore fluxibiliorem natum acquirit, ac in articulis promptius imbibitur, & qualitate acri vehementiores efficit dolores, hanc serositatem acrem à iecinore valde calido adipiscitur, quae & naturalis est, & etiam à renum ingenti caliditate fouetur, & partium spiritualium, cordis præcipue quæ membra à principio ortus calida obtinuit, licet totius corporis habitus ex accidenti, inualescente scilicet copia pituitæ quæ frigida, & humida est, frigiditati, & quasi corpori nunc subiectus videatur.

Duo modi curandi dol. nephriti. Cum igitur resita se habeat, duo sese modi offerunt remedia sub ministrandi, alter tempore accessionum symptomatum, doloris nempe nephritici, cum lateris calculus dolore efficit, cruciatusue colici, & dolores digiti pedis infestant, & hoc est curatiuum opus, alter prohibendi ne in posterum reuertantur, quod erit præseruatuum.

Scopi huius morbi. In accessionibus scopi sunt vasa laxare emollientibus anodinis dolorem demulcere, & si fieri potest lapillum seu lapillos frangere, & immunuere, & extra corpus expellere, intestina item laxare, & aperire, ut flatus exeant, & crassæ viscidæ que materiae frigidæ calefiant exsiccatur, dissoluantur, & dolores colici sedentur, sic dolor digiti pedis erit demulcendus, donec ad altas extirpandas causas tempus videtur idoneum.

Si itaque in paroxismo renalis dolor augebit, qui solet etiam videri colicus licet reuera non sit, nec febris vehementer adsit, nec aluus fluat, valde oportunitus esse arbitramur ad primas euacuandas vias, dolorem sedandum, lapidem minuendum & expellendum, si vncias tres mel. ros. sol. sumpserit cu drac. 3. elect. elescos, dissolutis in sufficienti quantitate aquæ agrimoniae: vel florem cassiae cum eisdem drac. 3. di. eti elescos, nanque preter virtutes excellentes quas habet ad dolores nephriticos, & colicos, habet etiam magnam vim corrigendi cassie flatuositatem, sic etiam clisteres primo emollientes, mox etiam acres conuenient, in quibus ruta, anethuum, feni culus, malua, parietaria fenu græcum incoqui poterunt, addito oleo rutaceo, butiro, oleo amigd. dul. benedicta, cassia, saccaro rubeo, mel,

Virtus ele-

mel. ros. s. & sol. & huiusmodi, prodest etiā maluæ decoctum, betonicæ, & saxifragiæ, semel in die per os loco syrapi sumptum, præstantissimum est etiam eleum amigdalimum dulce ad septem vncias cum iure pulli, inter cætera remedia quæ frangunt, & dividunt lapidem, & dolorem mulcent, est aqua magistralis per tres dies bibita quæ Venetijs paratur apud pharmacopalam aquilæ nigræ apud Ecclesiam D. Saluatoris, conueniunt etiam inunctiones ex oleo amigd. dul. caparorum, scorpionum, & præsertim Andreæ Matheoli, vel per se, vel in quo etiam parietaria intabuerit, si dolor nephriticus magis augeretur, & febris vrgeret, sanguis quoq; mittendus esset à brachio dolentis lateris, & eo crescente, etiam à vena pedis ad quinque vncias, rectitudine semper seruata, nisi per dis dolor obstaret, extra paroxysinum vt præseruetur ne in hæc sequissima mala incurrat, vel saltem si ex toto ab illis immunis euadere non poterit mitiora fiant, & blandius inuadant.

Hæc nobis curandi ratio videtur conueniens, & bonam spem salutis concipimus, dummodo ea remedia non spernat, quæ ad exemplodos hos scopos requiruntur.

Circa chirurgica auxilia, laudamus, vt sex, aut septem sanguinis vnciæ per basilicam lateris magis affecti extrahantur, & duo fonticuli excitentur, alter in brachio tinitro alter in crure oposito dorsi pedis affecti, pharmaci deinde vniuersum corpus expurgare oportebit, exordiendo ab alui lenitione, quæ fieri poterit mel. ros. sol. & manna, cum decocto cordiali si potum amauerit, sin autem in bolo voluerit sumere elect. lenit. casia cum speciebus hieræ S. G. & diacathol. conuenientissima erunt; humores deinde erunt præparandi iure tenui parui pulli alterati betonica, agrimonio, capillo Vener. saxifragia, cicoreo, sonco, epatica, borag. coma absinthij, postea purgetur infuso Rhab. & agar. mel. ros. sol. manna, & decocto cordiali cum 3. ij. fol. senæ, quibus peractis cum ad totum emundandum corpus nō possit sufficere vnicula purgatio, iterum per tres dies humores præparentur syrups compositis betonicæ, cicoreæ, & de duabus, vel quinque radicibus vnciam sumendo singulis diebus in mane absque diluto, postea pillulis de hiera cum agarico, masticinis, aut cochijs simplicibus, vel de agarico Mesues, quæ ventriculum, & caput peculiariter respiciunt expurgentur.

Hoc paecto vniuerso corpore emûdato, vt calefiat, & exsiccatur ventriculus caput, totiusquæ corporis habitus, laudamus syrumpum de china, & modico fassæ in iure pulli paratum, in quo cicoreum, & acetosa simul ebullierint, per viginti, aut vigintiquinque dies, fumat

sumat semel in die conuenienti sudatorio sudorem excitando cū mediocri victus ratione assas carnes comedendo , oua sorbilia , panem biscoctum , & pro potu aquam secundam bibat ex eisdem re-siduis p̄reparatam cū modico vino subrubro , singulis autem octo diebus à syrupo abstineat , & à sudore , & pillulas capiat iam descri-
ptas ad dosim dram . iiiij . 5 . elixasquē carnes comedat , panem in iu-
re , ouum recens tam in cœna quam in prandio , vinumquē dilutū
bibat eadem secunda aqua .

*Aqua ther-
males lauda-
biles.*

Postquam hæc omnia absoluereit , aduentātibus magnis æstibus de vsu aquarum thermalium cogitandum erit primo Teetutij per tres dies , deinde Villæ Lucensis , aut Patauij B. Virginis , quæ cum distinctum ordinem , & exactam normam in assumptione requirat & hæc modo describi opere præcium sit , habita ratione status in quo tunc temporis erit constitutus ægregius , ac nobilissimus vir ægrotans , præter rem nobis videtur esse hæc modo ad amissim decribere , cum sæpè , & varijs rerum euentibus medendi ratio de contrario in contrarium mutanda sit .

*Recta viue-
diratio qua-
fit.*

Quare eius loco normam viuendi quam debet seruare distinctè hic scribere non grauamur , nullum enim tam præstans in medicina remedium reperitur quod eam open præstare possit quā pollicetur cui viuendi ratio non adueretur , aer itaque sit moderate calidus , & siccus , ab humiditate , & frigiditate locorum caueat , ab aere nocturno , a lunæ radijs , ab aere austriño , & septentrionalibus ventis , à tempestatisbus pluviiosis , bonis vtatur cibis , facilis digestio nis , & distributionis , & paucissimi excrementi , panis sit optimè fa rinæ cum modico surfure , bene fermentatus , & coctus ; carnes vituli conueniunt , hædi , iuuencæ , caponum , galinarum , pullorum iuuenum , perdicum , phasianorum , galinacearum , palumborum silvestrium , turdorum , turturum , & similiūm , cuiusmodi sunt aues nemorum , collum , & pratorum , caueat à lacustribus , à valde hu midis , & pinguis oportet abstinere , summopere oua sorbilia re centia , aut tremula , aut iure dissoluta cum modico , vel omphacij , succi citri , siue aranciorum laudantur , nam caput valde corroborant , ac spiritus animales reficiunt .

Ex piscibus conueniunt , si moderatè sumantur omnes curren-
tium aquarum dulcium , & faxatiles , iccirco probatur lucius , trutta , carpio , aurata , arbor , menula , variolus , scilurus paruus , barbo , sardones , omnesquē alij qui carnis sunt friabiles , præsertim si vino coquantur , aut assentur , assa etenim vtiliora illi semper existent , nam siccitas est qualitas in hac curatione necessaria à tincis absti- neat ,

neat, & anguillis, & ranis, & omnibus in aquis stagnantibus, & mortuis degentibus, caueat etiam ab omnibus ostreaceis, & conchiliis, *Pisces qui* bus, a coeleis, succum enim pessimum gignunt, ac lapidi valde ido *sint vitadi-* neum.

Affidius ferculorū usus est ablegandus, cōcedi tamen possunt panis in iure, panatella, farrum hordeum, risum, ferculū ex ouis, passulis, & pane trito, & rubei ciceris, ab alijs leguminibus abstineat, ex oleribus concedi possunt, melissa, borago, buglosum, petroselinum, carduus sanctus, lupuli, cicoreum menta, capares non salti, & alia boni nutrimenti, lacticinia fugiat, caseum, & ea omnia quæ ex pasta cōfici solent, aromata item fugiat, pipere aut cinnamono excepto, in modica tamen quantitate vtatur, acetum quoque valde aduersatur, & acetaria omnia, capares tamen, & cicoreum, & lupuli cum modico aceto, siue omphacio quandoq; admitti possunt sic etiam vua apensa, passule, ex alijs fructibus concedi possunt mirabolani, & recentes, & ficci, pruna quoque alia electa ficus, & malia pepones in parua tamen quantitate, pira etiam cocta, & pruna cum aliqua saccari fini portione post cibum possunt conuenire, sic diaredonium absque speciebus, persicata siue pasta Ienuensis, hæc omnia concedi possunt dummodo in modica quantitate sumatur, alios autem horarius fructus deuitet.

Vinum sit subrubrum, oligofarum, tenuissimæ substantię, vt facile per vrinam permeat, non austерum, non dulce, non albū, quod si huiusmodi non semper reperiatur, aqua chinæ, coriādrorum, & cinnamomi corrigatur, temperate bibat, & comedat, & cena prandio non sit vberior: moderatè similiter dormiat, à somno diurno caueat, nisi forsitan necessitate teneretur ob vigilias ante passas, sint semper in nocte dum dormit clausæ fenestræ, ne dormienti nocturnus aer dominetur, dormiat si potis est super latus dextrum, ac somnus sit septem aut octo horarum ad summum.

Animi ac corporis motus sint temperati, à perturbationibus animi caueat, ab ira, cogitationibus intensis ab arduis negotijs, & tristitia, & mœrore, corpus moderate deambulatione exerceat ante cibum, aluum fluidam quotidie feruet, si non natura glandulis saltem, clisteribus, prunis iure coctis, & multo saccaro conditis, passulis preparatis, quandoque vtatur casia cheirina condita, vim enim habet soluendi aluum, ac hepati renibusque opitulatur, & gustui arridet.

A uenere abstinedum est, de qua ne verbum quidem dicimus, cū vir illustris in ea ætatis, & roboris declinatione sit constitutus, vt

Oo iure

*Quomodo,
& quandiu
est dormien-
dum.*

iure merito, & debet, & cogatur tales illecebras sensuum quasi aduersissimum vitæ suæ hostem euitare.

Hæc sunt quæ in responsum literarum Excell. Ioannis Gastamar doctissimi, & expertissimi chirurgi nobis occurrunt proponēda pro nobilissimi ægrotantis salute, quæ tamen ab illius prudenti iudicio, ita erunt executioni mandanda, si tamen rationi videbitur consonum, & occasio feret pro rei euentu minuantur, & augeantur, cum enim ex doctissima relatione cognoverimus excellentis ingenium viri, & doctrinam, libenter illi facultatem impertimur hoc nostrum consilium ad suum libitum exequēdi, cui semper D. O. M. sit propitiator.

Pro nobili iuene N. iecoris, & ventriculi, defectibus laborante.

Varia symptomata à viro doctissimo relata quæ iuuenem quæ conspeximus affligunt, ad præcipuas causas quæ tanquam radices primariæ à nobis existimantur reduci arbitramur, nempe ad iecoris insignem tumorem, & calidam distemperantiam, & ad ventriculi frigidi, & humidi imbecillitatem, si enim ventriculus recte coctionem efficeret, & hepar bonum produceret sanguinem, sanguinis melancholici, & exusti tantus prouentus non fieret, nec tot humores pituitosi gignerentur, neque ex sanguine melancholico vapor ad caput eleuaretur qui facit vertiginem, nec testiculorum ramex varicosus, & ceteræ varices in alijs partibus genitè fuisent, nec melancholia hypocondriaca quæ ex omnibus signis eam nobis manifestantibus ipsum infestari appetat, Nec tumor ille durus ipsum occuparet hepar, qui cum ad scirrhī non tamen exquisiti natura declinet ab eodem humore melancholico effici credendum est cum pituitæ viscidæ, & crassæ admixtione, sed hæc omnia orta sunt quia sunt soboles humoris melancholici in calidissimo iecore geniti, sic est dicendum de ventriculi frigidi & humidì subsequentibus malis, nam cum multa copia pituitosi humoris generetur in illo, nimirum eius coctione vitiata propter intemperie frigidam ipsius (quod ex eo precipue manifestum sit quod plus appetit, propter errores externos, ob prauam viuendi rationem, non est mirum si multi flatus generentur qui hypocondria tensa, & murmurantia reddant, nec præter rationem est si puita crassa redditæ collecta in pulmonibus anhelitus difficultatem producat, si tussicula infestet, si denique tumoris ædematosi in cru-

ribus

sibus principium suboriatur, cum hæc consequentia sint ad ventriculi cruditatem.

Non est præterea mirum, si hi duo humores simul commixti, tot in mesenterio obstruções, alijsque naturalibus partibus prececent, cum eorum natura terrestris, & aquæ existat; quæ sibi facilimè vias obstruere confueuit, fortassis etiam aliqua portio horum humorum cum sanguine, & bili incedens putredinem acquirit, quæ erraticas febriculas quandoquæ excitat non tamè fixa, aut alla febris continua est, cum eum prorsus immunem inuenierimus aliquando.

Quare qui ægregium iuuenem vult sanitati restituere, oportet hos omnes humores in iecore, pulmone, hypocondrijs, testibus, capite, & fere in toto corpore implicitos attenuare, & extra corpus educere, membraque distemperata corrigeré, & ad bonam complexionem reducere, quod apud nos difficile, & fere impossibile iudicatur, præsertim omnimoda tumoris iecoris, & varicum resolutionis, cum ille a validissimis obstructionibus fouetur, & augeatur, & ha varices, scilicet ab humore melancholico habent originem, valde rebelli, & qui sàpè in eius ablatione tentanda irascitur, & excandescit; nolumus tamen omnem abiijcere spem cum hac tenus ea remedia non fuerint adhibita, quæ secundum rationem sunt, quæ diligentissimè à prudentissimo Viro in consilio ad nos missa descripta fuerunt, quæ omnia à nobis confirmantur tanquam idonea his prauis affectionibus.

Illud solum monemus, ut caute medicamentis valde calefacientibus, & exsiccantibus incedatur, ne membra, & materiæ inflamentur, & crassiores, & reddantur, cum melancholici humoris sit maximus in hoc corpore prouentus, ob insigne iecoris caliditatem, & habitum calidiorem, & sicciorum totius corporis ventriculo excepto: laudamus itaque ut Vir ægregius curationem aggrediatur, in qua bis saltem sanguis mittendus est, primo à brachio dextro à vena basilica, secundo ab hemorrhoidibus, eam sanguinis quantitatem ducendo; quæ visa fnerit sufficiens. Excellentissimo Medico præsenti, habita virium ratione, nigredinis, crassitiei, impetus sanguinis, & allarum conditionum quæ sanguinis quantitatè solent limitare, quod si melius fore videbitur prius partiri sanguinem, & ex utroque brachio sanguinem fundere, in hoc etiam assentimur, dummodo tanta non sit effusio sanguinis, ut possit natuum hepatico calorem diminuere.

Ob timorem cachexie, & hydropis quæ sequerentur hepate refriger-

Hepar refri frigerato, duo emissaria probamus alterum in crure dextro, alterū in brachio sinistro, ut iecori, & capiti ratio habeatur. Alius blandioribus soluatur lenientibus, quālia in scripto consilio sunt proposita, sic etiam humores præparentur à mītioribus, & temperatioribus exordiēdo huiusmodi sunt cicoracea omnia, omnes adianthi species, eupatorium, buglossum, borago, pentaphilon, & similia addendo portionem syrapi de cicorea, capillo Vener. de duabus radicibus, oximellitis mel. ros. & buiusmodi, vbi facta fuerit aliqua humorum conueniens præparatio, purgabuntur Rhab. agar. sena, epitimo, & polipodio infusis in sero caprino hoc modo.

Recip. Rhab. electiss.
Agarici optimi. } ana. 3. i.

Spicæ.

Cinnamomi.

Garyophil.

Salis gemmæ.

Ziniberis.

Decoctionis cordialis cum epitimi, polipod. sena ana. 3. ii. q. 5. factæ in sero caprino, fiat infusio per horas octo postea facta diligenti expressione adde.

Mel. ros. sol. vnc. iiij.

Mannæ elect. vnc. 1. 5. m. fiat potio breuis.

Inter positis duobus diebus quiescat, & vires reficiantur, & solum parum iuris pulli anteluculo sumat, deinde noua aliorum humorum crassiorum præparatio fiat, & in usum veniant ea quæ maiorem incidendi, attenuandi, & detergendi vim habent, inter cetera verò laudamus syrupum bisantinum, syr. de quinque radicibus, de cicorea nicoli cum Rhab. & sine ipso, scolopendriam, cuscutam, rubeam tinctorum ab sinthium, epaticam, quibus semper cicoracea tanquam ea quæ magnam vim habent ad hepatis excedentem calorem, & ad contemperandam vim excalefacientem, & exsiccantem aliorum medicamentorum addi optamus.

Corpus denuò expurgetur, aut pilulis de 3. cum Rhab. aut aggregatiuis, vel de hiera cum agar. aut alijs similibus ab Excellentissimo Carolo propositis: qua purgatione totius corporis absoluta, serum caprinum laudamus in quo Rhabar. dram. 1. fuerit infusum

per

Resp. var. ad var. ægrit.

293

per noctem, de quo singulis diebus in mane sumat vnc.xij. per quin decim, aut viginti dies : mirificè quoque extollimus hanc sequentem infusionem tanquam eam quæ inueteratas, & rebelles obstruktiones, & tumores dissoluerit.

Recip. agarici optimi. } ana. 3. ij.
Rhab. ele&tis.

Spicæ.

Cinnamomi.

Garyophil.

Zinziberis.

Salis gemmæ.

} ana. g. v.

Misce, & ligentur in petia, & infund. in infrasc. aquis.

Recip. aquarum capilli Vener.

Cicoreæ.

Absinthij.

Agrimoniæ.

} ana. lib. 1. 5.

Misce huius infusionis sumantur vnciæ septem singulis diebus in mane quatuor horas ante prandium per triginta, & quadraginta dies, est enim vnicum fere remedium ad inueteratas obstruktiones tollendas: quod si adhuc tumorum reliquæ, aut obstruktionum apparent, chalybis præcipuum viuum laudamus, siue vino albo infusum, & saepius in furno conquassatum siue in substantia, habet enim insignem vim absumendi tumores, & obstruktiones in penitioribus partibus residentes, adhunc quoque viuum chinæ decoctum probamus, ita tamen correctum, ut eius siccitas quæ tertio ordine viger attemperetur: Exterius ad hepatis tumorem conueniunt etiam emplastra, linimentum, & inunctiones, quæ vim habent emolliendi, attenuandi, & digerendi, cum temperata tamen caliditate, quarum eum sit notissima silua, non est ut longius morer, sed haec sint, ut alia, ad arbitrium Excellentissimi Viri, qui eius curæ præferit, sicuti, & viuendi ratio, quæ non minus exacte ab ægrotante seruari debet, quam diligenter ab Excellentissimo Viro descripta fuit, quæ cum ad vnguem sit delineata, eadem repetere absurdum esset, D. O. M. enī voti compotem reddat.

Ad tollendas
obstruc. in-
ueteratas.

De

*De febre maligna, pro egregio iuuene N.**Defebre.**maligna,
et c.**Curatio fe-
bris mali-
gnæ..*

A Grotus qui Ferrariam reuertitur, Venetijs febre duplicita terciana cōtidente maligna, ratione prauorum symptomatum cum sincope scilicet, cordis dolore, ventriculi angore, & anxietate catafora, & impotentia vigilandi, cum non leui omnium virium imbecillitate per tres hebdomadas laborauit, quarta hebdomada omnia ferè prædicta symptomata remissa sunt, & tamen eadem febris duplex terciana continua per alios decem dies perdurauit, remissa tandem, & benignior facta, oportunis adhibitis remedijs, & febri, & symptomatibus nimirum a principio sanguinis missione, secta vena basilica, deinde procedente morbo, cucurbitulis dorso adhibitis, appositis hirudinibus, ad extreum salutella dextræ manus incisa, lenitione alui, blandiorib. medicamentis, & clisteribus repetitis, alterantibus, & remittentibus febrilem calorem sero caprino, iuſculis alteratis cum sonco, cicorea, endiuia, boragine, oxaside, & feminibus citri addito succo clarificato, cicoreæ, & acetosæ, syr. de acido citri, & acetoso simp. cum aqua cordial. refrigerantib. præterea ad praua symptomata conuersus, reliqua haec in usum venerunt, nempe pro cordis dolore singulare quoddam epitema odoratu deletabile, eiusdem inunctiones semel cum in paroxysmo erat sincopis, oleo de scorpionibus Mattheoli, oxyrobinum circa caput, quod cataforam dissolueret, ad ventriculi angorem, lapis bezuár, conserua cordialis, & pulueres cordiales ad cordis vitalem virtutem tuendam, & vigorandam, tandem reuulsionis gratia, magna instantiæ anxietate genitrice illius (nam is sum qui vessicam abhorret in febribus acutis, & in corporibus calidis, & siccis, & emaciatis) ferè vi coactus vessicatoria quatuor circa artus nempè brachia, & crura permisi, haec tenus viam morbi superauimus, cum magna salutis spe, vires vitales adhuc vigent omnia praua symptomata abierunt, vrinæ copiose appetuerunt, conuenienter coetæ, aliis fluit coctis fecibus, somno conferente dormit, bene mente constat, recte ad oblata apetitu conuenienti detinetur, ita ut satis laudabiliter fese habeat, non est tamen immunis à febre, quæ quidem meo iudicio adhuc nonnulla vestigia obscura redolet febris duplicitis tercianæ, sed quod mihi suspicionem infert, hoc est vereor ne infebrem fixam progressu temporis labatur, calore nimirum inuadente, & solidas cordis partes occupante, & hoc conijcio ex inualefcentia post cibum, ex pulsibus,

*Indicia fe-
bris fixæ..*

fibus, ex habitu emaciato, calido, & sicco totius corporis, ex facilis exandescencia, ex eo quod febricitat, & febrem non sentit, & ex calore primum debilium manus admouetur, mox acri & ro-dente, quare in futurum omni conatu est decertandum refrigerantibus, & humectantibus, ne in hec tam lebatur, & præfertim recta viuendi ratione, quæ hic non describitur, nam oretenus iniungi poterit ab Excellentiss. Medicis, qui illius curæ prærerunt, illud solum silentio non inuoluam, vt scilicet (quamprimum aliquantis per accessiones tertianarum febrium euanuerint) ad lacriminæ recurratur, de more illud exhibendo, per quadraginta, ac etiam plures dies, quotidie etiam totum corpus oleo amigd. dul. inungatur cui sit admixtus succus oxalidis, balneum quoque aquæ dulcis mirificè opem ferre poterit, hæc peragentur si necessitas fixæ febris vrgere videbitur, quod si auxilio aeris natiui (quod est sperandum) quotidie in melius proficiet ab ijs omnibus abstinentiæ erit, solaque recta viuendi ratione contenti esse debebimus, plurimi nanque morbi sola viuendi regula sanati sunt.

*Vis recta
rationis vi-
uendi.*

SENENTIARVM RERVM QVAE OMNIVM,

QVÆ MEMORIA DIGNÆ VISÆ SVNT,
quæque sparsim in toto opere continentur.

A

- A**n inflamatio iecinoris ad quam superuenit singultus sit causa Dysenteria, an vero longa Dysenteria sit causa inflammationis iecoris, quæ à Gal. dicitur maxima, & pessima. Cap. 17. pag. 34.
 An Dysenteria quæ sit ab atrabili incipiente sit lethalis, ad mentem Hip. & Gal. Cap. 13. 26
 An Dysenteria sit semper ab humore bilioso erodente, & an bilis quæ exit sit naturalis, an præter naturam. Cap. 12. pag. 22.
 An ulcus intestinorum sit semper à materia erodente &c. Cap. 15. 31
 An fluxus fluxu curetur. Cap. 16. 33
 An cancri curandi sint. 226
 An vera secca communicet in peste. 76.
 An symptomaticæ semper in Dysenterijs fluat aliud, cap. 7. 13
 Atrabilis humor sua acrimonia, & ebullitione intestinis maximo est no- cimento. 32
 Atrabilis humor ulceratione facta cancer euadit. 32
 Atrabilis humor lethalem Dysenteriam non arguit. 33

- Atrabilis humor non fluit semper ab ulcere, sed ob fluorem omnium humo- rum. 32
 Atrabilis humor transit per intestina illa non ulcerans. 32
 Atrabilis multipliciter excernitur. 27
 Atrabilis licet in excrementis inspiciatur, non est dicenda mortifera Dysen- teria. 27
 Aphor. Hip. Difficultas intestinorū &c. quomodo sit intelligendus. 26
 Ad lyenteriam venientes moriuntur. pag. 43.
 Aegritudines variæ à varijs peccatis oriuntur. 67
 Ante remedia prius expurgandum est corpus. 125
 Alimenta in stomacho retenta, & con- fecta, sanguinem generant. 19
 Accidentia in Dysenteria. 21
 Astringendo quiescit fluxus. 41
 Alij alui fluores cognitioni Dysenterie inseruiunt. 2
 Abrasio efficit ulcus, quod facilime sa- natur. 16
 Abrasio ulcus facta, quomodo fieri potest ulcus saniosum, & facilime sanari. pag. 16
 Asclepiadis remedium præstantissimum a pro

I N D E X.

<i>pro Dysenteria.</i>	<i>pag. 45</i>	<i>Ad euacuandas vias latae.</i>	<i>108</i>
<i>Alia causa cur vlcera cancerosa curari nequeunt.</i>	<i>18</i>	<i>Ad emolliendum ventriculum.</i>	<i>129</i>
<i>A quibus orientur indicationes.</i>	<i>135</i>	<i>Ad corroborandum ventriculum, & ie- cur, & lien.</i>	<i>136</i>
<i>A quo mania procedat.</i>	<i>175</i>	<i>Ad frangendum lapidem, & mulcen- dum dolorem.</i>	<i>287</i>
<i>Apespsia est ventriculi cruditas.</i>	<i>170</i>	<i>Ad gonorrhœam.</i>	<i>241</i>
<i>Argumentum impetiginis Gallicæ.</i>	<i>228</i>	<i>Ad albos fluores.</i>	<i>241</i>
<i>Alia aqua pro epilepsia.</i>	<i>127</i>	<i>Ad corroborandum ventriculum.</i>	<i>128</i>
<i>A quo prohibeatur respiratio.</i>	<i>133</i>	<i>Ad magnam inflammationem.</i>	<i>267</i>
<i>Argumentum caliditatis iecoris.</i>	<i>195</i>	<i>Ad exsiccandum destillat. ablut. pag.</i>	
<i>Aperitio hemorrhoidum periculosa.</i>	<i>196</i>	<i>159.</i>	
<i>Astrologorum opinio de morbo Gall.</i>	<i>50</i>	<i>Ad palpitacionem sedandam.</i>	<i>169</i>
<i>Astrologorum opinio falsa.</i>	<i>54</i>	<i>Ad intercipiendo dolores.</i>	<i>283</i>
<i>Animaduersio circa termina prope ven- triculum incipientia.</i>	<i>7</i>	<i>Ad leniendum alium.</i>	<i>115</i>
<i>Ascites plus humoris, tympanites plus spiritus habet.</i>	<i>193</i>	<i>Ad alium absque clisteribus leniendum.</i>	
<i>Anicenne regula de educendo sanguine.</i>	<i>pag. 119</i>	<i>220.</i>	
<i>Ad suffocationem prohibendam.</i>	<i>119</i>	<i>Ad remittendum dolorem.</i>	<i>255</i>
<i>Argumentum naturæ fortissime.</i>	<i>110</i>	<i>Ad destillationem absundam.</i>	<i>pag. 153</i>
<i>Argumentatio veræ hydropis.</i>	<i>110</i>	<i>Ad ventriculum muniendum.</i>	<i>252</i>
<i>Aloes mirrha, & thus, & alia Dysen- teriam sanant.</i>	<i>44</i>	<i>Ad tollendas obstrunctiones inueteratas.</i>	
<i>Actio vessicantium non sit à tota sub- stantia.</i>	<i>91</i>	<i>290.</i>	
<i>Aqua heret prouerbium.</i>	<i>34</i>	<i>Ad cladem ventorum ritandam.</i>	<i>217</i>
<i>Aqua cocta suauissima.</i>	<i>149</i>	<i>Ad euitandas conuulsiones et epilepsias.</i>	
<i>Aqua potanda pro epilepsia.</i>	<i>126</i>	<i>86.</i>	
<i>Aqua Poretana ad stranguriam.</i>	<i>131</i>	<i>Ad contemporandum & corroboran- dum feruorem sanguinis.</i>	<i>139</i>
<i>Aqua & aer facilli me corrūpuntur.</i>	<i>72</i>	<i>Ad cataforam dissoluendam.</i>	<i>294</i>
<i>Aque utiles ad stranguriam.</i>	<i>130</i>	<i>Ad dolores leniendos.</i>	<i>265</i>
<i>Aque Poretane virtutes.</i>	<i>218</i>	<i>Ad exsicc. & absundum varia reme- dia.</i>	<i>116</i>
<i>Aque stillaticæ utiles.</i>	<i>97</i>	<i>Ad arcendam febrem hecticam.</i>	<i>285</i>
<i>Aer à ventis fetidis corrumpitur.</i>	<i>72</i>	<i>Ad corroborandum intemp. intern. vi- scerum.</i>	<i>185</i>
<i>Auster, & Garbinus sunt venti calidi.</i>	<i>206.</i>	<i>Ad capitidis dolorem.</i>	<i>290</i>
<i>multa mala producunt.</i>	<i>208</i>	<i>Ad expurgandas arenulas.</i>	<i>260</i>
<i>Aque thermales laudabiles.</i>	<i>288</i>	<i>Ad cruditates & feces educendas.</i>	<i>158.</i>
<i>Apotematum propria nomina.</i>	<i>243</i>	<i>Ad morbi reliquias tollendas.</i>	<i>117</i>
<i>Ad fluidam alium.</i>	<i>121</i>	<i>Ad inflammationem sedandam.</i>	<i>147</i>
		<i>Ad preparandos humores crassos, & pitui-</i>	

I N D E X.

pituitosos.	pag. 147	27.
Ad abstergendū, incidentum, & apere- riendum.	166	Bilis & pituita, simul mixtum colorem efficiunt.
Ad resistendum putredini.	166	Bilis non semper gignitur ab hepate ef- feruente.
An aqua sulphur. Patauina conueniant. melancholia.	167	Bilis est in toto corpore sanguine mixta.
B.		23.
Bilis, & pituita cur ut plurimum def- fluent in Dysenterijs.	12	Bilis, pituita, & melancholia subiectum huius febris.
Bilis flava sua acrimonatransiens abra- dit intestina.	31	Bilis est sicut spuma sanguinis.
Bilis non est causa Dysenterie.	23	Bilis a corpore exiens, non arguit hepar incensum.
Bilis secedit per aluum in Dysenteria.	23.	Bilis est naturalis, non excrementicia.
Bilis correctio, & iecinoris refrigeratio non est Dysenteriae curatio sed preser- vatio.	24	24.
Bilis una cum Dysenteria non gignitur.	23.	Bilis reperitur in vase felleo.
Bilis cessare potest, & iecoris feruor, & tamen vlcus remanere, & eius dispo- tio.	25	Bilis oritur cum sanguis generatur.
Bilis per totam internam tunicam per- meat.	24	Bilis in sanguine latet.
Bilis discedens a cisti fellis ad Duode- num, non abradit illud, nec consequen- tia intestina.	24	Bilem oportet frenare, & corrigerre calo- re hepatis, qui vlcus sanare vult.
Bilis fluens a iecore non abradit inte- na.	24	Balneum.
Bilis est naturalis, & nature necessaria.	24.	Balnea vtilia.
Bilis est prima ad motum.	24	Bona ex somno moderato manatia.
Bilis non indicat hepatis caliditatem.	22	Bubo causa febris ephimeræ.
Bilis & pituita humores facile fluxiles.		Balsami virtutes.
Bilis est ignea.	12	Balsamum quomodo debet incidi.
Bilis, & pituita colorem mixtum inter- aureum, & album efficiunt.	12	Balsami cognitio.
Bilis calida os ventriculi mordens sin- gultum efficit.	pag. 17	Balsami mirabiles virtutes.
Bilis pallida, siue flava difficile sanatur.		Balsamum adulteratur.
		Balsamum senescit.
		Balsami adulteratio cognoscitur.
		Balsami probatio.
		Balsami qualitates.
		Balsamum putatur ut ritis.
		Balsamum rbi nascatur.
		Balsamum cito nascitur.
		Balsamum pro triumpho.
		Balsami opiniones varia.
		C
		Vratio Dysenterie. Cap. 18. 36.
		Celiacus fluxus non habet omnino dam cruditatem.
		Calia-

I N D E X.

<i>Coeliacus fluxus à lyenteria differt.</i>	3.	<i>Colores varij, varias humorum species,</i>
<i>Carcinoma verum infra aurem doctra.</i>		& materiam preferunt.
pag. 252		12
<i>Corcinomatis natura.</i>	pag. 253	<i>Colores mixti, materias mixtas ostendunt.</i>
<i>Cancer similis cancro aquatico.</i>	253	pag. 12.
<i>Carcinomata cur non curantur.</i>	253	<i>Cordis melench. & morsus.</i>
<i>Cancri suis ramos internos habent.</i>	32	190
<i>Cancri carationem non admittunt.</i>	32	<i>Cachexia ad putredinem est disposita.</i>
<i>Cancrum extirpare est impossibile.</i>	18	73
<i>Carcinomata occulta non curantur, &</i>		<i>Caliditas hepatis non efficit Dysenteriam, nec econuerso.</i>
<i>curati cicias intereunt.</i>	18	21
<i>Carcinomata duplia.</i>	226	<i>Cuius naturae sunt humores, qui in Dysenterijs excernuntur.</i> Cap. 4 pag. 7
<i>Carcinomata cur sunt incurabili.</i>	228	
<i>Cancer sanari non potest, cuius humor</i>		<i>Chalybeata omnia Dysenterie conferunt.</i>
<i>non potest digeri, nec absumi.</i>	27	40.
<i>Cancer à flava bile generatur.</i>	254	<i>Colera quomodo fiat.</i>
<i>Cancri paliatua curatio.</i>	254	3.
<i>Cancri originem habent ab hepate nimis calido.</i>	18	<i>Colera est alui fluor.</i>
<i>Cor animæ sedes.</i>	207	2
<i>Cor primum generatur, ultimum moritur.</i>	819	<i>Consumptio corporis, quomodo fit.</i>
<i>Calor quomodo vitam alit.</i>	19.	8
<i>Calor conseruatur a' sanguine, eo modo</i>		<i>Cleopatre venenum.</i>
<i>quo ignis conseruatur ex lignis comburi idoneis.</i>	19	60
<i>Calor naturalis est opifex sanitatis.</i>	22.	<i>Cucurbitulis est utendum.</i>
<i>Calor nativus alitur à corde, sicut ignis à lignis.</i>	19	76
<i>Colores medij sunt per participationem</i>		<i>Confectio ad incrasandum & refrigerandum.</i>
<i>extremorum.</i>	13	219
<i>Color spleniticus unde.</i>	190	<i>Conserua pro melancholia.</i>
<i>Colores duodecim quomodo distincti, &</i>		108
<i>mixti conspiciantur.</i>	12	<i>Confectiones nonnullæ.</i>
<i>Combinationes varie.</i>	12	99
<i>Combinationes omnes à quatuor elementis fluunt.</i>	12	<i>Corruptio est de contrario in contrarium.</i>
<i>Colores varij diuersitatem diversum indicant, & varij humores à voto corpore fluere possunt, & à qualibet ipsius parte.</i>	13	11
		<i>Coitus dolores articulorum inducit.</i>
		149
		<i>Coitus caput debilitat.</i>
		256
		<i>Corpora à deleterijs tripliciter paciuntur</i>
		53.
		<i>Comparatio cur morbus Gallicus est contagiosus.</i>
		58
		<i>Coitus causa morborum.</i>
		198
		<i>Convulsionis causa multiplex.</i>
		199
		<i>Curt. & Mund. de Anatrom. Coli.</i>
		6
		<i>Confutat. opinionum de vescicantib.</i>
		81
		<i>Confec. in rotulis.</i>
		100
		<i>Caput pituitam atrahit.</i>
		63
		<i>Curationes diuerse morbi Galliti.</i>
		69
		<i>Contra epilepsiam.</i>
		126
		<i>Capitis inunctio pro epilepsia.</i>
		126
		<i>Curatio febris malignæ.</i>
		294
		<i>Ceruisia pedibus officit.</i>
		111
		<i>Consolatio de mortes nepotis.</i>
		121
		<i>Cura-</i>



I N D E X.

<i>Curatio febris putridæ.</i>	284	<i>ducere.</i>	pag. 33
<i>Conserua utilissima.</i>	pag. 160	<i>causa sine qua non.</i>	25
<i>Cortices conorum pini, & lenticisci sucus, Dysenterię maxime confert.</i>	46.	<i>causa vniuersalis Dysenteriae ab Hip. trahita.</i>	3
<i>Concoctio est naturae victoria.</i>	267.	<i>causa materialis pituitę.</i>	148
<i>Craſſi humores febrem putridam faciunt.</i>	142.	<i>causa materialis ischiadis.</i>	113
<i>Contraria contrarijs curantur.</i>	42	<i>causa difficultatis vrinae.</i>	128
<i>Coitus in debilibus cur maximenoxius.</i>	139	<i>cur dia dormire non potest.</i>	207
<i>Capitis grauitas, & vrinae subiugalis undeſit.</i>	187	<i>cur auditus non potuit restituiri.</i>	233
<i>Comparatio morbi Gallici.</i>	61	<i>cur dolor non sentitur in solutione continui.</i>	137
<i>Contrariorum eadem est disciplina.</i>	22	<i>cur in Dysenteria moriantur ægri.</i>	20
<i>Calida omnia excedentia cur Dysenterię nocent.</i>	39	<i>cur dicitur febris tertiana notha, maioris famae.</i>	134
<i>Criticę expulsiones à natura factę cum signis coctionis sunt bona.</i>	33	<i>cur flante Austo, fructus marcescant.</i>	
<i>Carnes optimę pag. 117. 243. 107. 222. 157. 144. 256. 132.</i>		<i>cur quidam causticis vtantur.</i>	86
<i>Carnes vitandae.</i>	151	<i>cur decipiantur Medici, & ex errore fiat Dysenteria longa, laboriosa, & lethalis.</i>	cap. 5. 9
<i>Casei & laetiſ mala qualitas.</i>	158	<i>cur in Dysenterijs longis licet natura compleuerit expulsionem, praua adhuc remanet Dysenteria.</i>	14
<i>Casta, et tamarind. stomacho nocent.</i>	158	<i>ceratum proſuffocatione.</i>	121
<i>Casta in Dysenteria non est vtendum.</i>	38	<i>ceratum ad ventriculum corroborandum.</i>	143
<i>Casta, & manna nimis laxant in fine.</i>	38	<i>ceratum quotuplex.</i>	262
<i>Causa febris procatarcticæ.</i>	164	<i>ceratum & lixiuam ad deprauatum auditum.</i>	174
<i>Causa debilitatis auditus.</i>	206	<i>cibi vitandi.</i>	174
<i>Causa ſurditatis.</i>	208. 233		
<i>Causa obſtruens qua sit.</i>	133	D	
<i>Causa vocem, & respiracionem impediens.</i>	141	<i>D<small>e</small> Dysenteria.</i>	6. 2. 2
<i>Causa cruditatis, & flatus.</i>	119	<i>Dysenteria cur fint lethales.</i>	18
<i>causa difficultatis respiracionis.</i>	151	<i>Dysenteria fit in corporibus sanis, & qui bus decausis.</i>	14
<i>causa mortifica.</i>	150	<i>Dysenteria leues, quandoque maiores fieri & lethales, Medicorum incititia probatum est.</i>	35
<i>caufe procatarcticæ Dysenteriæ efficienes.</i>	14	<i>Dysenteria utiles per accidens.</i>	29
<i>causa quibus ſequitur deratio.</i>	31		
<i>caufe tres febris ephemerae.</i>	211		
<i>caufe hydropem inducentes.</i>	111		
<i>caufe ephemerae mouentes.</i>	215		
<i>causa morbos sanitatem non potest pro-</i>			

Dysen-

I N D E X.

- *Dysenteria statim curanda est. pag.29
 Dysenteriam fluere quando potest permetti. 29
 Dysenteria est causa inflamat. iecoris, non econuerso. 55
 Dysenteria sola est subiectus prim Tract. pag.2.
 Dysenteria que sit ab ulceribus concerosis insanabilis est. 18
 Dysenteria oriens ab atrabile fluente ab ulcere canceroso lethalis est. 18
 Dysenteria non potest esse nisi cum ulcere intestinorum. 21
 Dysenteria oritur ex leui offensa in intestino Recto fatta. 14
 Dysenteria non est semper lethalis, quan do atrabilis humor conspicitur. 32
 Dysenteriae non semper fiunt ab humore fluente; in intestinorum cauitate. 32
 Dysenterie fiunt ab aliquo occulto abscessu, aut inflammatione. 32
 Dysentericis maxima salus bonos humores in superioribus venis adstringere. 41.
 Dysenteria que fundit humorem atrum lethalis est, quia ulcus est cancerosum, 27.
 Dysenterici quomodo hec tici euadunt. 8
 Dysenterici moriuntur, quia retentrix, & cōcoētrix facultates suis munerib. non funguntur. 20
 Dysenteria laborans, & humorem atrum excernens, an sit lethale sanguinum. 27
 Dysenteria considerandum est an excretionis critica, symptomatica an mixta. 27
 Dysenteria non est motus criticus, sed symptomaticus. 30
 Dysenteria que sit ab atra bile insanabilis est, quia nibil differt a cancro ul-
- cerato. pag.27
 Dysenteria fit longa, laboriosa & lethalis, cum sanguis ægrotat, & intestinum exulceratur. pag.31
 Dysenteriam fluere non est tutum. 29.
 Dysenteria cum cachexiam, vel atrophiam incepit facere, non potest combiberi, & ulcus potest fieri malignum præsertim in Recto. 30
 Dysenteria sepe fit ab acrimonia bilis. 25
 Dysenteria non curatur bilem temperando, & iecur refrigerando pulchro exemplo. 25
 Dysenteriae aliquæ sine febre præcedunt, & sunt. 11
 Dysenteria varijs ostendit colores, matérijs varijs defluentibus respondentes. 12
 Dysenteria duplex. 30
 Dysenteria fit sine iecoris affectione. 10
 Dysenteria fit ubi bilis, & pituita simul existunt. 31
 Dysenteria fit ex sanguinis corruptione. 31.
 Dysenteriae abradentes, quomodo fiant. pag.8.
 Dysenteria non lethalis. 27
 Dysenteria lethalis. 27
 Dysenterici euadunt hydropici. 26
 dysenterie insanabiles, & lethales. 27
 dysenteriam quomodo Hip. intelligat. 32
 dysenteria non fit semper ab humore acri. pag.32
 dysenteria fit ab rna, vel duabus abrasionibus. 24
 dysenterici perperam curantur. 10
 dysenteria que difficulter sanatur. 16
 dysenteria lethalis que. 16
 dysenteria non recte curatur. 24
 dysenteria vera, & propria quid sit. 5
 Dysen-

I N D E X.

dysenteriae duo genera.	9	dysenteria oritur in partu difficulti, & à flatu descendente, & disrumpente, tunicas, nec semper ab humore bilioso, et plerumque ab eo.	14
dysenteria qua curari non debet.	30		2
dysenteria non est motus criticus.	30		4
dysenteria confirmata est magnum symptomata.	30	diahæa alii fluor, & quotuplex contin-	4
dysenteria quot modis sumatur.	4	git.	3
dysenteria quomodo nomen acquirit.	5	diahæa fit vicio cerebri.	3
dysenteria est morbus longus, & lethalis.		diahæa fit à liene, & ab hepate.	3
pag. 1.		diahæa aluum liquidam facit.	3
dysenteria et si est morbus lethalis, ali-		diahæa quomodo differt à dysenteria,	3
quando tamen, est bona.	pag. 1	Tenesmo, lyenteria, & Cälico.	3
dysenteria non fit semper ab humore acri,		diahæa quomodo à pluribus causis ori	4
& quare.	32	potest.	4
dysenteria præ ceteris morbis requirit		diahæa à quibus causis proueniat.	4
Medicum doctum.	pag. 1	dispositiones nonnullæ in dysenteria præ-	
dysenteria requirit Medicum anathomie		cauendæ.	36
non ignarum.	1	diahæa vtilis fit dysenteria.	38
dysenteria duplex propria, et non propria,		dolores stomachi, & vagi qui sint.	246
& virtusque diffinio.	36	duodecim astringentissima.	44
dysenteriae futura preuiæ dispositiones re-		duodenum & ieunum intestina, cur raro	
centur.	pag. 36	vlercationes patiuntur.	7
dysenteria sanatur exsiccando, & adstrin-		duplex locus generationis pituitæ.	146
gendo.	4	de uno affirmare non possumus & nega-	
dysenteria non sanatur laxando.	4	re.	29
dysenteria propria dicitur vlcus intestino		diuisio tercianæ notæ.	133
rum.	5	destillationis origo.	209
dysenteria communis quid, & quot modis		destillatio quot mala producat.	154
accipiatur.	5	differentiæ tres morborum similarium.	
dysenteria duplex, altera quæ fit natura		pag.	58
ex se expellente nocua, altera quæ fit		diversi venenorum effectus.	59
vlcere irritante naturam.	14	diversimode contrahitur morbus Galli-	
dysenteria qua fit natura expellente no-		cus.	62
cua fit in corporib. ægris, vel non om-		de dysuria.	127
nino sanis, seu neutris.	14	dysuria remedia.	129
dysenteria oritur ab extremis, nimio fri-		dysuria inunctio renum.	131
gore, calore, nimio potu meri, vel		de Impetigine gallica.	227
aqua, vel crapula.	14	de Hydrope ascide ob hæmorrag.	193
dysenteria manat à pluribus causis pro-		de Ascensi vteri.	118
catarcticis, nempe esu conchiliorum,		de Excretione sanguinis.	137
ostrearum, medic. scammoneato, cli-		de depravato auditu.	172
stere nimis calido, & huiusmodi.	pa. 14	de Hystericis passionibus.	263
		de	

I N D E X

<i>de Suffusione, ceu cataracta, et de cancro.</i>		<i>difflatio prohibet putredinem.</i>	<i>133.</i>
<i>pag.</i>	<i>225</i>	<i>duricies ventriculi transitum prohibet</i>	
<i>de Melancholia.</i>	<i>104</i>	<i>nutrim.</i>	<i>170</i>
<i>de Hernia.</i>	<i>160</i>	<i>diffinitio Melancholici affectus.</i>	<i>104</i>
<i>de Mania.</i>	<i>175</i>	<i>diffinitio Almanar de Morbo Gall.</i>	<i>51</i>
<i>de Conuulsione, palpitatione, & capitis dolore.</i>	<i>197</i>	<i>diffinitio quid nominis morbi Gallici.</i>	<i>48.</i>
<i>de Epilepsia.</i>	<i>121</i>	<i>diffinitio formalis morbi Gallici.</i>	<i>49</i>
<i>de ischiade Gallica, et quid sit.</i>	<i>113</i>	<i>diffinitio febris pestilentialis.</i>	<i>72</i>
<i>de humore ædematoſo.</i>	<i>110</i>	<i>diffinitione cognoscitur natura rei.</i>	<i>4</i>
<i>de vomitu, dolore, & obstructione.</i>	<i>109</i>	<i>decoctum pro syrupo.</i>	<i>116</i>
<i>de mala ventriculi affectione.</i>	<i>141</i>	<i>decoctum, conserua, & puluis optima.</i>	
<i>de natura ulcerum intestinorum. cap. 9.</i>		<i>pag. 96.</i>	
<i>pag. 15.</i>		<i>decoctum ad herniam.</i>	<i>161</i>
<i>de articulorum dolore, & mictione arenularum pro Reuerendiss. Episc. &c.</i>		<i>decoctum ligni Guaiaci mirab. effect.</i>	<i>185</i>
<i>pag. 259.</i>		<i>decoctum ad deprauatum auditum.</i>	<i>174</i>
<i>de varijs coloribus eorum quæ excernuntur in dysenteria. cap. 7.</i>	<i>12</i>	<i>decoctum pro epilepsia.</i>	<i>125</i>
<i>de febre duplii terciana maligna.</i>	<i>186</i>	<i>decoctum, ad corrig. ventriculum, & cerebrum.</i>	<i>158</i>
<i>de febre maligna pro aggregio iuxene.</i>	<i>294</i>	<i>decoct. ligni, salsa sassafras, & cinnæ impinguat.</i>	<i>236</i>
<i>de febre terciana notha.</i>	<i>132</i>		
<i>de febre duplii terciana.</i>	<i>163</i>		
<i>de diuersis morbis simul. pag. 180.</i>	<i>149.</i>		
<i>239. 231. 189. 204. 154.</i>			
<i>difficultas intestinorum lethalis est.</i>	<i>27</i>		
<i>difficultas intestinorum abrasio in summa parte intestinis.</i>	<i>27</i>		
<i>difficultas atrabilis est insanabilis.</i>			
<i>pag. 27.</i>			
<i>difficilis curatio febris putridæ.</i>	<i>134</i>		
<i>difficilis curatio cachexie.</i>	<i>196</i>		
<i>difficilis curatio hydropis.</i>	<i>196</i>		
<i>difficilius sanantur qui vleere in gracilibus intestinis effecto laborant.</i>	<i>40</i>		
<i>descriptio balsami.</i>	<i>281</i>		
<i>duo consideranda in Chirurgia.</i>	<i>109</i>		
<i>duo vreteria vasa.</i>	<i>62</i>		
<i>duo spermatica vasa.</i>	<i>62</i>		
<i>duo modi curandi dolorem nephriticum.</i>			
<i>pag. 286.</i>			
		<i>Elementa in sua puritate corrumpi non possunt.</i>	<i>72</i>
		<i>Extra</i>	

I N D E X.

<i>Extra nos aer, intus spiritus.</i>	218	F
<i>Ex putrefacione humorum, diuersæ sunt febres.</i>	213	
<i>Experientia vera est quæ cum ratione incedit.</i>	26	
<i>Empirici absque philosophia, & arte medentur.</i>	27	
<i>Excrementorum portio utilis, & inutilis.</i>	8	
<i>Excrementa sursum non petunt, nisi in volvulosis.</i>	4	
<i>Excretio symptomatica non potest fluxum sedare.</i>	34	
<i>Excretio critica, ex coctionib. iudicatur, quæ cum sint bona, Dysenterici cito sanantur.</i>	28	
<i>Excretio critica cum signis cruditatis fit symptomatica, & sanatu difficultis. pag. 28</i>		
<i>Excretio de nocivis humoribus facta licet Dysenteriam faciat, non est symptomatica.</i>	13	
<i>Excretio cum modum excedit, & postquam euacuavit. remanet vlcus, est Dysenteria symptomatica.</i>	13	
<i>Excretio triplex.</i>	28	
<i>Excretio critica non impeditur.</i>	28	
<i>Excretio critica fit symptomatica.</i>	28	
<i>Excretio critica quomodo indicatur.</i>	28	
<i>Excretiones critica sunt bona.</i>	28	
<i>Excretio symptomatica difficultis sanatu. 28.</i>		
<i>Excretio mixta quomodo curatur.</i>	28	
<i>Excretio critica dimittenda, symptomatica curanda est.</i>	29	
<i>Excretio critica fit à natura valente, Dysenteria à causa morbosa.</i>	29	
<i>Exemplum de quodam iuuene.</i>	65	
<i>Elettuarium valde conferens.</i>	98	
<i>Elettaria varia.</i>	100	
<i>Epitema hepaticum.</i>	100	
	127.	
<i>Fluor alui à natura factus viuendi ratio- ne sanatur.</i>	37	
<i>Fluxus fluxu curatur, quomodo debet intelligi.</i>	33	
<i>Fluxus criticus cur nec fluxu symptoma tico, nec fluxus symptomaticus eodem fluxu sanari potest.</i>	33	
<i>Fluxus non sedatur remedij actu, & potentia humidis, aut calidis, sed magis laxatur alius.</i>	35	
<i>Fluxus duplex criticus, & symptomati- cus.</i>	33	
<i>Fluxus criticus, fluxu critico sanatur. 33.</i>		
<i>Fluxus symptomaticus, fluxu critico sa- natur.</i>	33	
<i>Febris quomodo generetur.</i>	149	
<i>Febris pestilentialis quomodo fit.</i>	72	
<i>Febres tertianæ notæ diuersæ.</i>	163	
<i>Febres malignæ ex insigni humorum pu- tredine oriuntur.</i>	II	
<i>Febris mouet bubonem, & econuerso. 212.</i>		
<i>Febris ephemera cur non fit heclica, aut putrida</i>	212	
<i>Febris intermittens, non potest esse pu- trida.</i>	155	
<i>Febrilis calor, magis calescit vessicanti- bus.</i>	176	
<i>Facultates naturæ sunt quatuor.</i>	22	
<i>Facultates intestinorum quomodo colla- buntur.</i>	8	
<i>Forma specifica febris notæ.</i>	133	
<i>Frigiditas naturæ opus non ingreditur. pag. 4.</i>		
<i>Fuligo ascendens, vigilias inducit.</i>	88	
<i>Fonticuli icores hepatis euacuant.</i>	229	
<i>Fonticuli tres preparandi pro epilepsia.</i>		

Qq

Frigi-

I N D E X.

<i>Frigida, sicca, & adstringentia, fluxui conferunt.</i>	<i>Humores dum sunt in venis sunt incorrupti, dum recedunt corruptuntur.</i>
<i>Fabula de morbo Gallico.</i>	<i>pag. 39</i>
<i>Fracastorij opinio reiecta.</i>	<i>50</i>
<i>Fracastorij carmina de morbo Gallico.</i>	<i>53</i>
<i>Francisco Arquato Medico de Mania.</i>	<i>50.</i>
<i>Fructus boni concedendi agrotis.</i>	<i>223</i>
<i>Fructus vitandis, & aues.</i>	<i>222</i>
<i>Fercula bona, & herbe.</i>	<i>243</i>
<i>Fomentum ad arcendos dolores.</i>	<i>271</i>
	<i>Humorum reliquiæ sunt educenda. 251</i>
	<i>Humores extra sua vasa putrescant. 83</i>
	<i>Humores sunt alimenta, & excrementa pag. 8</i>
	<i>Humores per uefficantia non trahuntur. 92.</i>
	<i>Humores melancholici sunt in liene. 156</i>
	<i>Humor frigidus, & siccus ineptus. 106</i>
	<i>Humores intercipere oportet, & incrass-</i>

G

G aleni opinio de Dysenteria.	44
Galeni verba de Dysenteria, quo- modo intelligenda.	32
Galenus de natura fluxuum.	9
Galeni verba male intellecta.	23
Galenus statuit Dysenteriam fieri sine iecoris affectione, & medici decipiū- tur de illo non curantes.	10
Galenus de vescicantibus non est locutus.	90.
Gangrena iam corrupta sphacelus dici- tur.	16
Gonorrhaea quid sit.	181

三

H ippocrates de Dysenteria plura lo-	
cutes est Galeno.	31
Hipp. opinio de sananda Dysenteria.	43
Hipp. quomodo sit intelligendus.	5
Hipp. dictum.	224
Hipp. sent. 4. de Morb. popul.	43
Humida omnia cur Dysenteriae contrar-	
riantur.	39
Humor melancholicus in excrementis	
non est dicendus lethalis.	28

Humores dum sunt in venis sunt incor- rupti, dum recessunt corrupti.	11.
Humorum reliquiae sunt educenda. 25	1
Humores extra sua vasa putrescant. 83	
Humores sunt alimenta, & excrements pag. 8	
Humores per uescantia non trahuntur. 92.	
Humores melancholici sunt in liene. 15	6
Humor frigidus, & siccus ineptus. 106	
Humores intercipere oportet, & incrass- are, non fluidos reddere, qui ruit sa- nare ulcus.	25
Humores sunt incrassandi	41
Humores sunt adstringendi, & quare. 41.	
Humores in suis vasibus non sunt praui. 41	
Humores inter se colore differunt, & etiam icores; & quare.	13
Humores icores, & colores continent in venis magnis resident, nec puri, sed semper mixti.	13
Humores tribus modis intercipiuntur 39.	
Humores semper sunt mixti in magnis venis.	13
Humorum preparatio. 173. 108. 200. 203. 283. 229	
Humores acres, & corrupti, per cauita- tem intestinorum permeant.	32
Humores sunt variae naturae qui in Dy- senterijs excernuntur.	7
Humor praus expulsus per intestina, faciens excoriationem, & Dysente- riam, utrum sit symptomatica necne. 13.	
Humores singuli proprium colorem ha- bent, & mixti mixtum itidem.	8
Humor praus cur debet astringi.	41
Humores acres, & corrupti abradunt intesti-	

I N D E X.

<i>intestina.</i>	<i>pag. 31</i>	<i>Inflammatio maxima ex longo humo- rum concurso.</i>	<i>35</i>
<i>Humor praus, & caloris extincio spha- celum efficit.</i>	<i>16</i>	<i>Intestina sunt sex.</i>	<i>5</i>
<i>Humiditates à capite descendunt.</i>	<i>208</i>	<i>Intestina omnia cur exulcerantur.</i>	<i>7</i>
<i>Humiditates semper in corpore conti- nuant.</i>	<i>14</i>	<i>Intestina omnia sunt locus affectus Dy- senterie.</i>	<i>6</i>
<i>Humiditatis est semper fluere.</i>	<i>15</i>	<i>Intestina receptaculum omnium sordium III.</i>	
<i>Habenda est ratio iecoris, & ulceris.</i>	<i>10</i>	<i>In Ileo intestino fiunt rashes.</i>	<i>7</i>
<i>Hemoptoia & passionis cognitio.</i>	<i>246</i>	<i>Ileon intestinum cursè patitur rashi- nes.</i>	<i>7</i>
<i>Hydrophobia quid sit.</i>	<i>60</i>	<i>Illico intestino maximi dolores fiunt.</i>	<i>6</i>
<i>Hernia unde fiat.</i>	<i>160</i>	<i>Ileon, Colon, & Rectum cur facilius ul- cerantur.</i>	<i>19</i>
<i>Hernia intestinalis que sit.</i>	<i>161</i>	<i>Ileon cur obnoxium est ulcerationi, & apostemati.</i>	<i>19</i>
<i>Hemorrhoides dupliciter hydropem in- ducunt.</i>	<i>194</i>	<i>In Recto Dysenterie oriuntur, & quare. pag. 7.</i>	
<i>Hydrops unde oriatur.</i>	<i>196</i>	<i>In Recto facilimè fistulae fiunt.</i>	<i>18</i>
<i>Hydrops ascites duplex.</i>	<i>195</i>	<i>Intestino ægrotante sequitur derasio & exulceratio.</i>	<i>32</i>
<i>Hydrops ascites, & eius natura.</i>	<i>195</i>	<i>Intestinorum propria nomina, & quare sic appellata</i>	<i>6</i>
<i>Hydrops est morbus mortalis.</i>	<i>111</i>	<i>Iecur, & sua, & totius corporis excre- menta in ventrem dimittit.</i>	<i>13.2</i>
<i>Hydrops vicio iecoris contingit.</i>	<i>111</i>	<i>Iecur quomodo calefiat.</i>	<i>142</i>
<i>Hepar fons atre bilis infinitas radices pullat, licet venæ omnes euelli pos- sent.</i>	<i>18</i>	<i>Iecur humorem gignit melancholicum. 183.</i>	
<i>Hepar licet sit calidissimum, & stoma- chus frigidissimus, utrisque facile me- deri potest.</i>	<i>10</i>	<i>Iecur multa mala producit.</i>	<i>250</i>
<i>Hepar chylum non recipiens, non potest sanguinem generare.</i>	<i>20</i>	<i>Iecur refrigeratum hydropem efficit. 250.</i>	
<i>Hepar nullum in caliditate excessum ha- bet, fluenta bile.</i>	<i>23</i>	<i>Iecoris & ventriculi defectus.</i>	<i>290</i>
<i>Hepar licet sit feruentissimum, non est semper curandum frigidis.</i>	<i>23</i>	<i>Iecur refrigeratum quid sequitur.</i>	<i>290</i>
<i>Hepar calidum est causa generationis bi- lis.</i>	<i>23</i>	<i>Iecinoris inunctio.</i>	<i>96</i>
I			
<i>In Dysenteria consumata, nigra deij- ciuntur.</i>	<i>28</i>	<i>In iecore sanguis biliosus generatur. 211</i>	
<i>In Dysenteria quatuor scopis sunt perpen- dendi.</i>	<i>39</i>	<i>In hepatis inflammatione singultus ma- lum.</i>	<i>aphor. 17. lib. 7. 17</i>
<i>Insignis inflammatio in Dysenteria.</i>	<i>34</i>	<i>Iecinoris caliditas est in causa Dysent. non autem econuerso.</i>	<i>34</i>
		<i>In iecore ad refrigiditatem vergente ge- neratur ea bilis portio, que proportio-</i>	
		<i>Qq 2 nere-</i>	

I N D E X

ne respondet sanguinis, & aliorum humorum.	pag. 24	Inunctio stomacho, & dorso.	pag. 101
Iusflammatio aliunde non prouenit, quam ex longo, largoque humorum omnium concursu.	34		
Inflammatio maxima hepatis ob longam Dysenteriam.	34		
In corpore quatuor naturales humores ex alimentis generantur.	24		
Inflammatio magna ventriculum premens singultum efficit.	17		
Ischiadis signa.	113		
Iusquiami seminum diuersi effectus.	140		
Inter deleteria cur aer pestilens cicius interficiat.	59		
In articulorum doloribus, necessaria est venæ sectio.	146		
In venis fomes putredinis reperitur.	87		
In malignis febribus currumpitur sanguis.	92		
Intermittentes febres sunt salutares.	135		
Inordinatae febres.	191		
In quibus sint morbi.	137		
In febribus cæstardor.	213		
In terciana corpus velociter calcifi.	132		
Inapetentia ventriculi unde fit.	190		
Inapetentia unde dependeat.	182		
Indicatio febris fixæ.	294		
Indicatio refrigerandi, & obtundendisanguinis acrimoniam.	139		
Indicationes excreationis sanguinis.	138		
Indicationes febriſ procatarcticæ.	164		
In astate graui, vena sectio non est admittenda.	165		
In senibus venæ sectione vires decidunt.	165.		
Incrassatio fit per euaporationem partium aquearum.	18		
Icores humorum differunt colore.	13		
Ignis & terra tarde corrumpuntur.	72		
Inunctio morbi Gallici.	68		
		L	
		Tenteria cur cruda egeruntur.	3
		Locus affectus Dysenteriae.	6
		Locus proprius ad curandum Melanch.	168.
		Lac & serum utilissima mendicamenta in Dysenteria.	43
		Laborantes gracilibus intestinis difficultius sanuntur.	40
		Legumina bona & rotis concedenda.	233
		Longitudo Balsami	281
		Labes Gall. non est simplex sed mixta.	56
		Luxuria maximum damnum.	67
		Lapis lacte extintus.	43
		Linimentum ad ventriculum corroborandum.	159
		M	
		Otus criticus fit symptomaticus	14.
		Motus nimius calorem consumit.	224
		Marasmus quibus oriatur.	114
		Maligna febris, absque clisteribus sanatur.	93
		Massa sanguinem quatuor in se humores continet.	13.
		Morbus Gallicus non generatur, ex pranis cibis.	55
		Morbus Gallicus pessimus.	63
		Morbus Gallicus per concubitum maxime contrahitur.	64
		Morbus Gallicus sine ligno guaiaco non curatur.	48
		Morbus Gallicus non bene curatus, peior efficitur.	61
		Morbus Gallicus est contagiosus, & occultus.	60
		Morbus	

INDEX.

<i>Morbus Gallicus non potest perfecte cognosci.</i>	<i>pag. 57</i>	<i>Melior electio de extrahendo sanguine.</i>
<i>Morbi Gallici vera diffinitio.</i>	<i>57</i>	<i>pag. 109.</i>
<i>Morbi varijs quomodo incipiunt.</i>	<i>10</i>	<i>Melius est cancros non curare.</i>
<i>Morbi contagiosi manifesti.</i>	<i>60</i>	<i>Acala ex somno immoderato prodeuntia.</i>
<i>Morbi contagiosi occulti.</i>	<i>60</i>	<i>Mordax humor est causa Dysenterie.</i>
<i>Morbi venenosit tantum.</i>	<i>59</i>	<i>23.</i>
<i>Morbi venenosi, & contagiosi simul.</i>	<i>59.</i>	<i>Mordax humor est causa affectus.</i>
<i>Morbi plurimi sola viuendi regula sanantur.</i>	<i>294</i>	<i>Melancholici epileptici euadunt, & conuerso.</i>
<i>Modus demulcendi dolorem.</i>	<i>148</i>	<i>124</i>
<i>Modus sumendi aquam Testicij.</i>	<i>192. 120.</i>	<i>Melancholia duplex.</i>
<i>Modus faciendi balsamum.</i>	<i>217</i>	<i>228. 13</i>
<i>Modus humores preparandi.</i>	<i>115</i>	<i>Melancholia origo.</i>
<i>Modus preparandi pituitam crassam.</i>	<i>143.</i>	<i>Melancholia duplex differentia.</i>
<i>Modus viuendi in hypocarsto.</i>	<i>117</i>	<i>Melancholia lethalis qua sit.</i>
<i>Modus faciendi ligni gualaci decoctum.</i>	<i>260.</i>	<i>Mania pessimum insaniae genus.</i>
<i>Modus argumentandi viciosus.</i>	<i>89</i>	<i>Maniae cause.</i>
<i>Medici impericia morbus fit peior.</i>	<i>89</i>	<i>Maniaci curatio.</i>
<i>Medici empirici qui sint.</i>	<i>20</i>	<i>Maniaci imaginatio.</i>
<i>Medici insciij ut plurimum hepar vellent.</i>	<i>9</i>	<i>Medicamentum ad maniam.</i>
<i>Medici preservatiui, non curatui qui sint,</i>	<i>24.</i>	<i>277</i>
<i>Medicus singultum cognoscens aegru saluabit, aliter interficiet.</i>	<i>36</i>	
<i>Medicam. mater. phleg. minuens.</i>	<i>171</i>	
<i>Medicina qua venenum arcent.</i>	<i>95</i>	
<i>Medicam. ruptorum.</i>	<i>101</i>	
<i>Medicam. pro alui flaxione.</i>	<i>191</i>	
<i>Medic. bilem, & pituitam expurgans.</i>	<i>216.</i>	
<i>Medicam. humorem melancholic separans.</i>	<i>184</i>	
<i>Medicam. ad corroborandum.</i>	<i>479</i>	
<i>Medicam. gratum utile, & regium.</i>	<i>216</i>	
<i>Magis, & minus non variant species.</i>	<i>52</i>	

N

<i>N</i> on ignoranda signa Dysenterica fluxionis ab hepatica fluxione, nec quot modis hepar imbecille fiat.
10.
<i>Non solum ulcera intestinorum, sed natura ipsa Dysenteriam efficit.</i>
14
<i>Non omnia in Dysenteria exeuntia sunt prava, & quare.</i>
11
<i>Non omnis bilis flaua generatur ab excessu caloris hepatis.</i>
23
<i>Non omnia animalia habent hepar in censem.</i>
24
<i>Non oportet in dies mutare remedia in Dysenteria.</i>
40
<i>Non est malignus humor qui per vessicantia renellitur.</i>
91
<i>Non est ante tempus, quod in omni tempore fieri potest.</i>
122
<i>Nullum praestansius remedium ligno san-</i>

I N D E X.

<i>sancto.</i>	pag. 70	<i>Omne genus ulceris in intestinis potest reperiri.</i>	<i>pag. 16</i>
<i>Natura operationem suam perficit per nutricionem.</i>	22	<i>Omnium rerum est vicissitudo.</i>	122
<i>Natura non patitur vacuum.</i>	8	<i>Origo difficultatis urinæ.</i>	127
<i>Naturæ facultates quatuor.</i>	22	<i>Omnis humor icorem habet.</i>	13
<i>Naturæ triplici motu utitur.</i>	93	<i>Opus naturæ bonum, non est diuentendum.</i>	248
<i>Naturæ motus inspiciendi sunt.</i>	93	<i>Occclusio putredinem generat.</i>	187
<i>Natura satura decoctum respuit.</i>	238	<i>Operationes facultatum naturæ.</i>	22
<i>Non est querendus aliis motus perues- fican.</i>	93	<i>Odoramenta utilia.</i>	179
<i>Nutritio corporis quomodo fit.</i>	8	<i>Obstructiones circa iecur, & lienem, quid efficiant.</i>	190
<i>Nutrix infecto lacte filium inficit.</i>	62	<i>Opinio contraria morbi Gallici.</i>	49
<i>Neglectio iecore ulceri mederi periculo- sum est.</i>	9	<i>Opinio nonnullorum erronea.</i>	54
<i>Nisi fluidum reddatur corpus, expurga- ri non potest. & quomodo fit.</i>	157	<i>Opinio multorum de Dysenteria.</i>	44
<i>Nausea est motus deprauatus.</i>	169	<i>Opiniones falsæ surdum, & cæcum homi- nem redditum.</i>	2
<i>Nigrae ægestiones non arguunt lethalem Dysenteriam.</i>	27		
<i>Nothi, & Zephirinatura, & effectus.</i>	204. 205		
<i>Nothus, & Zephyrus peiores Venetijs euadunt.</i>	205		

O

<i>Ordo curationis Dysenteriae.</i>	31
<i>Ordo & munus singulorum inter- norum in vita conseruanda.</i>	20
<i>Ordo procedendi in febre pestilentiali.</i>	71.
<i>Ordo seruandus in comedendo.</i>	213
<i>Organizatio totius corporis, & munus singulorum intestinorum.</i>	8
<i>Obstetrix inficit filium manibus.</i>	62
<i>Ossa humana doloribus articulorum con- ferunt.</i>	148
<i>Ordo procedendi in morbo Gallico.</i>	47.
<i>Olera optima.</i>	107. 223.
<i>Omne animal generat bilem.</i>	222.
<i>Omne aquacum est resolutum.</i>	18

P

<i>Pessimæ Dysenteriae singultum ostendunt.</i>	34
<i>Pro Clarissima D.N. quæ ob dominutos menses &c.</i>	282
<i>Pro Illustri virginе hemoptoicam pa- sionem paciente.</i>	246
<i>Pro nobili iuuenie iecoris, & ventriculi defectibus laborante.</i>	290
<i>Pro nobili germano, 40. annorum de tumore inter anum &c.</i>	242
<i>Pernicies maxima laboranti Dysente- ria hepatico mederi velle.</i>	10
<i>Preparatio humorum.</i>	pag. 200. 203. 283. 229.
<i>Pro nobili virginе, defebre dupli- ciana, &c.</i>	284
<i>Pro Illustri viro dolore nephriticō labo- rante &c.</i>	285
<i>Pituita dolores efficit.</i>	286
<i>Pituita caufa materialis dysuria.</i>	128.
<i>Pituita est humida.</i>	12
	<i>Pituita</i>

I N D E X.

<i>Pituita diuersos producit morbos.</i>	113	<i>Podagrī dolores, quadraginta diebus sanantur.</i>	pag. 146
<i>Pituita crassa pessima mala producit.</i>		<i>Posita causa ponitur effectus, & econseruo.</i>	<i>Gal. 1. de loc. affect. c. 2. 21</i>
142.		<i>Præsidia pro epilepsia.</i>	134
<i>Pituita à capite fluit.</i>	202	<i>Potus in pestilentiali febre exhibend.</i>	99
<i>Pituita calorem debilitat.</i>	250	<i>Pluimū decipiuntur nonnulli in inicandis excrementis.</i>	cap. 6. 11
<i>Pituita effectus varij.</i>	63. 142	<i>Prima opinio de morbo Gallico reiectur.</i>	52
<i>Plures morbi ab una causa.</i>	285	<i>Propagines venæ cauæ totum corpus obtinent.</i>	8
<i>Præparatio ligni guaiaci.</i>	241	<i>Pruritus vehementis effectus, & unde fit.</i>	227
<i>Præparatio ne labatur in affectum alterius auris.</i>		<i>Pruritus à duplice causa oritur.</i>	228
<i>Partes robustæ excrementa ad internas partes diffundunt.</i>	86	<i>Pila odoranda.</i>	96. 218
<i>Perfecta ratio viuendi.</i>	144	<i>Pila dessicans.</i>	97
<i>Paralysis leuis est apoplexia.</i>	257	<i>Pillulae præparatae utiles.</i>	97
<i>Paralysiū vtilia.</i>	259	<i>pillule ad leniendum alumum.</i>	220
<i>Palpitatio quid sit.</i>	219	<i>Pisces quis sint vitandi,</i>	222. 289
<i>Palpitacionis cause.</i>	210	<i>Pisces petrosi optimi.</i>	223. pag. 177. 223.
<i>Palpitatio sentitur sub pleura.</i>	210	<i>Talustres aues sunt fugienda, & qua.</i>	
<i>Periculum hectica, & phthisica.</i>	151	144.	
<i>Phlegmon efficit febrem continuam.</i>		<i>Puluis optimus.</i>	98
134.		<i>Puluis ad berniam.</i>	162
<i>Phlegmonis origo.</i>	214	<i>Puluis ad leuandum dolorem.</i>	109
<i>Papule signum mortis.</i>	213	<i>Puluis mirabilis pro Dysenteria.</i>	46
<i>Prisci vessicantibus non sunt usi.</i>	90	<i>Puluis ad exficcand. destillationem.</i>	159
<i>Plurima adstringentia.</i>	42		
<i>Plenitudo rei quid agat, & unde oritur.</i>	181		
<i>Pus si expurgatur, & recedat inflam. vclus sanatur.</i>	18		
<i>Prefocacionis veteri effectus varij.</i>			
118.			
<i>Præsidia ventriculi male affecti.</i>	143		
<i>Preservatio à morbo Gallico.</i>	67		
<i>Probat. cause form. & efficient. morbi</i>			
49.			
<i>Peculiaris pestis ab uniuersali febre maligna differt.</i>	87	<i>Quæ indicationes a symptomatibus bau-</i>	
<i>Principia scientiae contraria falsam eam ostendunt.</i>	78	<i>riuntur.</i>	157
<i>Primum genus inflammationis.</i>	17	<i>Quæ debilitas sit in articulis.</i>	146
<i>Primus gradus morbi Gallici.</i>	64	<i>Quæ sunt vitanda.</i>	243
		<i>Quæ crassos humores generant.</i>	132
		<i>Quæ efficit tussim.</i>	137
			<i>Quæ</i>

Q
Væ callere debet Medicus, pro exata Dysenteria cognitione. cap.

3. 5.	
<i>Quæ indicationes a symptomatibus bau-</i>	
<i>riuntur.</i>	
<i>Quæ debilitas sit in articulis.</i>	146
<i>Quæ sunt vitanda.</i>	243
<i>Quæ crassos humores generant.</i>	132
<i>Quæ efficit tussim.</i>	137

I N D E X.

- Quæ viscera attemperant. pag. 238
 Quæ caput, ventr. iecur, lienem, & art.
 respiciunt. 148
 Quæ facile in sanguinem mutantur. 154
 Quæ motui corporis deseruunt. 145
 Qui non curant de iecore, decipiuntur. 10
 Quæ efficit tussim. 137
 Qui pisces sint boni. pag. 177. 223. 243.
 Qui pisces sint vitandi, & edulia. 114
 Quidam sudandi modus ceteris utilior. 258.
 Quibus vessicantia conficiantur. 79
 Quilibet calor, & dolor, attractionem
 non facit. 84
 Quicunque generat sanguinem oportet
 bilem generare. 24
 Qua progredivit saluatellæ vena. 165
 Quantu[m] refert sanguinem mittere. 77
 Quo magis bona sunt alimenta, eo ma-
 gis fætent excrementa, ex Arist. 11
 Quo vino vtendum sit tempore pestis. 102.
 Quo vino vti debet melancholicus. 107
 Quos febrire est impossibile. 187
 Quare moereat & timcat. 175
 Quare diminuitur calor. 194
 Quare auris auditus imminuat. 172
 Quid in primo Tractatu agendum sit.
 Cap. I. I.
 Quid sit comedendum. 43
 Quid sit melancholicus affectus. 106
 Quid sit motus depravatus. 150
 Quid sit tussis. 137
 Quid sit vrina subiugalis. 187
 Quid sit ante omnia considerandum in
 Dysenteria, alijsque aliisfluxionibus.
 Cap. I. 4. 28.
 Quid somnum prohibeat. 212
 Quatuor gradus morbi Gallici. 64
 Quatuor humores, quatuor elementis re-
 spondent. 8
- Quatuor humores varias colorum spe-
 cies ostendunt. pag. 12
 Quatuor canales, per quos morbus de-
 fertur. 62
 Quantus gradus morbi Gallici perni-
 ciosiss. 65
 Quarta opinio de morbo Gallico. 51
 Quando per uenam sectam sanguis non est
 extrahendus. 188
 Quando in Dysenteria à medicamentis
 est abstinentia. 38
 Quando ægri deficiunt, & per resolutio-
 nem moriuntur. 20
 Quando corpus expurgatione non aget.
 40
 Quando sanguis non est educendus. 76
 Quando sanguis est mittendus. 76
 Quomodo in hypotomiam labitur. 270
 Quomodo vessicantia humores malignos
 trahant. 79
 Quomodo à vena causa alimenta reci-
 piantur, & mediante iecore exer-
 nuntur excrementa. 8
 Quomodo sanentur Dysenterici, & qua-
 sit radix sanitatis. Cap. I. 2. I
 Quomodo aer pestilentiam inducit. 72
 Quomodo deficiente sanguine deficit
 vita. 20
 Quomodo vita alitur, & restauratur. 20
 Quomodo, & quandiu est dormiendum.
 289.
 Quomodo humores pituitosi, & biliosi
 prohibeantur. 260
 Quomodo Janies in ulceribus generatur.
 91.
 Quomodo actio corporis laeditur. 145
 Quomodo fiat sitis, in frigideitate mem-
 brorum. 194
 Quomodo corpora à Dysenteria præser-
 uari possunt. 36
 Quomodo natura ad symmetriam redu-
 citur.

I N D E X.

citur.	pag. 42	Racio obstrueti vasis menstrualis . pag.
Quomodo humores in cerebro dissoluuntur.	236	118.
Quomodo destillatio prohibeatur. pag.		Responsiones contrariae inter se. 79
151.		Regius morbus , quomodo fit . 249
Quomodo in capite contrahitur epilepsia per essentiam.	123	Remoto agente, actio remouitur . 85
Quomodo moriantur Dysenterici. cap.	10. 19.	Relictis causis remotis, de vicinis agitur.
Quomodo primo, & secundo fit lesio facultatis.	180	37.
Quomodo febris duplex terciana continua facta est.	186	Relinquenda est regio pestilens . 75
Quomodo febris continua maligna efficiatur.	186	Regula vietus dimidia est curatio. 221
Quomodo coeretur humoris acrimonia.	39.	Rectum intestinum , magna ulcera admittit . 30
Quomodo ad coctionem reducuntur humores.	39	Rectum, colon, & Ileum, cur ceteris frequentius exulcerentur . 7
Quomodo consolidatur incepta abrasio.	39.	Rectum cur plurimas ulcerationes pestis patitur . 7
Quomodo fit morbus Regius.	249	Rectum præ ceteris ulcera , & inflamaciones patitur . 19

R

R adices plurimæ trahunt atram billem exustam ad ulcus ipsum cancerosum facientes.	18
Radices ulcus cancerosum efficientes euelli non possunt.	18
Rami venarum ferunt atrabilarem humorem ad ulcus, quo continuo exasperatur.	32
Recta viuendi ratio quæ sit. pag.	288.
Renutricio quid sit.	158.
Racio quia lignum Guaiacum est probum.	202
Racio vera est quæ ab experientia non sciungitur.	70

S	Anguis corruptus , bilis , & pituita sunt in causa ut intestinum aegrotet.
	32.
Sanguis suam generationem ex alimentis obtinet.	19
Sanguis calorem cordis conseruat. pag.	
Sanguinis diuersi effectus.	105
Sanguis statim mittendus est in Dysenteria.	38
Sanguis quando sisti debet.	135
Sanguis melancholicus quomodo dignoscatur.	
Rr	

I N D E X.

<i>Seatur.</i>	168	<i>Situs ilei, coli, & Recti intestinorum.</i>
<i>Sanguis, & melancholia, simul mixtum colorem spadicem faciunt.</i>	12	7.111.
<i>Sanguis per uenam settam non est mit tendus.</i>	77	<i>Singultus causa non est effusio bilis, ad os ventriculi.</i>
<i>Sanguis vita thesaurs.</i>	213	35
<i>Sanguis menstruus, vario efficit morbos.</i>	118	<i>Singultus causa est maxima iecoris inflammatio.</i>
<i>Sanguis generatur in iecore ex chylo.</i>	20.	35
<i>Sanguis tribus causis à venis purgatur.</i>	138.	<i>Species tres morborum.</i>
<i>Symptomata undecim in febre pestilentiali.</i>	101	60
<i>Singultus in Dysenteria est signum mortale.</i>	35	<i>Sciendum est, quot modis hepar imbecille fiat.</i>
<i>Sanies in scroto collecta nequiens expurgari, febrem heliticam generat.</i>	pag. 18.	10
<i>Species morbi in via & in numero.</i>	pag. 177.	<i>Spes salutis à sanitate ulceris dependet.</i>
<i>Sulphuris combustio ad præfocationem.</i>	120.	22.
<i>Scopi curandæ ischiadis Gallicæ.</i>	pag. 114.	<i>Sphacelus seu sideratio unde proueniat.</i>
<i>Suspicio morbi Gallici.</i>	114	16
<i>Saluatella lienis affectu secatur.</i>	191	<i>Simplices tumorum differentiae, & composita.</i>
<i>Suffumig. ex cinab. multa symptomata producit.</i>	132	253
<i>Spiritus palpitacionem facit.</i>	209	<i>Summa refrigeratio est periculosa.</i>
<i>Sententia pulchra.</i>	273	pag. 45.
<i>Sententia varia de applicandis vestimentibus.</i>	85	<i>Serum caprinum solum est periculosum.</i>
<i>Scotomia apoplexiæ signum.</i>	257	45.
<i>Syrupus Dysenteriam sanans.</i>	39	<i>Setio venæ basilicæ salutaris.</i>
<i>Somnus capitidis dolori noxius.</i>	201	135
<i>Sciendum est an ulcus sit in superioribus, vel inferioribus intestinis.</i>	pag. 40.	<i>Scopi contrarij difficile sanantur.</i>
<i>Scopi in hydrope considerandi.</i>	111	pag. 129.
		<i>Si ea quæ sunt in intestinis crassis, ad cor ascenderent, homines morerentur, quia excrementa in illis existunt.</i>
		pag. 41.
		<i>Si ulcus in intestino colo magnum adsit, & crebro fluat alius cum torminibus, quid sit agendum.</i>
		40.
		<i>Similitudo morbi Gallici.</i>
		56
		<i>Somnus temperatus, valde necessarius.</i>
		102.
		<i>Secunda opinio de morbo Gallico excluditur.</i>
		53.
		<i>Secundus gradus morbi Gallici.</i>
		64
		<i>Secundum genus inflammationis.</i>
		17.
		<i>Spes omnis posita est in cohibendo hepatis, mesenterij, & intestinorum feruore, si magnus erit.</i>
		41.
		<i>Signa manifesta morbi Gallici.</i>
		66
		<i>Si-</i>

I N D E X.

<i>Signa pestilentie secundum philosophos.</i>	Tumores phlegmonosi, bilioſi, melanocho-
73.	lici, & pituitosi simplices, & mixti
<i>Signa multa pestilentiae.</i>	diuersimode terminantur, diuersa ip-
	sorum qualitate.
<i>Signa alia pestilentiae.</i>	17
	<i>Tumores melancholici ulcerati sunt pra-</i>
<i>Signa terribilia pestis.</i>	ni.
	17
<i>Signa pestis contrariae.</i>	<i>Tumores melancholici, & atrabilares</i>
74	<i>adusti pessimi sunt, & eorum ulceræ</i>
74	<i>aut curabilia sunt, aut difficillime cu-</i>
	<i>rari possunt.</i>
	17

T

T ria genera Dysenteriae.	42
<i>Tria sunt inflammationis genera,</i>	
<i>phlegmon, & inflammatio absedens,</i>	
<i>qua salutaris, & lethalis potest esse.</i>	
<i>pag. 17.</i>	
<i>Tria requiruntur ad curationem Dysen-</i>	
<i>teriae.</i>	pag. 5
<i>Tria infrigidantia moderata.</i>	pag. 219
<i>Tria genera balsami.</i>	281
<i>Tres Medicinæ fontes.</i>	76
<i>Tres inflammationis species.</i>	267
<i>Tertium genus inflammationis.</i>	<i>pagina.</i>
	17
<i>Tres species febris fixæ.</i>	284
<i>Tertius gradus morbi Gallici.</i>	pag. 65
<i>Tertianæ nothæ cronicæ euadunt.</i>	<i>pagina</i>
	137
<i>Tuitio morbi Gallici.</i>	67
<i>Trociſſi ex Diacath. quomodo fiant.</i>	<i>pagina</i>
	43
<i>Tuffis est motus sensibilis.</i>	150
<i>Temperantia feruoris iecoris.</i>	<i>pagina</i>
	125
<i>Tristis sensatio à sanguine oritur.</i>	<i>pagina</i>
	105
<i>Teclutij aqua ad hydropem.</i>	pag. 197
<i>Teclutij aquæ virtutes.</i>	197. 203
<i>Tumores inflammatorij unde orientur.</i>	
<i>pag. 84.</i>	

V

V leranisi sanentur, impossibile est	
<i>fanare Dysenteriam.</i>	22
<i>Vlcus intestinorum quomodo fiant.</i>	<i>pagina</i>
	31
<i>Vlceræ magis curata incurabilia euad-</i>	
<i>dunt.</i>	18
<i>Vlceræ qua cancri similitudinem habet.</i>	
<i>pag. 17.</i>	
<i>Vlceri humida non prosunt, sed obsunt.</i>	
<i>pag. 25.</i>	
<i>Vlcus cancerosum non fit semper, quia</i>	
<i>atra bilis fluat.</i>	32
<i>Vlcerationis cur fiant in intestinis craſ-</i>	
<i>sis.</i>	pag. 7
<i>Vlcus in intestinis cur nutricionem im-</i>	
<i>pedit.</i>	22
<i>Vlcus incipiens in Dysenteria facile sa-</i>	
<i>natur.</i>	36
<i>Vlcus intestinorum, est vera causa Dysen-</i>	
<i>teria.</i>	37
<i>Vlcere sanato, sanatur Dysenteria.</i>	21
<i>Vlcus cancerosum est ipsum cancer, &</i>	
<i>cur sanari non possit.</i>	27
<i>Vlceris distinctio.</i>	24
<i>Vlcus potest esse à phlegmone, & demate,</i>	
<i>alijsque humoribus.</i>	32
<i>Vlcus facilius curaretur, si hepar bilem</i>	
<i>Rr 2 acrem,</i>	

I N D E X.

- acrem, non transmitteret. pag. 24
Vlceris sanatio. 25
Vlcus cancerosum non sit semper quia atrabilis fluat. 32
Vlcus potest esse benignum, licet ex ventre atrabiliaris humor excernatur. 32
Vlcus in intestino Recto, aut Colo effetum, facilius sanatur, quam in gracilibus. 40
Vlcus cancerosum reperitur in intestinis, non factum ab humore atrabiliari rodente, sed per venas delato. 32
Vlcus virulentum cuius generis sit, & difficultas curationis ipsius. 18
Vlcus sordidum, quomodo dignitur in intestinis. 18
Vlcera pessime qualitatis. 63
Vlcera multis de causis ex scandescunt. 25.
Vlcera exsiccatione, non humectatione agent. 25
Vlcera termina magna efficientia. 17
Vlcera incurabilia, & pessima. 17
Vlcera curabilia. 18
Vlcera cancerosa incurabilia, & quare. 18.
Vlcera cuiuscunque generis in omnibus intestinis nascuntur. sed praeferim in Recto multa carne munito. 18
Vlcera male curata, in gangrenam, & sphacelum ter. inantur, sed raro, quia egri prius intereunt. 18
Vlcera sanatio, quomodo reliquis facultatibus naturalibus, & intestinis sanitatem affert. 22
Vlcera quedam a benignis dependent humoribus, & tunc Dysenteriae non est lethalis. 27
Vlcera aut saniosa, erisipilatosa, aedematosa, cancerosa, depascentia, mali-
- gnosa, thelephria, fistulosa, cauernosa, putrida, cacoetica, serpentia, & callosa.* 15
Vlcera omnia sanantur exceptis cancerosis. 17
Vlcera si intestinorum tunicam erodunt, & sanies labatur in scrotum incurabili sunt. 17
Vlcera interna sunt similia vlceribus externis, sed difficilius curantur. 15
Vlcus plurimas habet differentias. 15
Vlcera phlegmonem adiunctum habentia, & alios morbos. 15
Vlcera maligna. 15
Vlcera fistulosa, & putrida. 16
Vlcera que faciunt Dysenteriam. 16
Vlcera intestinorum sanato concotrix, & retentrix facultates suis munebus funguntur. 21
Vitæ, & mortis eadem est disciplina. 22
Vertigo quid sit. 180
Verum remedium morbi Gallici, guaiac & falsa. 52
Unde oriatur dolor, & quare. 145
Variae opiniones erroneæ de Vefficantibus. 79
Unde timor, & mesticia abre nascantur. 168
Unde oriatur solutio continui. 155
Unde oriatur tussis. 156
Unde proueniat ploratus, & marmor anni. 240
Vitales spiritus ob coitum inaniti. 199
Venena qua non obsunt absque cutis lisione. 59
Venena qua obsunt absque cutis lisione. 59.
Vissi artia prauos humores, non expellunt. 85
Vefficantia dolorem, & calorem non induunt.

	EXTRACTA IN LIBERIA	
ducunt.	85	tanij.
Vescantia naturæ motum impediunt.	78	Vertigo a melancholia oritur.
Vescantia naturæ sunt nocumento.	92	Venetianotho & Zephiro obnoxie.
Vescantia ad quæ sint idonea.	94	Vbi humores in corpore reperiuntur.
Vescantia cur agroto sunt nocumento.	94.	Ventriculi corroboracio.
Vescantia extinguunt febrilem calorem.	82	Vteri & Stomachi munus.
Vescans non potest bilem, & pituitam atrahere.	82	Vrinæ signum saluberrimum.
Vescantia non inducunt somnum.	80	Viscera interna adstringere, non est humores retentos trahere ad cor.
Vescantia sitim non extinguunt.	80.88	Vita calore nativo conseruatur.
Vescantia humores ad caput non posse sunt reuellere.	87	Vsus aquæ B. Virginis.
Vescantia nec vapores, nec fuligines reuellunt.	88	Vis mel ros. & mannae.
Vescantia inflammationem augent.	89	Vera & propria diffinicio morbi Gallici
Viuendi ratio in quibus consistat.	102	64.
Varietates excrementorum elementis proportione respondet.	2	Vlicium auditus unde oriatur.
Vapor ex snape natura petit sursum.	87	Vapor pituitosus unde generetur.
Vermes in quo intestino colligantur.	6	Vinum quale esse debet.
Vtilitates aquarum sulphurearum Pa-		Vini austeri effectus.
		Vinum medicatum pro suffocatione pag.
		121.
		Vini optimi signum.
		Vnum aut duo signa non sufficiunt ad cognoscendum morbum Gallicum.
		66

Finis Tabulæ.

ERRATA CORRIGENDA

REGISTRVM.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S
T V X Y Z.

A'a B'b C'c D'd E'e F'f G'g H'h I'i K'k L'l M'm
N'n O'o P'p Q'q R'r.

Omnes sunt Duerniones.



V E N E T I I S.
M D C III.

Excudebat Ambrosius Dei.

A D S I G N V M S A N C T I M A R C I.



